Bibliothèque numérique

medic@

**Albinus, Bernhard Siegfried / Albini, Bernardi Siegfried.** **Tabulae sceleti et musculorum corporis humani**

*Lugduni Batavorum : Prostant apud Joannem & Hermannum Verbeek, 1747.*
*Cote : 483*

PARIS biu Santé

(c) BIU Santé / R. Caussimon
Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?00483

© BIUM / R. Caussimon

BERNARDI SIEGFRIED ALBINI

# TABULAE SCELETI ET MUSCULORUM CORPORIS HUMANI.



LUGDUNI BATAVORUM
Proſtant apud JOANNEM & HERMANNUM VERBEEK Bibliop.
CIↃIↃCCXLVII.

© BIUM / R. Caussimon

B.S. ALBINI

# TABVLAE

# OSSIVM

# HVMANORVM.

LEIDAE

APVD J. ET H. VERBEEK, BIBLIOP.

CIↃ IↃ CC LIII.

© BIUM / R. Caussimon




SERENISSIMO
ARAUSIONIS
NASSAVIAEQ.
PRINCIPI
B.S. ALBINUS
D.D.

© BIUM / R. Caussimon

# LECTORI S.

*Ossium conformationem, magnum opus naturae, verioribus atque absolutioribus imaginibus, quales quidem in libris Anatomicorum desideres, exhibere volui. Multa simul, quae aut praetermissa, aut relicta: in quibus sunt pleraeque ex notis, quae aut à musculis impressae, aut eorum, aliarumque partium caussa natae: sunt, à quibus articulorum forma perficitur, cartilagines in quas ossa desinunt, qua inter se committuntur: et non pauca alia, praesertim in constructione capitis interiore, in quam opera non parva insumta est.*

*Exemplo usus sum ex natura optima sumto, de quo in historia sceleti dictum est. Illum nimirum ipsum hic membratim persequor.*

*Quod si non magis, quam facies hominum, duo uni inveniuntur similes inter se, operam ludent, qui, quem icones hae omni ex parte referant, quaerent. Nolint autem, quaeso, ideo quod discrepent quae comparaverint, dubitare, quin quam verissime omnia descripta sint.*

*Quin diligentia nimis fortasse sollicita collata est, quam nisi qui cum ipso exemplari attente conferat, sciatque quid sit in arte, vix cognoscat. Neque tamen aut curam, aut artem, quae naturam non solum vere, sed etiam quam optime scitissimeque imitetur, nimiam ullam putavi: quippe quia, ut gratior virtus è pulcro corpore veniens, sic dulcius id quod utile, si etiam elegantiae commendatio accedat.*

*Hic nequeo quin moneam, ut caveant sibi, qui meas aliquid esse putant tabulas, à falsa imitatione. Quas utique Londini exscripserunt sceleti et musculorum tabulas, in iis, praeter vitiosa illa, quorum plenae sunt, quicquid in arte subtile, et in primis laudabile, totum contaminatum: id quod intolerabile in re, qua non vulgare aliquid, sed expolitius perfectiusque proferre studui.*

*His autem ossium figuris figuras sceleti, eo quod syntaxis cum membris socianda videretur: an potius, quarum fundamentum sunt, tabulis jungerem musculorum, quum dubitassem aliquandiu, malui non divellere à musculis.*

*In his, praeter singula membra, vertebrae et costae, eo quod fere unaquaeque tantummodo parum dissimilis est proximae sibi, quo facilius internoscerentur, naturali exhibitae sunt ordine, et compositione: et eo quidem magis, quod in sceleto pars tecta est. Quae compositio eo modo descripta, quo sceletus.*

*Capitis ratio postulavit et integri figuras, et dissecti, et soluti. Data autem opera, ut tota res paucis comprehenderetur.*

*Et in iis quidem certe ars lumine et umbris accurate et plene et subtiliter et cum judicio distinguendi, sciteque incidendi, necessaria fuit. Sine ea, quales, obsecro, fuissent cribriformis figurae? in quibus perspicue expressae tot cavernulae, ossiculaque tenuia et minuta, et praeter diversitatem particularum, ipsa illa, quae inest, raritas: nec minus tamen totum cum omnibus partibus suis cohaeret; quod quid sit, sciunt artis gnari. Taceo de reliquis.*

*Index adjectus sufficiet, puto, iis, qui diligentiam adhibebunt. Multa in eo praeterita, quae fere minuta sunt, aut patent per se. Ea ipse sibi studiosus tradat spectator. Vale!*

© BIUM / R. Cauſſimon

# HISTORIA

## HUJUS OPERIS.

NOn ab re eſſe videtur, quo melius ratio harum tabularum apparere poſſit, quo conſilio, pactoque confectae ſint, explicare: neque incommodum, non ſolum ea, quae, dum conſequi, quod cupiebam, ſtudui, recte acta putavi, commemorare; ſed etiam ea, quae ſecus, non praeterire; quo facilius, quae fugere, quaeque ſequi conveniat, poſſit judicari. Primum igitur à muſculis exorſus ſum, ſimul & ſingulos, & ſyntaxis omnium rationem pictura cupiens perſequi paullo diligentius. Et quidem à ſyntaxi exorſus ſum. Quam cum neceſſe eſſet, in certos quoſdam ordines, eo quod fere alii poſt alios collocati muſculi ſunt, partiri; quorum primus primos, qui ſtatim poſt integumenta corporis communia ſequuntur, contineret muſculos; ſecundus, detractis primis illis, ſecundos; & perinde reliqui: volebam, ut non modo idem membrorum in omnibus ordinum illorum figuris eſſet poſitus, ſed ut ex omni etiam parte aliae aliis recte eſſent continuatae; atque adeo, ut plane figurarum ſeries oſtenderet omnia ita, uti ſint in corpore, eo poſitu, adſpectuque, quos elegiſſem. Hac ego mente ordines illos artifici, quo plerique praeiverant anatomici modo, propono ad imitandum. Reddereque is eos, quam quidem poterat bene; hoc maxime retardante, & impediente, quod, cum in primis ordinibus & muſculi quidam, & oſſa, quadam tantummodo parte ſui exſtarent; plenius autem in ſequentibus, detractis, qui obtegebant, muſculis primis: fieri non potuerat, ut partes illas eorum in primis ordinibus (ut qui, quia primi, primi propoſiti, exſcriptique) ſic definiret, ut ſimul eae recte in ſequentibus continuari, ſimul ita apponi continuata poſſent, ſicuti corpus oſtendebat oportere. Quamvis autem deinde, ut interiores ordines faciendum eſſe indicabant, exteriorum figurae emendatae ſint, figuraeque omnes non malae eſſent, in iiſque artificis peritia eluceret; ſatis tamen non placebant, propterea quod neque ſatis apte, non certe ut volebam, omnia in iis cohaerebant, neque ſatis definite, rotundeque deſignata erant: & totae diſtabant ab iis, quarum ſpecies animo obverſabatur. In aliquot autem expertus rem eram membris: ventre, pectore, brachio, facie. Ex quo hunc fructum reportavi, ut, quid facto opus ſit, ut ad id, quod cupiebam, pervenirem, cognoverim. Animadverteram inter expingendum, quod, cum primi ordines figuram membrorum in univerſum ſatis referrent, potuerint ab artifice ſic ſatis exprimi, tanquam figurae illi, quam tenebat animo, inſcribente, quae corpus exhibebat; ſive pictura ſic imitante eadem, ut membrorum figurae reſponderent: ſed quod, quo magis ad interiora, detractis muſculis primis, perveniebatur, eo etiam magis pereunte membrorum figura, artifex in exprimendis ordinibus interioribus non aeque cognitione figurae illius juvaretur, cogereturque ad primum ordinem, in quo figura illa in univerſum ſupererat, ſequentes, ut ad fundamentum, accommodare. Idque minus bene ſuccederet in oſſibus, ſceletique compage, ut quae ſyntaxis quaedam ipſa per ſe ſit, figurae corporis humani in univerſum quidem reſpondens, ſed multum tamen ab ea diſcrepans. Nec poterant tamen recte muſculi reddi, niſi ſimul, cui appoſiti, affixique, compages redderetur ſceleti. Intelligebam praeterea, vaga futura omnia, quaecunque acta eſſent, niſi ea, quae corpus oſtenderet, ſecundum menſuram exſcriberentur, ſi non accuratiſſima illa quidem ſubtilitate, certe tamen non incurioſe. Id vero quo minus effectum dari poſſet, magnae videbantur impediturae difficultates. Illae primum, quas hoc ipſum, recte omnia demetiri, poſteaque tabulae ſecundum menſuram inſcribere, allaturum erat. Deinde, ſi id vel maxime ex ſententia ſuccederet, etiam alia, vix ſuperanda. Etenim manifeſtum erat, qualis corporis membrive poſitus foret, talem, ſi omnia ſecundum menſuram, ut dictum eſt, exſcriberentur, futurum in icone. Poterant autem quaedam membra ſic quidem ſatis recte componi; ut caput, brachia, manus, crura, pedes: quaedam non poterant; ut truncus, & collum. Itaque intelligebatur fore, ut haec, quae non poſſint, inconcinno poſitu exprimerentur, niſi artifici relinqueretur, ut eum artis ſuae peritia corrigeret: quorum tamen illud plane erat fugiendum: hoc, quoniam non poſſet non aberrari, certe periculum eſſet, ne aberraretur, probari mihi non poterat. Et ſi jam componi recte omnia potuiſſent, tamen, cum rimando, tractandoque muſculos, aut alia aliqua occaſione, poſitus primus mutatus aliquantum fuiſſet, vix videbatur ita reponendi facultas fore, ut iis, quae jam expreſſa eſſent, omnia plane reſponderent. Praeterquam quod ſatis apparebat, unum idemque corpus omnibus minime ſuffecturum, aliaque neque ſatis reſponſura, neque, tametſi reſponderent, futurum, ut eodem, quo, quae antea adhibita fuerint, modo poſſent componi, quo facultas eſſet, ſecundum menſuram omnia apte congruenterque exſcribendi. Ipſa igitur res demonſtrare, quod quaerebam, majus hoc eſſe quiddam, quam, qui mos fuerit anatomicorum, etiam in primis probatorum, ſic tantummodo pictura imitari, quod propoſitum ante oculos ſit, figuraſque conficere vagas, in quibus nec ad ordinem te adſtringas, nec ad menſurae definitionem, nec ad continuationem ſeriemque. Quales figurae quamvis boni aliquid, quamvis multum, quamvis etiam plurimum contineant, relinquant tamen multa, quae jure deſiderentur, aut quae certe, quod in omni re difficillimum in primis eſt, addant perfectionem operi. Quid multa? demonſtrare res, longe alia via incedendum, neque, quod intendam, me aſſecuturum, niſi certa quaedam norma inventa ſit, ad quam figurae efficiantur. Cumque corpora hominum, quamvis plurimum differant inter ſe rebus multis, tamen in univerſum conveniant; ſumendum eſſe ex corpore ipſo fundamentum quoddam conficiendarum iconum, commune corporibus omnium. Ac ſceletum id eſſe: qui ut corpori ſit, ut ſubjectus muſculis, ita, quo certi quid, & naturae reſpondens conſequerer, ſubjiciendus ſit figuris. Ejus igitur figuras efficiendas primum eſſe, & ad eas deinde muſculos referendos. Ita enim futurum, ut, ſceleti figuris primum conſtitutis, cum in pleriſque certe hominibus, cujuſcunque ſtaturae & toroſitatis, eodem plus minus modo, iiſdemque locis, ſceleto muſculi adhaereant, & appoſiti ſint: futurum igitur, ut ad figuras illas, ex aliis aliiſque corporibus, quamvis valde diverſis inter ſe, dummodo non vitioſis, referri muſculi poſſint, ſi, ut ad oſſa in corporibus illis pertineant, ſic ad eas appingantur. Apparebat ſimul etiam alius dictae regulae uſus: futurum, ut, ſi eo pacto confectae figurae muſculorum eſſent, inveniri per eas in vivo, cognoſcique multi eorum, fere autem locus omnium poſſet. Nam primum, juvantibus ſceleti figuris, haud difficile futurum, oſſium in vivo partem magnam cognoſcere, eorumque, quae aperte cognoſci nequeant, ſatis tamen perſpicere locum, poſitumque, aut argumenta invenire ad perſpiciendum: iiſque cognitis, perſpectiſve, facultatem fore perpendendi, & judicandi, quomodo muſculi, ut in figuris, appoſiti oſſibus ſint in vivo. Et praeterea, conſtitutis ſceleti, & ſyntaxis muſculorum figuris, fore, ut referri ad eas figurae viſcerum poſſint: & iis quoque conſtitutis, poſſint figurae arteriarum, venarum, nervorum, caeterorum. Ut enim architecti, jactis fundamentis certis, ſuperſtruant eis aedificium, cum omnibus ſuis partibus; ſic exiſtimari poſſe, ſceleto, ut fundamento, appenſos, adnexoſque muſculos, viſcera appoſita, parteſque alias: nervos deinde inter ea deductos, venaſque, & arterias: caeteraque ſuperaddita, quae praeterea ad fabricam corporis noſtri pertinent. Itaque longe optime imitaturam artem hunc, quem natura praemonſtret, modum. Quae res & ab Euſtachio ſimile quid effectum in tabulis eſſe ſuis, cognoſcendi anſam dedit.

Ergo relictis rudimentis illis primis, ut quae, quomodo faciendum ſit, indicare, & docere tantum potuerint, non aliud quicquam agere, quam de ſceleti figuris conficiendis cogitare. Quae ut bonae eſſent, ut eſſe fundamentum reliquorum poſſent, requirebatur, ut accuratae eſſent, talemque ſceleti ſpeciem plane exhiberent, qualis ſit in vivo, illo ſtatu, qui eligeretur. At vero, ut nulla oſſium pars, in figuris exhibenda, cerni non poſſet, accurate purgarentur, atque adeo diſſolve-

*

© BIUM / R. Caussimon



rentur, neceſſe erat: diſſoluta autem apte rurſus componere, pronum futurum non erat. Neque etiam futurum, ut certo ſciretur, rectene compoſita ſint, nec ne, niſi comparare cum ipſa naturali compoſitione daretur: quod quî daretur, non apparebat. Et ſi jam daretur, haud difficilis erat conjectura, fore, ut ad ejus normam componi in genere quidem poſſent; non autem accuratione illa, qua velim, quae, ut reliqua recte apponendi facultas eſſet, requiratur. Accedebat eo, quod cruſtae cartilagineae, quibus partes oſſium illae, quibus committuntur inter ſe, obtectae ſunt, exquiſite purgando, aut pereant, aut certe vitientur; proptereaque, ſic purgata ſi componerentur, minus apti articuli futuri eſſent. Quae quidem quo minus in iis, quae exſtabant, laudare ſceleti figuris poteram, eo magis quaerendum mihi ad ea remedium erat. Poſtquam aliquandiu non ſatis certa conſilia fuerant, venit in mentem, ſceletum ita è corpore aliquo eruere, itaque purgare, ut vincula firmamentaque commiſſurarum ſola ſuperſint: eoque, ut reddi velim, ita conſtituto, ac deinde exſcripto, incidere, & detrahere vincula, quo illa, quae ab iis tegantur, addi figurae poſſent. Ad quem utique modum ipſa naturae ratio, quam optime poſſit, proponeretur. Sed animo praevidebam, rem fore operoſam, ſceletum ita eruere: difficilemque, erutus qui eſſet, recte conſtituere. Et verendum erat, ne, cum appareret, exigui temporis rem non fore ejuſmodi ſceleti deſcriptionem, is interea, partim exſiccatione cruſtarum cartilaginearum, vinculorumque, partim corruptione plurimum vitiaretur, & corruptio etiam officeret ſimul cum corpore animo. Quo magis viſum eſt, tentare primum rem in ſeparatis ſceleti membris. In eorum autem aliis ſatis bene procedebat; ut in manibus, pedibus, coxis: in aliis multo quidem difficilius; ut in coſtis, & ſpina; ſed tamen ſic, ut difficultates ſuperandi ſpes oſtenderetur. Blandientibus igitur, quae deguſtaveram, exeunte anno quinto & vigeſimo hujus ſeculi, corpus idoneum nactus, comparavi ex eo, qualem dixi ſceletum. Qui cum natura caducus eſſet, eo quod mollibus vinculis, iiſque majorem partem laxe cohaereret, quomodo recte eum conſtituerem, fulciremque, conſiderandum fuit. Vincula quidem exſiccare, quo totus obrigeſceret, nec conveniebat, ne vitiaretur multorum oſſium compoſitio, depravarenturque cruſtae cartilagineae articulorum: neque, ſi conveniſſet, convenire prius, quam ſtatus ſceleti, quo in figura redderetur, fuiſſet compoſitus, potuiſſet. Igitur ad eum conſtituendum, talem inii rationem. Cum ſuſtinere pedes truncum nequirent, quod neque rigidi eſſent ipſi, neque ſuper vertices femorum coxae inniti per ſe ſtabiliter poſſent; primum cogitare de ima parte trunci fulcienda fulcro firmo & ſtabili: & ita quidem, ut eam aliquantum inclinandi, ubi res poſceret, & ut poſceret, poteſtas foret. Hoc propoſito tripodem efficiendum curare, pedibus modice disjunctis; à cujus ſummo, inde ubi pedum conjunctio ſit, ferreum fulcrum ſurgat, mox in tria fiſſum brachia, modice divaricata: quorum unum brevius, duo reliqua aequalia ſint inter ſe: omnia autem in ſummo ad extremum in cubitum primum extrorſum flexa, ad ſuſtinendum, quod imponeretur; indeque mox ſurſum, ad retinendum: tripode toto altiore, quam ut pedes, cum ſceletus ei trunco imo inniteretur, utcunque pendentes, plane ad imum tripodis, atque adeo ad menſam, cui is imponeretur, poſſent pertingere. Tripodem illum ponere ſuper menſam humilem, quo facilius expingi ima ſceleti, pedeſque praecipue extremi poſſent: cum, ſi ſuper ſolum poſitus eſſet, nimis ſe artifex ad ea recte cernenda inclinare cogeretur. Poſt imum truncum tripodi imponere, ſic ut ſynchondroſis pubis ſummo brachio ejus breviori; imaque oſſa ilium, ante ſacrum, ſummis inniterentur brachiorum longiorum: quibus trunci partibus recipiendis, retinendiſque, ut brachiorum illorum conveniret divaricatio, curaveram: utque brachium brevius tanto longioribus eſſet brevius, quanto fere demiſſius imum ſynchondroſis poni debere exiſtimaveram, quam imas illas ilium partes, quae longioribus inniterentur. Quo poſito fundamento firmo, erigendus primum truncus erat, cum collo & capite. Erigendus primum truncus, utpote firmior & ſtabilior, quam collum cum capite. Itaque ſuperiori parti ſpinae, infra collum, qua parte firmior eſt, & ſtabilior, funem alligo, cumque inde recta ad lacunar conclavis deduco, perque annulum, quem lacunari ibi loci affixeram, trajicio, poſteaque demiſſum deduco ad uncinum parieti infixum, eique circumjicio, alligoque. Ejuſque adductione funis erigo truncum, quantum poſſum; ſic tamen, ut imum ejus tripodi inniteretur. Poſt fune alio ſub utroque zygomate trajecto, extremorum altero ſub dextro, altero ſub ſiniſtro, adductoque funis medio ad occipitium juxta cervicem, extrema ſupra caput colligare inter ſe anſae ſpecie: eoque facto, anſae illi alligare funem alterum, eumque, ſicut illum, qui ſpinae alligatus erat, deducere ad lacunar, ibique per annulum alterum, affixum juxta primum, trajicere, indeque ad uncinum parieti infixum deducere, eique alligare. Adducereque funem hunc, quantum fieri poterat, ſed ne tamen funis ille alter, quo dorſum erexeram, laxaretur. Quo quidem modo truncus erectus erat, cum collo & capite: non potuerant autem ſic erigi, ut nihil declinarent. Itaque funiculis aliquot trunco alligatis, eos inde quoquoverſus ad parietes deduco, infixiſque eis uncinulis alligo: eorumque funiculorum adductione truncum ab omni ambitus parte aequaliter retineo. Alligaveram autem, ut funes illos duos, quibus truncum & caput erexeram, ſic hos etiam funiculos, trunci ſtabiliori parti, hoc eſt, ſpinae, quae fundamentum trunci eſt, quamque coſtae ſequuntur. Alligaveram ſpinae parti ſuperiori, quo facilius totam iis ſpinam regerem. Mox autem infra collum alligaveram, quod ſtabilis ea parte eſt: nam collo ſi alligaſſem, id, eo quod facillime obſequatur, eorum adductione ſeparatim curvaſſem. Jamque ad eum modum firmato trunco, ad brachia accedere. Funiculum ſubjicere, alligareque compagi claviculae cum ſcapulae proceſſu ſuperiore, ubi inter ſe committuntur: eoque funiculo compagem illam, quantum res poſcebat, attollere, totumque de lacunari ſuſpendere brachium. Et tranſverſariis funiculis, ne ſcapula aut in priorem, aut in poſteriorem partem declinaret, efficere. Ac ſic primum utroque in univerſum firmato brachio, funiculum inferiori parti radii dextri alligare, eoque totum brachium à trunco deducere. Alium deinde inferiori parti oſſis humeri ſiniſtri; eoque brachium illud attollere. Alium ulnae ſiniſtrae; eoque cubitum moderari. Pedes deinde firmare ſic. Dextrum in rectum extendere, truncoque ſupponere: ac deinde calcaneo (qui plane menſam, ſupra quam poſitus tripus erat, non attingebat) calcaneo igitur menſaeque aſſulam interſerere, talis craſſitudinis, ut firmaret pedem, iſque veluti inſiſteret, neque tamen ex tripode coxa, pede ſurſum nimis acto, attolleretur. Reliquo deinde pedis extremi aſſulas ſubjicere craſſitudine pares, quo totus aequaliter inſiſteret. Funiculum denique imo femoris alligare, eoque retro ad parietem ducto, genu firmare. Ad eundemque fere modum firmare & pedem ſiniſtrum: flexo aliquantum genu, ſublata calce, leviterque pede extremo, ea parte, quae juxta pollicis radicem eſt, inſiſtente. Ac ſic primum in univerſum conſtituto ſceleto, perficienda deinde poſitus ratio fuit. Et partim quidem coxas tum inclinando, tum erigendo; partim funiculos tum adducendo, tum remittendo, alioſque addendo; partim denique aſſulas, chartulas, panniculos, aliaque, quae ad manus erant, alibi ſubjiciendo, alibi interſerendo, alibi apponendo, quae non eſt operae ſingillatim referre, correcta ſunt, quaecunque ſatis non placebant. Adhibui deinde hominem ſtatura ſimillimum, eumque macilentum: quo adſtante nudo, ſtatu eodem, contuli cum eo ſceletum, maxime coxas, ſpinam, thoracem, ſcapulas cum claviculis; ut quibus recte conſtitutis, reliqua non eſſent habitura multum difficultatis. Correctiſque, quo paullo ante dictum eſt modo, quae corrigenda videbantur, per aliquot deinde ſceletum dies conſiderare, & tum adductione levi, tum remiſſione funiculorum, aliiſque modis perparum mutando, experiri, poſſitne aliquid perfectionis adjici. Quod cum eſſet factum, iterum cum adſtante homine eodem comparare, emendaturus, ſi quid nimia curae ſeveritate à recto diſceſſerim.

Cum vero conſtitutus ſceletus, ut volebam, eſſet, proxima cura fuit, recte imitari eum pictura. Vaga, & incerta futura erat res, neque reſponſura inſtituto, ſi tantummodo ad adſpectum, ut ſolent pictores, exſcriberetur. Fieri enim non potuiſſet, quin aberraſſet artifex, atque adeo neque qualem optabam, ſceleti figuram effeciſſet, neque talem, de qua non ſolum ſperare, ſed etiam confidere poſſem, fundamentum idoneum futuram, cui muſculi inſcriberentur. Demetiri autem, & univerſum ambitum, & uniuſcujuſque partis poſitum, magnitudinem, figuram, res erat infinita, & quae ne quidem effici ſine certa quadam errare non patiente norma poterat. Facile quidem erat, viſum dioptra quadam adſtringere, conſtante ex quatuor regulis ligneis in figuram quadrangulam compoſitis, ſpatio intermedio non minore quam ſceletus, totoque per

chor-

chordas intentas in ſpatiola quadrata, omnia paria inter ſe, aequaliter diviſo: qua recte ante ſceletum poſita, tabulaque, cui figura ſceleti inſcriberetur, per lineas, haud ſecus, quam dioptrae ſpatium per chordas, diviſa, artifex eo ex loco, unde ad imitandum conſpecturus ſceletum per dioptram eſſet, per fixum aliquod foramen, nec id valde magnum, conſpiceret: cui admovens oculum, videret, quibus dioptrae chordis, quae ſceleti partes, & quomodo reſpondeant; eaſque, ut reſpondeant, iiſdem tabulae lineis inſcriberet. Sed erat, quod obſtabat. Quo recte & commode cernere unamquamque ſceleti partem artifex poſſet, oportebat, ut nimis magno ex intervallo loci non conſpiceret: volebam autem, ut ex intervallo conſpiceret non multo minore, quam pedum, quos noſtrates vocant rhenolandicos, quadraginta; ne multas partes ejus conſpiceret nimis oblique. At ex intervallo illo conſpectum oculi non ſatis ferebant ad parvas particulas cernendas. Ut itaque & prope ſceletum, quantum ad cernendum requiratur, conſiſtere poſſet, & tamen conſpicere partes ejus omnes, ut ex intervallo pedum quadraginta, obſcuritate, quam intervallum illud afferret, excepta, hac adſtrictus eſt ratione. Dioptram, qualem dixi, quamque majorem vocabo, collocavi recte ante ſceletum, ſic ut chordarum contextus maxime eminentem ſceleti partem contingeret. Ante hanc, quatuor pedum dirimente chordarum contextus intervallo, collocavi alteram, niſi quod ſpatiola ejus minora eſſent, ſimilem; minorem ob id appellabo: effeceram autem decima parte minora; quemadmodum illud pedum quatuor intervallum decima quoque pars illius erat, unde conſpiciendum volebam. Itaque ſimul dioptras illas collocavi, ut chordarum contextus & aequaliter diſtarent inter ſe, & ad perpendiculum eſſent directi, alterque alteri chordis reſponderet, centro conſtituto contra medium ſiniſtrae partis pectoris ſceleti. Quibus ſic conſtitutis, artifex in quo volebat loco propiore ſceleto, ſibique ad cernendum commodo, conſiſtens, operam dabat, ut punctum aliquod decuſſationis chordarum dioptrae minoris, plane incidere videret in punctum decuſſationis reſpondentium chordarum majoris: eamque ſceleti partem, quam tunc recta pone puncta illa cernebat, inſcribebat tabulae ſuae, puncto decuſſationis reſpondentium linearum ejus; quippe quam per lineas tranſverſarias & rectas, perinde ac per chordas ſpatium dioptrae majoris, diviſeram. Eoque modo per puncta decuſſationis chordarum omnia, pone quae ſceleti pars aliqua cernebatur, eundo, deſignatas eis partes ſceleti inſcripſit reſpondentibus decuſſationis linearum tabulae punctis. Potuitque deinde partes ſceleti illas, quae inter certa illa puncta intermediae erant, in tabula continuare, ſic ut ob parvitatem ſpatiolorum extra menſuram non aberraret, non certe adeo, ut in cenſum venire id deberet. Hac igitur ratione (quae ut inſtituto ſatisfaciebat, ſic moleſtiam artifici incredibilem exhibebat) exſcriptus primum à priori parte ſceletus eſt, ut ſtabat: exſcriptus igitur cum vinculis commiſſuras conſtrictas tenentibus. Quibus deinde inciſis, & reductis vinculis, quantum, ut commiſſurae oſſium cerni poſſent, ſatis erat, artifex eas figurae adjecit. Poſt, reſolutis funiculis ſceletum retinentibus, praeter duos illos funes, quorum altero à ſuperiore parte ſpinae, altero à capite ad lacunar conclavis deducto, in univerſum erectus tenebatur, converſus cum tripode ſuo, quo pars poſterior exhiberetur. Conſtitutuſque, & deſcriptus, ut ante. Vincula autem articulorum ſic incidi, ut, quamvis jam à priori parte inciſa eſſent, ſupereſſet tamen, quod diſſolvi articulos non ſineret, ne, quo minus eundem ſceletum à latere reddendum proponere deinde poſſem, impedirer. Abſoluta poſterioris partis figura, ſceletus, latus ut exhiberet, converſus: eoque facto, rurſus, ut antea, conſtitutus, deſcriptuſque.

Interea autem, dum tres illae ſceleti figurae efficiebantur, cum, quanta etiam cunque diligentia adhiberetur, non minore, quam menſium prope trium continuorum ſpatio abſolvi potuerint, providendum fuit, ne quid exſiccatio ſceletum vitiaret, ne quid putredo detrimenti importaret, neque nobis aut non ferendi incommodi, aut noxae quiddam eadem afferret. Modo igitur, cum eſſet, quod nimis ſiccaretur, humectare aqua, inciſiſque vinculis commiſſurarum aquam infundere, cruſtarum cartilaginearum conſervandarum cauſſa: modo, cum reprimenda putredo eſſet, aceto aſpergere; per noctem chartis, panniculiſque aceto permadidis obvolvere; acetum, quibus locis poterat, infundere. Accidit, ut, dum prima figura deſcribebatur, ſceletus, acri ſuperveniente gelu, totus congelaſceret; quo nihil, tum ad firmandum eum, tum ad impediendum, ne putreſceret, poterat juvare magis: facileque, ſi figura illa ante abſolvi, quam regelaſceret, potuiſſet, reſolutis funiculis, rigidum ex congelatione, ſecundae figurae conficiendae cauſſa, convertiſſem. Sed, cum citius, quam optaveram, regelaſceret, ſimul citius corrumpi, eoque plus negotii exhibere. Officere etiam focus, qui neceſſario ſtruendus juxta fuit, eo tempore, quo nudus homo adſtitit, ut qui adſtare, niſi frigoris moleſtia aliquantum ſedata fuiſſet, nec voluiſſet, nec potuiſſet.

Tribus autem illis figuris ſtatus quidem ſceleti, omniumque oſſium poſitus, ac totius ſyntaxis compoſitio, expreſſa accurate erant: ſed figura oſſium, ſpecieſque, non niſi in univerſum. Impediverant autem vinculorum commiſſuras continentium relliquiae, aliaque, à quibus purgari oſſa non facile potuerant. Neque omnino conſultum fuiſſet, etiamſi purgari perfecte planeque potuiſſent, tempus, cujus equidem multum impendendum fuiſſet, iis rebus terere, cum deinde, oſſibus commodo meo purgatis, ex iis abſolvi figurae, cum vellem, poſſent. Itaque diſſoluto ſceleto, proximus labor fuit, ſingula oſſa accurate ita purgare, ne quid alicubi vitiarentur. Cum purgaveram, uſque eo tamen figuras ſceleti ex iis abſolvere diſtuli, quoad ſingulorum ſeparatim figuras in aes juſta magnitudine inciſas habui. Ideo autem diſtuli, ut, cum eſſet in animo, curare ſingulorum illas, earum confectione artifex ſe praepararet. Eoque factum, ut anno demum tertio & trigeſimo ad ſceleti figuras redierim. Cum redii, primum curavi, ut ex juſta ſtatura ad eam, qua his in tabulis ſunt, redigerentur brevitatem. Artifex deinde, ſingulis oſſibus eo poſitu, quo in figuris exſtabant, conſideratis, ſupplevit, quae in figuris deficiebant, emendavitque, quae minus laudabilia erant. Ac tunc ego in vulgandi conſilio, quod inter principia curandarum illarum figurarum, ſi totae ad animum reſponderent, ceperam, confirmari: & cupere etiam, in aes eas incidi, quod ſperare licebat, futurum, ut eo expolirentur magis. Inciſae: ad ipſaque potiſſimum oſſa; quo melius, & concinnius redderentur.

Exhibent erecto ſtantem corpore, habita ſimul pulchritudinis ratione. Status, poſituſque membrorum, tales elegi, quibus & ſceleti, & muſculorum ſyntaxis in univerſum optime appareat, &, ſi pergere velim, etiam viſcera apparerent, & arteriae, venae, nervi, alia. Primae & ſecundae, quarum illa priorem, haec poſteriorem partem exhibet, ſtatus idem. Reſpondetque altera alteri: quo fit, ut totius ambitus continuatio apparere ex iis poſſit. Addita figura tertia, lateris rationem exhibens plenius. Haec autem ſtatu differt ab illis, ut ad latus exhibendum accommodatius viſum eſt. Jam quod ad ſtatus rationem attinet, de ea animadvertenda ſunt haec. Stat ſceletus, quem figura prima & ſecunda exhibet, pede dextro firmiter, ſiniſtro non niſi leviter inſiſtente. Stat autem pes dexter calcaneo, praetereaque capitibus prioribus oſſium metatarſi omnium: quorum capitum illo ſtat maxime, quod metatarſi pollicis eſt; intervenientibus tamen ſeſamoïdeis. Digitiſque deorſum curvatis, terram veluti prehendit: eoque firmat ſe magis. Pes extremus extrorſum naturaliter verſus, eo poſitu, quo ſtatum maxime firmat. Dextrum genu rectum. Patella femori ſupra ſinum illum aſſidet, cum quo, inter condylos medio, caeteroqui committitur: aſſidet, quemadmodum rectum genu cum obfirmatum, adducta à Recto Vaſtiſque cum Cruraeo. Crus ſuper pedem extremum, flexo articulo tali cum calcaneo, extrorſum aliquantum inclinatum: quo fit, ut & recte pes extremus terrae innitatur, & calcaneus in eadem linea perpendiculari ſit, in qua caput; ad ſtatus firmitatem. Ad quod juvat & femoris, quamvis modica, eandem in partem inclinatio; ſic conveniente cum tibia femore, ut angulum cum ea, ſed perquam patulum, efficiat, eumque in quam dixi partem patulum. Pes ſiniſter, à dextro in latus ſimul & in priora aliquantum deductus, ſolo capite anteriore oſſis metatarſi pollicis, intervenientibus ſeſamoïdeis, inſiſtit; leviter autem. Genu ſiniſtrum modice flexum: eoque patella ſinui ſuo, inter condylos femoris medio, inſidet. Itaque coxarum compagem pes dexter vertice ſuo ſuſtinet ſolus. Cujus compagis obliquus poſitus eſt: demiſſiore parte ſiniſtra, quia pes ſiniſter à dextro, ut dictum eſt, deductus, & tamen ad terram uſque demiſſus. Et quoniam pes ſiniſter in anteriora aliquantum prolatus, in anteriora quoque pars compagis ejuſdem ſiniſtra ultra dextram aliquantum acta. Super illam compagem qui erectus truncus reliquus, dextrorſum recurvatus, quantum ad aequilibrium requiritur. Tota igitur in dextrum latus curvata eſt ſpi-

© BIUM / R. Caussimon



na. Eadem & in ſiniſtrum, praeterquam qua parte in collo eſt, aliquantum veluti torta, ut, cum coxarum compagis ſiniſtra pars ſit in priora ultra dextram acta, pectus tamen recta antrorſum dirigatur. Collum contra dextrorſum tortum, atlaſque cum capite eodem converſus, quantum, ut facies aliquantum directa eo ſit, neceſſarium eſt. Praeterea autem ſic poſita coxarum compages eſt, ut tota ora, qua pelvis à ſuperiore parte terminata, oblique poſita ſit, & maxime quidem ſurſum directa, ſed ſimul etiam inſigniter in priora. Itaque os ſacrum à lumbis ſe demittens, retrorſum aliquantum directum: à quo coccyx in priora tendit, eam ſe ſimul in partem curvans. Ab oſſe ſacro ſurgentes lumbi, primum inſigniter curvati, mox rectiores, retrorſum ſe modice inclinant, in poſteriorem partem cavi: eoque thoracem melius ſuſtinent. Inde qua parte ſpina in dorſo eſt, retrorſum ſe quoque inclinans, leviter à ſummo inflexa eſt, contra autem, quam lumbi: quo fit, ut thorax ad priora nimium non inclinet. A dorſo ſe in priora collum erigit, modice reflexum, caput ſic ſuſtinens, ut facies in priora, quantum ſatis, promineat. Cum ſpina thorax in dextrum latus modice incurvatus. Ex quo coſtae dextrae adductiores inter ſe; ſuperioribus aliquantum deorſum actis, inferioribus ſurſum. Contra diductae ſiniſtrae; ſurſum actis ſuperioribus, inferioribus deorſum. Itaque & externus thoracis ambitus per altitudinem in ſiniſtro latere totus gibbus eſt: in dextro, infra medium modice cavus. Ex quo & dextri lateris coſtae inferiores, utpote magis erectae, quam ſiniſtri, extremis ſuis prioribus diſtant à ſpina magis. Brachium dextrum fere pendet, permodice ſublatum. Ex quo ſcapula recta, clavicula propemodum plane tranſverſa. Modice autem retrorſum acta ſcapula, cum eaque, qua parte ſcapulam ſuſtinet, clavicula: quo fit, ut pectus apertius ſit. Brachium ſiniſtrum altius ſublatum: quo fit, ut clavicula, ea parte, cui ſcapulae proceſſus ſuperior innixus, ſimul cum eo ſurgat, ſcapulaque aliquantum verſa ſit, ſic ut angulus ejus inferior in latus ſiniſtrum ſit directus. Caeterum cubitus dexter rectus, rectuſque, ſicut ulna, radius: dextraque manus pendet aperta. Siniſter autem cubitus aliquantum flexus: radiuſque circum ulnam, quantum poteſt, converſus; cum eoque converſa manus. Hactenus de ſtatu figurae primae & ſecundae.

In tertia tabula comparatus habitu veluti incedentis. Stat quoque pede dextro: ſiniſtri extremo tantum pollice innitens in terram, ob id nonnihil ſurſum flexo, ſicut in incedente, cum in eo eſt, ut pedem poſteriorem in priora transferat. Et ſtat pes dexter calcaneo, capiteque priore oſſis metatarſi pollicis, intervenientibus innitente ſeſamoïdeis: & his quidem maxime ſtat: praeterea autem capitibus prioribus oſſium metatarſi digitorum parvorum. Rectum genu dextrum, ut figurae primae: ſimiliterque, & eandem ob cauſſam, patella ſurſum acta, ſic ut inferiore tantum parte ſui inſideat ſinui femoris inter condylos medio; ſuperiore aſſideat femori, ſupra ſinum illum. Genu ſiniſtrum modice flexum: quam ob rem patella ſinui femoris, qui inter condylos medius, ſuperiore parte ſui inſidet: inde illam tibiae eminentiam verſus mucrone ſuo directa, cui ligamentum, à mucrone illo procedens, affixum. Coxarum compages, aeque atque in figura prima & ſecunda, ſoli pedi dextro innixa: demiſſiorque pars ſiniſtra. Quae ſupra hanc compagem ſpina, in dextrum latus aliquantum torta: ex quo thorax priore parte ſua eodem aliquantum directus. Magis directa facies, cum quia collum magis tortum, tum maxime, quia atlas cum capite eo inſigniter converſus. Caeterum ſic coxarum poſita compages, ut ſumma pelvis ora ſurſum ſimul & in priora, ſicuti in primis figuris, directa ſit. Cumque inferiore parte ſacri in priora coccyx curvatus. Jam & lumbi ab oſſe ſacro primum inſigniter curvati, mox rectiores, retrorſum modice inclinant, in poſteriora cavi. Ab iiſque quod ſpinae per dorſum pertinens eſt, retrorſum inclinat, leviterque à ſummo inflexum eſt, cavum in priora. Inde ſe collum in priora erigit, modice reflexum. Brachium ſiniſtrum quia ſublatum, ſcapula aliquantum converſa, ſic ut pars ſuperior aliquantum retrorſum directa ſit, angulus inferior antrorſum. Dextrum autem quia pendet, & ſimul retrorſus actum eſt, ſic fit, ut ſcapulae dextrae baſis aliquantum à coſtis deducta ſit; maxime angulo inferiore. Sed de poſitus ratione ſatis: quod enim tum in hac, tum in duabus primis figuris reliquum eſt, id ex iis ipſis haud difficulter cognoſcitur. Articuli autem omnes pleniores ſunt, & quam aptiſſimi: quippe cruſtae cartilagineae eorum non neglectae.

Poſt haec ſequitur exponendum, qualem, quem exprimendum curarem, ſceletum elegerim. Ex aetatibus elegi illam, qua oſſa ad plenum incrementum ſuum, plenamque ſimul perfectionem pervenerint; hoc eſt, cum epiphyſes jam plane ſint oſſibus ſuis continuatae, quorum ſunt portiones: neque enim ante, quam continuatae ſunt, abſoluta dici oſſa poſſunt. Ex ſexibus elegi virilem. Ex ſtaturis juſtam, in qua ſimul oſſium commenſus juſtas habeant ſymmetriarum rationes. Elegi, qui ſimul perfectior ſit, nec, quod tum ad ipſa oſſa, tum ad compoſitionem eorum attineat, vitioſi aliquid habeat. Cumque non aetate ſolum, & ſexu, & ſtatura, oſſiumque perfectione, ſceleti differant inter ſe, ſed roboris etiam notis & indiciis, ſpecieque praeterea tota, & habitu; elegi, qui & robur virile ſignificet, & agilitatem: cujus partium omnium expreſſa ſit ſpecies, neque tamen praeter modum; ut neque juvenilem foemineamve habeant hebetudinem & exilitatem, neque ſint impolitae: quarum denique pulchrior ſit ſpecies, & gratior. Juvabat quippe naturae exemplum ex natura optima ſumere. Sed cum illi etiam ſceleti, qui optimi haberi poſſunt, diſſimiles ſint inter ſe, & tamen unum tantum aliquem exhibere vellem, is, qui exhibitus, in exemplum caeterorum propoſitus à me eſt. Non poſſum autem non laudare fortunas meas, qui in corpus inciderim, quod cum promitteret, etiam contineret, qualem quaerebam ſceletum. Neque tamen ita abſolutus fuit, quin occurrerit aliquid, quod minus laudabile eſſet. Ut igitur pictores, cum pulchram imitantur faciem, reddunt eam, ſi qua in ea menda ſit, pictura, quo pulchrior efficiatur imago, emendatiorem; ſic, quae probari ſatis non poterant, emendata in figuris: & quidem, ut probatiora oſtendebant exemplaria, ſic emendata; adhibita cura, ne quid à vero diſcederetur. Ac ſceleti haec figurarum ratio, & hiſtoria. Ex quibus facile, puto, intelligi poteſt, potuiſſe illo modo naturae rationem, quam minimum aberrando, exprimi: ſed non poſſe ſceletum aliquem, ſicut hae figurae exhibent, oculis re ipſa proponi: non certe, ut equidem videtur, ita facile. Immo vero, quinam ſit ille, qui, oſſibus perfecte purgatis, atque adeo & vinculis, quibus ut conjuncta tenentur, ſic plus minus obteguntur, detractis, ſervatis autem cartilagineis articulorum cruſtis, ſic compoſitum proponat, ut omni ex parte & vera ſit, & concinna compoſitio?

Poſtea autem, quam figurae illae deſcriptae erant, plus acceſſit animi, ad muſculos iis, poſtquam in aes inciſae forent, inſcribendos, periclitandumque, & amore operis, & rei anatomicae pro virili parte conſulendi cauſſâ, ſi, quod animo conceperam, efficere re ipſa poſſem. Ad quod tamen deinde non acceſſi imparatus. Et ſane, cum ſilva quaedam ſit muſculorum, cum toto corpore pertinens implicatio: cumque, ſi non ſic obiter, ſed plene, & accurate rimari omnes velis, multae identidem occurrant difficultates: cum multae, & magnae eorum in aliis aliiſque ſint diverſitates: cum pauca corpora idonea ſint naturam quaerenti optimam; conveniret autem, inter expingendum quam quidem minimum poſſit retardari: idcirco erat maxime neceſſarium, quicquid provideri poterat, providere. Itaque ex quo tempore prima ſceleti ſchemata curavi, quotannis, cum auditorum gratia muſculos perſecutus ſum, & quoties fuit praeterea occaſio, annotare poſitum eorum, nexum, figuram, craſſitudinem, partes. Et prout alia aliaque corpora oſtendebant, aut confirmare, quae annotaveram, aut adjicere, quae diſcrepabant. Atque ita eundem in ſingulos annos orbem volvere. Et quoniam praeſtat, res ipſas, quam ex annotationibus cognoſcere, oculis, cum uſus eſt, ſubjicere; conſervare etiam, quae conſervari poterant, ſic ut adjumento olim eſſe poſſent. Et praeſertim quidem oſſa, illaque, ad quae, praeterquam ad oſſa, muſculi pertinent, cum adnexis extremis eorum, quibus aut oriri dicuntur, aut inſeri, eaque ex optimis corporibus lecta, conſervare in humore ad id idoneo, ne quid vitii, quod officere poſſet, contraherent: ad quae, quoties opus eſſet, recurrendi poteſtas foret. Cumque ſparſas annotationes bene multas jam haberem, digerere eas, ut haberem omnia in promtu. Quo facto, componere ex iis Hiſtoriam muſculorum, illis potiſſimum electis, quae frequentius inveneram, inſtitutoque naturae maxime reſpondere exiſtimabam. Et, quanquam nihil aliud, quam quod ipſe naturae liber mihi obtulerit, inſerere Hiſtoriae illi volebam, tamen è re fore putare, ſi adirem anatomicorum quoque libros, & non ſolum probatorum, ſed etiam caeterorum, quos nanciſci poſſem; ut

admo-

© BIUM / R. Caussimon

# HISTORIA HUJUS OPERIS.

admonerer, ſi quid dignum memoria, ab iis annotatum, praetermiſerim. Nec deinde deſii, corpori illi myologiae, quamvis edito, adjicere, quae corpora hominum ſuggeſſerunt.

Sic paratus, & conſilio certiore, & ſpe minus dubia, ad muſculos figuris ſceleti inſcribendos, anno aggredi octavo & trigeſimo. Ad quod lineares ſceleti adhibere conveniebat: nam illuminatae, quia umbrae obſcurarent ea, quae inſcriberentur, minus erant futurae idoneae. Hic vero vitium quoddam, in conficiendis tabulis ſceleti à me animadverſum, oportuit praecavere. Ut commode, recteque figuram ſuper tabulam aeneam ex charta, depictam continente, ſcalptores transferant, primum chartae illius partem averſam pulvere ceruſſae reſpergunt, illiniuntque: eaque deinde eam parte tabulae aeneae ſcite imponunt, ad eamque, ut poſitus figurae requirit, aptant; firmant denique. Poſt acum per figurae lineas ducentes, leviterque ſimul, & quantum ſatis eſt, tabulae imprimentes, efficiunt, ut, ſublata deinde charta, lineae illae inſcriptae tabulae ſint, impreſſâ ceruſſâ. Abſolutâ autem figurâ, cum tabula excuditur, fit, ut, quae dextra ſunt in tabula aenea, ea in figura, quae chartae per eam impreſſa eſt, ſint ſiniſtra: & perinde, quae ſiniſtra ſunt in illa, dextra ſint in hac. Si igitur linearibus ſceleti figuris, chartae per tabulas aeneas impreſſis, inſcripta muſculorum ſyntaxis fuiſſet, eaeque deinde ſyntaxis illius figurae à ſcalptore, quo dictum eſt modo, fuiſſent ſuper tabulas aeneas incidendi cauſſâ tranſlatae; non reſpondiſſent dextra ſiniſtraque ſyntaxis muſculorum dextris ſiniſtriſque ſceleti. Quod quidem facile erat vitare, ſi, quo ſolent ſcalptores modo, primum linearis ſceleti tabula excuderetur, eoque impreſſâ chartae figura ſceleti, quam archetypam vocabo, ſtatim, ut impreſſa eſſet, imprimeretur chartae alii, ut ſic haberetur in ea figurae illius, quod ad dextra ſiniſtraque attineat, contraria: adhibereturque contraria illa (antitypam appellabo) ad muſculos inſcribendos: iiſque inſcriptis, effecta ex eo figura ſuper tabulam aeneam transferretur, in eamque incideretur; ex quo impreſſa per tabulam illam figura, contraria futura eſſet antitypae ſceleti, atque adeo, quod quaerebatur, reſpondens archetypae. Sed hic occurrebat, quod impedimentum afferebat. Ut bene excudantur tabulae, neceſſe eſt, ut maceratione praemollita charta ſit, quae adhibetur. Cum vero ſic praemollitae chartae, quarum alteri archetypa recens impreſſa, alteri antitypa imprimenda per archetypam illam eſt, ſimul prelo ſubjiciuntur, fit, ut traductione inter duos ſe mutuo verſus circumactos cylindros, (quo nimirum preli genere ad excudendas tabulas utuntur) non ſolum premantur, ſed ſimul etiam extendantur, eoque impreſſae figurae reddantur majores, & ita quidem, ut ſe ad juſtam, cum exſiccantur chartae, non contrahant menſuram. Itaque, ſi antitypas ſceleti tales ad muſculorum ſyntaxem inſcribendam adhibuiſſem, figurae illae ejus fuiſſent figuris ſceleti majores. Quod impedimentum ut praecaveretur, tum ad archetypas ſceleti, tum ad antitypas excudendas, chartam ſiccam curavi adhibendam: ex quo male quidem, & imperfecte excuſae erant, maximeque antitypae; at non ſic tamen, quin propoſito ſufficerent. Antequam autem vitium illud antityparum, ad quas excudendas praemollitae adhibitae fuerant chartae, animadverteram, muſculi antitypae tali ſceleti ſecundi inſcripti fuerant; eoque factum eſt, ut juſtam figurae lineares, quae poſteriores ordines ſyntaxis muſculorum exhibent, magnitudinem aliquantum excedant. Quod ferre poteram in iis, utpote ad figuras, quae lumine umbriſque diſtinctae ſunt, intelligendas, ſimplicitate deſignationis, & notis inſcriptis, tantummodo comparatas. Correxi autem in figuris illuminatis, antequam in aes inciderentur: nam poſt lineares illuminatae inciſae omnes ſunt, & quaeque lineares in tabulas aeneas, in quas incidendae, quarum ſunt lineares, illuminatae erant, tranſlatae ſunt. Et hoc quidem correxi modo. Ad archetypas linearium illarum, quibus ſyntaxis muſculorum ordines poſteriores exhibiti ſunt, excudendas, chartam curavi adhibendam ſiccam: ad antitypas autem, praemollitam. Ex quo, cui archetypa imprimebatur, ea charta, quia ſicca erat, vi preli non extendebatur, atque adeo, cum primum antitypa impreſſa erat, magnitudo tum ejus, tum archetypae erat, quae figurae in tabulam aeneam inciſae, qua impreſſa archetypa fuerat: quae autem antitypam continebat charta, ea, quia praemollita erat, ſe, cum exſiccabatur, contrahebat, ſimulque cum ea, quam continebat figuram. Itaque, ſaepe tentando, macerationem chartae, quae antitypis illis excudendis deſtinabatur, temperavi, ut tantum ſe, poſtquam excuſae illae erant, exſiccatione charta contraheret, quantum requirebatur, ut figurae impreſſae juſtam adipiſcerentur menſuram. Eoque quas correxeram antitypas modo, ad poſteriores illos ſyntaxis muſculorum ordines in tabulas aeneas, figurarum illuminatarum incidendarum cauſſâ, transferendos, adhibui. Quanquam tamen deinde cognovi, quod, cum tabulae jam abſolutae excuduntur, ut in manus hominum dentur, vix poſſit praecaveri, quin, quamvis figurae in omnibus tabulis aeneis magnitudine ſint pares, ſere tamen ſint in exemplaribus, quae excuſa ſunt, plus minus impares: prout enim charta, cui tabulae imprimuntur, per ſe laxior eſt, aut ſtrictior, & prout magis minuſve laxata eſt maceratione, ita ſe, cum exſiccatur, magis minuſve contrahit.

Ita autem ad illas, de quibus dixi, linearium ſceleti antitypas relati muſculi ſunt, ut ſceleto in corpore demortui appoſiti cernebantur, affixique. Membraque illa alia, ad quae muſculi, pariter atque ad ſceletum, pertinent; ut os hyoïdes, larynx, lingua, caetera; pari modo ad ſceleti figuras relata ſunt: ad eaque relati muſculi. Simul autem adhibui Hiſtoriam muſculorum, & adjectas ei, poſtquam edita fuit, annotationes; identidem quoque recurrens ad illa, quae de muſculis mandaſſe me condita vetuſtati, ſupra memoravi. Nec tamen, niſi ex corporibus ipſis, quicquam ſumtum. Et quibus rebus manifeſte, & inſigniter ab iis, quae frequentius animadverteram, diſcreparunt, eae res ex corporibus ſuppletae ſunt aliis. Quod cum ab initio, quamvis minus quidem expedite, tamen ex ſententia procederet, ecce nova difficultas. Non poteram certe ex uno eodemque corpore muſculorum plerorumque figuras conſequi, nedum omnium: immo vero ſatis apparebat, aliquot fore impendendos annos, corporaque adhibenda multa. Jam vero referri quidem ex quibuſcunque corporibus ad ſceleti figuras muſculi poterant: ſed cum corpora alia aliis ſint toroſiora, neque ſperandum eſſet, ſatis ſimilia primo adipiſcendi facultatem fore; difficulter intelligebatur, quomodo ſecundum decentem aequalitatem, omniumque inter ſe competentiam, ex corporibus inter ſe toroſitate diſcrepantibus petiti, & congeſti, modificarentur. Ad quod ſceletus juvare ſolus non poterat. Itaque praeter eum, praeterea aliud aliquid, quod certum eſſet, reperiendum erat: ex ſola enim opinione fingere, neque ſatis tutum erat, nec omnino placebat. Et quidem pro magnis craſſiſque muſculis reperiendum praecipue erat: praeſertim pro illis eorum, qui in trunco & collo, potiſſimumque, qui ſiti ſunt in artubus. Opera igitur data eſt, ut exteriorem trunci, collique, & artuum à muſculis effectum ambitum ex primo corpore conſequerer: intra quem deinde, ſimul & ad ſceleti figuram ordinati ſunt, qui ex aliis petendi fuerunt corporibus; quamvis tamen ad tales muſculos corpora adhibuerim quam maxime ſimilia. In exteriore deinde ordine deſcribendo, quam poſitus rationem, qui ad eum pertinent muſculi, in comparatione ad ſceletum habeant, invenire, eo quod iis maximam partem contectus ſceletus eſt, difficile fuit. Quamvis igitur cura magna adhibita fuerat, poſtea tamen, ut interiores ordines, ſceleto in iis magis denudato, faciendum eſſe demonſtrarunt, corrigendi exteriores fuerunt. Etenim ad muſculos ſceleti figuris accurate apponendos, ſeparatim unuſquiſque eorum apponendus iis fuiſſet: quod ſi feciſſem, facile non fuiſſet, in ſyntaxem eos componere. Ad ſyntaxem reddendam, ab exterioribus incipiendum erat: quod cum feci, difficile, ut dictum eſt, fuit, exteriores illos, quod ſceletum fere totum contegunt, recte ei apponere: difficile etiam, apponere illos, qui magna parte ſui ſubjecti ſunt aliis. Utrique occurſum difficultati, incipiendo ab ordine exteriore, ab eoque ad interiores interioreſque progrediendo: ac poſt exteriores, ut interiores faciendum demonſtrabant, corrigendo.

In muſculis eruendis, & proponendis, opera data, ut ne quicquam vitiarentur. Quod quo minus fieret, corporibus, ubi opus fuit, uſus ſum obaeſulis, in quibus muſculi à pingui ſuſtinentur; cujus non plus detraxi, quam quantum detrahendum neceſſario erat, ut, quod exprimendum erat, oſtenderetur: reliquo, ut ſuſtineret, intacto. Multos per partes, & perſequi neceſſe fuit, & exſcribere: maximeque eos, quorum, ſi totos denudare, & proponere aggreſſus eſſem, evitari depravatio, aut difficulter, aut nullo modo potuiſſet. Nec raro alia aliaque adminicula circumſpicere neceſſe fuit. Ut figuram coracohyoïdei, quae eſt quinta & trigeſima tabulae undecimae, exhiberem, primum denudata pars ejus exterior, expreſſaque: deinde principii pars interior; ad quam proponendam, ab ea pingue ſubtiliter, nihilque vitiando detraxi, relicto ta-

* * *

© BIUM / R. Caussimon



men, quod neque concidere principium illud ſineret, neque impedimento eſſet. Diaphragmatis tum concava pars, tum gibba, ut in tabula quarta, & in quarta decima exſtant, ſub uno adſpectu poni in corpore nequeunt. Nam ad concavam cernendam, removenda ſunt, quae, quo minus cerni poſſit, impediunt, viſcera abdominis: ad gibbam, aperiendus thorax. Cum vero, aut exemtis thorax viſceribus abdominis aperitur, aut aperto hoc, illa eximuntur, diaphragma laxatum, in vitioſam ſe figuram transfert. Itaque viſceribus abdominis exemtis, concavam primum propoſui partem: eaque expreſſa, repoſui viſcera, ut ſuſtinerent; apertoque thorace, gibbam partem figurae addidi; ad quam deinde abſolvendam, corpus adhibui aliud, cujus thoracem primum aperui, abdomine integro, ejuſque adeo viſceribus diaphragma ſuſtinentibus. Multa excogitanda fuerunt, ut ſedis muſculi, maximeque pharyngis, palati mollis, uvulae, faciei, recte exhiberentur. Ac ſic effectum eſt, ut non pauca ad veritatem, ni fallar, exhibita ſint, quorum alia difficulter, alia ne ullo quidem modo in corporibus ipſis ita plene cernas. Eſſet autem longum, quot quibuſque modis in praecavenda omni depravatione uſus ſim, referre.

Corpora adhibita adultorum: eorumque, quae maxime erant idonea. Muſculi autem, quales frequentius occurrerant, tales exhibiti. Potiſſimumque electi, quos abſolutiores ſimul & laudatiores eſſe, licebat exiſtimare. Erat autem infinitum, diſſimilitudines illas, quibus, ut lineamentorum qualitate, corpora differunt, perſequi. Et etiamſi, praeteritis levioribus, non niſi inſigniores, notabilioreſque perſequi voluiſſem varietates, non tamen facile finem reperiſſem. Nec vero conveniebat, multas univerſali huic muſculorum iconographiae interferere, tametſi memorabiles, tametſi etiam frequentiores. Inſertae nonnullae. Inſerti, qui rarius occurrerunt, pauci; ut pſoas parvus. Inſertus, qui perraro à me viſus, veſicae muſculus. Et quanquam accurate omnes, pleneque, & ſubtiliter anniſus ſum rimari, taleſque etiam reddendos curare; praeterii tamen leviora quaedam. Sic ſunt, qui, tametſi in principio, extremove, tendinei quid habuerunt, tamen non habent in figuris. Neque indicatae fiſſurae quaedam, per quas arteriae, venaeque, & nervi penetrant minores: ejuſque generis non indicata alia, quae partim quidem non ita magni momenti eſſe viſa ſunt, partim formam, ductumque generalem muſculorum plus minus fuiſſe obſcuratura; minus certe ſimplicitati illi, quam quaerebam, putavi convenire. Et convenit ſane, ejuſmodi in rebus, ubi ratio poſtulat, modum adhibere, & quoddam judicium. Situs, figura, magnitudo, origo, inſertio, cohaeſio, carnea tendineaque natura, generalis fibrarum ductus, ad quem referri decurſus earum poteſt, in conſiderationem potiſſimum venerunt.

Duo autem tabularum genera ſunt, quibus totam rem comprehendi. Alterum, quod per totum corpus pertinentem muſculorum ſyntaxem continet: alterum, quod ſingulorum imagines. Syntaxis, perinde ut ſceletus, à fronte, & à tergo, & à latere exhibita eſt. Perque ordines exhibita eſt: primo exteriore; poſt ſequentibus interioribus, aliis poſt alios. Et ſubſequens quiſque praecedentis cujuſque continuatio eſt. Quoniam vero priora corporis, poſterioraque, pleniora ſunt; certe in univerſum: & collatis utriſque, quae ſit laterum ratio, fere poteſt judicari; propterea ab iis partibus ordinum ſeries exhibita. His tamen additus lateris ordo exterior, quo plenius, quam intelligi ex comparatione partis prioris cum poſteriore poteſt, appareat: id quod poſitus muſculorum poſtulare viſus eſt. Primum autem illum putavi ſufficere, quippe cum ex eo ſyntaxis ratio in univerſum ſatis cognoſcatur; praeſertim ſi ſimul conferantur ordines priores & poſteriores, praetereaque etiam, ubi opus ſit, ſingulorum figurae muſculorum. Sed eorum, qui in collo, & ſub capite ſiti ſunt, quoniam neque in ordinibus prioribus, neque in poſterioribus, neque omnino poſitu alio, melius poterant exhiberi, aliquot à latere exhibiti ſunt ordines. Additi etiam ob eandem cauſſam ordines in planta pedis, itemque in cavo oſſeo oculi ſitorum. Caeterum, cum pro varietate ſtatus, poſituſque membrorum, proque varietate adſpectus, ſyntaxis etiam alia ſe, aliaque ſpecie offerat, eaeque infinitae ſint varietates; multiplicari quoque ſine fine figurae poſſent. Elegi autem poſitum prae caeteris convenientem. Cumque nullus inveniatur, quo, quae minus plene appareat, pars non ſit ulla; elegi, quo ſyntaxis in univerſum ut optime poſſit, oſtendatur. Ac ſic & ordines effici multo plures potuiſſent. Sed quia pauci illi, quos exhibeo, ſyntaxi in univerſum proponendae, ut equidem arbitror, ſufficiunt, & ſi quae praeterea deſiderentur, ea haud difficulter ordinum cum ſingulorum muſculorum figuris ſuppeditabit comparatio; idcirco malui modum adhibere. Dataque etiam opera paucitati ſtudui, ne multitudo obrueret. Fuitque res operoſior, in paucos ordines totam referre cum ratione ſyntaxem, quam ordinum illa futura fuiſſet multiplicatio. Sed quoniam muſculi in ordinibus illis toti comparere, praeter paucos, nequeunt, neceſſarium fuit, plenas ſingulorum figuras adjicere. Et ſi jam multiplicaſſem ordines, ſic ut non inveniretur muſculus, qui non in aliquo eorum totus nudus eſſet, tamen non tam recte omnes, certe non tam facile promteque cognoſci ex iis potuiſſent, quam ex figuris cognoſcuntur ſingulorum; in quibus nihil officit, nihil obſcurat aliorum muſculorum vicinitas. Adde quod ſyntaxis figurae non nimis magnae eſſe debuerint, quo ſub uno adſpectu poni, tractarique poſſent; atque adeo vix majores illis, quae his tabulis continentur: cum videri jam & ipſae poſſint modum excedere. Quae quidem magnitudo ad pleroſque, etiam parvos muſculos, ſatis, quod ad ſyntaxis rationem perſpiciendam ſufficiat, exprimendos idonea fuit. Eademque ſatis quidem ad ſingulos plenius cognoſcendos exprimi muſculi potuiſſent majores, multique etiam parvorum: ſed non pauci, aut ob parvitatem, aut ob compoſitionis rationem, non potuiſſent. Et luminis quoque, umbrarumque in ſyntacticis ratio, ea linearum ſimplicitate, quae indicando fibrarum ductui accommodatior eſt, quaque ſingulorum figurae redditae ſunt, abſolvi, perinde atque decuſſatis abſoluta lineis eſt, non facile potuiſſet. Superfuit igitur, ut ſyntacticas figuras ad quam poſſem paucos ordines redigerem, in ſuoque genere perficerem: praeter eas autem ſingulos muſculos exhiberem ſeparatim.

In ſingulorum figuris, figuras, ubicunque potui, ſecutus ſum ſyntacticas. Atque hoc propterea feci, ut ad ſyntacticas perſpiciendas juvare ſingulorum figurae poſſent, ex iiſdemque intelligerentur, tum quae, ob alia vel adjacentia, vel incumbentia, in ſyntacticis minus plene ſunt, aut plane non conſpicua; tum quae minus exprimi in iiſdem potuerunt. Adde quod hoc pacto omnia melius inter ſe cohaereant. Ubi autem ex ſyntacticis petitus poſitus non ſuffecit, adjeci, poſitu, qui convenit, expreſſos alio. Quidam, quorum in ſyntacticis minus idoneus eſt poſitus; nonnullique, qui in ſyntacticis nulla ex parte poſſunt comparere, tali poſitu, qui maxime convenit, exhibiti. Multiplicare autem praeterea figuras potuiſſem, ſi unumquemque omni ex parte voluiſſem exhibere: ab exteriore, interiore, lateralibus; ut uſu veniſſet. Sed potius viſum eſt adhibere judicium quoddam, ab iiſque duntaxat partibus eos exhibere, quibus inſtituto hujus operis ſatisfiat. Jam vero duplo effectae majores ſingulorum ſunt figurae, quam in ſyntaxem compoſitorum: quo nimirum aptiores eſſent, cum ad omnia, tum ad ea praecipue, quae parva ſunt, plenius, magiſque perſpicue exprimenda. Et quanquam id magni muſculi non poſtulabant, tamen, quo una omnium magnitudinis ratio eſſet, nihil ab ea in magnis placuit diſcedere. Sed qui vocantur auris internae, quoniam tam parvi ſunt, magnitudine expreſſi ſunt naturali. Omneſque figurae integrorum ſunt, niſi quod, ut ad notabiliora quaedam proponenda neceſſe fuit, detruncatorum nonnullae adjectae ſint. Compoſitionem autem, & quae, ſi interiora eorum perſcrutaremur, ſeſe offerrent, ea huic volumini, cujus ſatis jam crevit magnitudo, inferenda eſſe, non ſum arbitratus.

Caeterum non ſolum accurationi figurarum ſtudui, ſed etiam perſpicuitati, & pulchritudini. Itaque artificem adhibui hoc in genere excellentem, qua exprimendi, qua ſcalpendi arte. Qui & ipſe, raro exemplo, earum rerum exprimendarum amore flagrabat: in eoque etiam identidem confirmatus eſt, quod de mercede, quam petiit, nihil unquam detraxi. Qui per multos antea annos paucis, praeter mihi, addixit operam ſuam: per hos poſtremos decem (quos quidem, praeter intercurrentia quaedam tempora, his in tabulis conſumſit) mihi fere ſoli. Meoque is omnia ductu & deſcripſit, & incidit. Operam primum identidem dedi, ut, quantum quidem poſſet, intelligeret id, quod reddendum erat: adſuique deinde, cum deſcripſit, de unaquaque re, quomodo deſcribenda ſit, praecipiens, juvanſque deſcribentem, ac deſcripta emendans. Atque ita formandus à me, ducenduſque, & plane regendus fuit, tanquam ſi ejus miniſterio figuras ipſe efficerem. Et poſt,

© BIUM / R. Caussimon

# HISTORIA HUJUS OPERIS.

poſt, cum incidit, multa etiam adhibenda cura fuit, ne quid imitando in aere figuras aberraret: nec raro conſultandum, quo quaeque modo incidere conveniret. Ac cum vel ſic praecaveri, ne aberraretur, nequiverit, recenſui figuras, poſtquam in aes inciſae erant; mendaſque, quas animadverti, exſculpſit, refinxitque ad veritatem. Praecipuaque cura fuit, omnia ex vero, &, quantum poſſet, perſpicue exprimere. Artifex praeterea ſtuduit arti, tum in extremis rerum lineis, tum in lumine umbriſque, tum etiam in ſymmetriarum ratione, in ipſa denique rerum ſpecie. Dignitati in lineis extremis. Diſtinctioni, ac vi, & gratiae, in lumine & umbris, ſimul & harmoniae decenti, ut & plene omnia oſtenderentur, & ſimul tota, quamvis è multis in unum conjunctis partibus conſtans figura, nullibi, quantum quidem cujuſque ratio ferat, interrupta eſſet. In ſymmetriis, congruentiae cuidam, & aequalitati, qua inter ſe omnes partes conſentirent. In ſpecie rerum, diſtinctioni ac diſſimilitudini oſſis, carnis, tendinis, cartilaginis, caeterorum. In totis denique figuris, etiam lepori cuidam. Figuris autem ſyntacticis parerga adjecit, non ſolum ut occurreretur inanitati ſpatioſioris amplitudinis tabularum, & ut adſpectus blandior eſſet; ſed etiam, ut earum rerum, quae juxta expreſſae ſunt, luminis & umbrarum temperamento, lumen & umbrae figurarum cuſtodirentur, ipſaeque figurae melius eminerent è tabulis, extraque eas eſſe viderentur; & cum è multis partibus conſtent, eoque veluti confractae ſint, ſolidae tamen apparerent. Quod quidem artis eſt non mediocris, & cum in omnibus illis tabulis non ita facile fuit, tum in iis praecipue, quae ſceletos continent. An vero praeſtitum ea in re aliquid ſit, optime cognoſcet, qui tabulas è juſto intervallo conſpiciet, manu oculo ita admota, ut ne quid luminis circumfuſi vis aciei officiat. Neque facile, ſpero, cuiquam, ad manum, & non plane oſcitanter intuenti, quo ſecius ea, quae figuris ipſis reddita ſunt, promte internoſcat, impedimentum parerga illa afferent.

Quibus laudibus artis ne plurimum decederet, abſtinendum fuit à notis inſcribendis, quibus quaeque res deſignentur in explanatione. Quae praeterquam quod figuras veluti commaculaſſent, multas etiam res obſcuraſſent, & non paucas plane deleviſſent, cum multae tam parvae ſint res, ut aut totas, aut prope totas, notae illae impleviſſent. Ipſaeque quae in umbris ponendae fuiſſent notae, pleraeque difficilius, non paucae vix ullo modo cerni potuiſſent. Quibus remedium inventum eſt additis figuris linearibus, inſcriptiſque eis notis illis. Ex quo & hoc commodi, ut in linearibus rerum omnium ambitus, terminique, promte, & aperte noſcantur; eoque, ſi quid in illuminatis aut parvitas, aut inevitabilis umbrarum ſcalpturaeve ratio afferat dubii, id tollant lineares. At ſingulorum muſculorum figuris ipſis inſcriptae notae illae ſunt: quippe cum fere ſingulos exhibeant ſeparatim, eoſque majores, ipſaeque uno linearum tractu ſcalptae ſint; & inſcribi notae facile potuerunt, & cerni inſcriptae poſſunt, invenirique. Neque adeo officiunt figuris illis, ut quibus tot artis adminicula adjungere neceſſe viſum non eſt. Quin & oſſa, aliaque, quae cum muſculis, quo cognoſcatur, quibus appoſiti ſint, adnexique, exhibita ſunt, non niſi extremis indicata ſunt lineis, non ſolum quia propoſito id ſufficit, ſed quod ea ratione muſculorum ambitus terminique appareant apertius. Nec tamen muſculi ipſi in figuris illis, tum quod ad terminos, quibus circumſcripti ſunt, attinet, tum quod ad lumen & umbras, tum quod ad carneae tendineaeque naturae diſtinctionem, arte effícti ſunt minore. Ineſt & alius, quam in ſyntacticis, ſcalpturae modus, aliaque ſimul commendatio, quod uno linearum tractu, non ſuperadditis decuſſantibus, expreſſae ſunt. Qua ſimplicitate ad ductum fibrarum purius deſignandum uti placuit. Is vero tantummodo in univerſum deſignatus eſt. Neque viſum eſt faciundum, ut fibras, habitumque compoſitionis earum exequerer ſubtiliter. Praeterquam enim quod veri quadam tantum ſpecie reddi hoc potuiſſet, praeterea ſummam decurſus fibrarum rationem in univerſali hac iconographia quaerendam potius eſſe, exiſtimavi.

Ad notas autem incidendas ſcalptorem aſſumſi peritum, qui id cum judicio ſciret facere, ſic ut iis accurate, quoad fieri poſſet, inſcriberentur locis, quibus deberent, iiſque rebus, quibus inſcribendae eſſent, & magnitudine, & plenitudine reſponderent; quo & accurate deſignarent eas, & conſpicuae eſſent ipſae, neque tamen officerent, parvaſque praeſertim res non nimis obſcurarent. Curavique deinde, ut tabulae quam poſſint optime excuderentur: quod quanti momenti ſit, non tantum ad puritatis elegantiam, ſed etiam ad artis vim, gratiamque exhibendas, non ignorant artis gnari. Itaque & chartam adhibui maxime idoneam, in qua plurimum ſitum eſt: & excuſorem intelligentem, & exercitatum. Quod vero ad explanationes attinet, breves, indicis in modum, putavi ſufficere: quarum tamen aliquanto pleniores ſunt, quae pertinent ad figuras ſingulorum. Caetera Hiſtoria muſculorum dabit.

Haec ſunt, quae de ratione hujus operis putavi dicenda. Quanquam tamen eam, & cujuſnam res molis fuerit, is optime omnium, qui in eandem palaeſtram deſcenderit, perſpiciet, diſcetque. Videri autem poſſit, ſingillatim differendum fuiſſe de illis, quae praeter ea, quae ab eximiis illis, laudatiſque hominibus, ante me prolata ſunt, omni me hoc conatu, illoque & labore, ſumtuque (qui quidem certe opinione majores inſumti) conſecutum eſſe, promitti poſſe putem. Sed ſane quod ad commodum eorum, qui haec ſtudia amant, coluntque, attinet, ſatis equidem, ſi, quae de ratione operis rettuli, expenderint, quid praeſtitiſſe velim, intelligent. Quod ſi cui volupe fuerit ſcire, quid, praeterquam quod ad normam illam, quam dixi, directa omnia ſint, à ſuperiorum anatomicorum figuris, atque ſcriptis, rebus ipſis diſcrepem, quidque aut emendatum ſit, aut adjectum, quandoquidem, ſi comparaverit, cognoſcet, praeterire id me poſſe putavi. Utcunque ſit, poterit fortaſſe, quae impendenda à me eſſet opera, quae profecto, in illa rerum copia, multa eſſet, melius collocari. Si qui autem erunt, qui exiſtiment, ſupervacuam, eo quod in uſu neceſſaria non ſit, eſſe illam, quae praeterea tanta contentione quaeſita ſit, accurationem, & perfectionem: hi velim conſiderent, quid praeter utilitatem neceſſariam, magnitudo mereatur rei, & dignitas. Nec dubito futurum, ut minus mirentur, quod has tabulas hoc laudabiliores fore exiſtimaverim, quo non ſolum veriores, ſed etiam meliores, ſed abſolutiores fuerint.

Lugduni Batavorum, CIↃIↃCCXLVII.

****

© BIUM / R. Caussimon

TABULAE I.



© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE ANATOMICAE PRIMAE
# SCELETI HOMINIS
## EXPLANATIO.

PRima haec Tabula continet figuram Sceleti hominis à priori maxime parte. Addidi tum ligamenta quaedam, tum cartilagines, ſine quibus ſyntaxis haec oſſium interrupta eſſet.

*In capite, & ſpina.*

A Os frontis.
B. B Foramina ſuperciliorum; quorum ſiniſtrum integrum eſt, dextrum ex parte deficit.
C D Sutura conoralis. C pars ejus, quae ſutura vera: D pars, quae ſquamoſa.
E Os verticis ſiniſtrum.
F Sutura ſquamoſa, quae fit ex conjunctione oſſis verticis cum ſquamoſo.
G Sutura ſquamoſa, quae fit ex conjunctione oſſis verticis cum proceſſu laterali maximo oſſis multiformis.
H Sutura ſquamoſa, quae fit ex conjunctione oſſis frontis cum proceſſu laterali maximo multiformis.
I Proceſſus lateralis maximus oſſis multiformis.
K Sutura communis oſſi ſquamoſo cum proceſſu laterali maximo multiformis.
L Oſſis temporis pars ſquamoſa.
M Oſſeus auris introïtus.
N Proceſſus mammillaris oſſis temporis.
O Proceſſus zygomaticus oſſis temporis.
P Sutura communis oſſi jugali cum proceſſu zygomatico oſſis temporis.
Q. Q Oſſa jugalia.
R. R Suturae communes oſſi frontis cum jugalibus, juxta caudas ſuperciliorum.
S. S Suturae, quae in malis fiunt ex conjunctione oſſium jugalium cum maxillaribus ſuperioribus.
T. T Oſſium jugalium partes ad foramina oculorum pertinentes.
Inter T & W Sutura quae in foramine oculi fit è conjunctione oſſis jugalis cum maxillari ſuperiore.
Inter T & c: T & c Suturae communes oſſibus jugalibus cum oſſe frontis in foraminibus oculorum.
Inter T & Y: T & Y Suturae communes oſſibus jugalibus cum proceſſibus lateralibus maximis multiformis.
V. V Fiſſurae in fundis foraminum oculorum.
W X Oſſis maxillaris ſuperioris pars ad fundum foraminis oculi pertinens.
Inter W & X Sutura decurrens ſecundum canalem, qui per fundum foraminis oculi porrectus. Quae ſutura etiam oram foraminis illius circumit, pertinetque ad exitum canalis ſupradicti, qui exitus eſt infra oram illam in gena.
Inter X & d Sutura communis oſſi maxillari ſuperiori cum plano.
Inter X & e Sutura communis oſſi maxillari ſuperiori cum oſſe unguis.
Y. Y Proceſſuum lateralium maximorum multiformis partes, quae pertinent ad foramina oculorum.
Inter Y & c: Y & c Suturae communes proceſſibus lateralibus maximis multiformis cum oſſe frontis in foraminibus oculorum.
Z Foramen, quo è calvariae cavo exeunt, foramenque oculi intrant tertius nervus cerebri, quartus, ſextus, primus ramus quinti, &c.
a Proceſſus tenuis oſſis multiformis.
b Foramen, quo è calvariae cavo exit, oculique foramen intrat nervus opticus una cum ramo arteriae carotidis internae.
Inter a & c Sutura communis proceſſui tenui multiformis cum oſſe frontis in foramine oculi.
Inter a & d Sutura communis proceſſui tenui multiformis cum oſſe plano in foramine oculi.
c. c Oſſis frontis partes ad foramina oculorum pertinentes.
Inter c & d Sutura communis oſſi frontis cum plano.
Inter c & e f Sutura communis oſſi frontis cum oſſe unguis.
d Os planum.
Inter d & e Sutura communis oſſi plano cum oſſe unguis.
e f Os unguis. f ſinus ad canalem naſalem pertinens.
Inter f & g Sutura communis oſſi unguis cum proceſſu naſali oſſis maxillaris ſuperioris.
g. g Proceſſus naſales oſſium maxillarium ſuperiorum.
Inter g & k: g & k Suturae communes proceſſibus naſalibus oſſium maxillarium ſuperiorum cum oſſibus naſi.
h Sutura communis proceſſui naſali oſſis maxillaris ſuperioris cum oſſe frontis.
i. i Suturae communes oſſibus naſi cum oſſe frontis.
k. k Oſſa naſi.
Inter k & k Sutura communis oſſibus naſi.
l Pars interior proceſſus naſalis oſſis maxillaris ſuperioris, ad naſum pertinens.
m. m Oſſa ſpongioſa inferiora.
Inter l & m dextri lateris, ſutura, quae fit ex conjunctione oſſis ſpongioſi inferioris cum maxillari ſuperiore.
n o Lamina oſſis cribriformis, quae pertinet ad ſeptum narium. o extremitas ejus, cui continuatur cartilaginea pars ſepti.
p Vomer.
Inter n & p Suturae ſpecies, facta ex connexione vomeris cum lamina oſſis cribriformis.
q Oſſis maxillaris ſuperioris pars, quae ad inferiora narium pertinet.
r Sutura oſſibus maxillaribus ſuperioribus communis.
s. s Oſſa maxillaria ſuperiora, qua in malis ſunt.
t. t Foramina, quae ſunt exitus canalium, qui per fundum foraminum oculorum deducti.
u Proceſſus aliformis oſſis multiformis.
w x y z Maxilla inferior. x foramen, quo exit nervus cum vaſis è canali maxillae. y proceſſus coronoïdeus. z collum, in cujus ſummo capitulum, quo maxilla cum oſſe temporis committitur.
α Lamella cartilaginea, interjecta articulo maxillae cum oſſe temporis.
β. γ. δ. ε. ζ. η. ϑ. ι: β. γ. δ. ε. ζ. η. ϑ. ι Dentes ſiniſtri in utraque maxilla. β. β inciſores primi. γ. γ inciſores ſecundi. δ. δ canini. ε. ε. molares primi, ζ. ζ ſecundi, η. η tertii, ϑ. ϑ quarti, ι. ι quinti. Ex iis dextri, qui reſpondent, intelligentur.
κ Corpus atlantis, qua parte in epiſtrophaeo innixum, & caput ſuſtinet.
λ Corpus epiſtrophaei, qua parte atlantem ſuſtinet.
μ Proceſſus obliquus inferior vertebrae colli quintae.
ν ξ ο π Quarta colli vertebra. ν proceſſus obliquus ſuperior. ξ proceſſus obliquus inferior. ο proceſſus transverſus. π corpus.
ρ Foramen inter quartam & tertiam.
σ. σ. &c. Ligamenta, quae inter corpora vertebrarum intercedunt, aliaque aliis alligant.
τ υ υ φ φ χ Tertia colli vertebra. τ corpus. υ. υ proceſſus transverſi. φ. φ obliqui ſuperiores. χ obliquus inferior.
ψ ψ ω ω Γ Secunda colli vertebra. ψ. ψ proceſſus obliqui ſuperiores. ω. ω transverſi. Γ corpus.
Δ Δ Θ Θ Λ Λ Ξ Prima colli vertebra. Δ. Δ proceſſus obliqui ſuperiores. Θ. Θ transverſi. Λ. Λ obliqui inferiores. Ξ corpus.
Π Π Σ Φ Φ Ψ Duodecima dorſi vertebra. Π. Π proceſſus obliqui ſuperiores. Σ transverſus. Φ. Φ obliqui inferiores. Ψ corpus.

*In ſpina, thorace, claviculis, ſcapulis, humeris.*

Ω a a b b Undecima vertebra dorſi. Ω corpus. a. a proceſſus obliqui ſuperiores. b. b transverſi.
c Proceſſus transverſus ſextae dorſi.
d d e e Tertia vertebra dorſi. d d corpus. e. e proceſſus transverſi.
f g g Secunda vertebra dorſi. f corpus. g. g proceſſus transverſi.
h Primae vertebrae dorſi corpus.
i k k Quinta lumborum. i corpus. k. k proceſſus transverſi.
l m m n Quarta lumborum. l corpus. m. m proceſſus transverſi. n obliquus ſuperior.
o p p Tertia lumborum. o corpus. p. p proceſſus transverſi.
q q r r s Secunda lumborum. q. q proceſſus obliqui ſuperiores. r. r trans verſi. s corpus.
t t u u v v w Prima lumborum. t. t proceſſus obliqui ſuperiores. u. u transverſi. v. v obliqui inferiores. w corpus.
x x y y z z z z z z A A A A Os ſacrum. x. x proceſſus obliqui ſuperiores primae ejus vertebrae. y. y latera ſacri. z. z. z: z. z. z foraminum anteriorum tria prima ab utroque latere. A. A. A. A corpora quatuor ſuperiora: inter quae lineae oſſeae, quae fuerant olim ligamenta.
B Coccygis oſſiculum quartum.
C D E F Sternum. C os ſuperius. D medium. E inferius, ſive cartilaginis mucronatae. F cartilago mucronata.
G. H Ligamenta, quibus oſſa ſterni inter ſe colligata. G quo os medium cum inferiore, H quo medium cum ſuperiore.
I K L M. I K L M Coſtae primae. K capitulum, quo commiſſa cum proceſſu transverſo vertebrae duodecimae dorſi. L pars prima, qua commiſſa cum corpore ejuſdem duodecimae. M extremum cartilagineum, quo continuata ſterno.
N N O P. N N O P Coſtae ſecundae. O pars prima, qua committit ſe cum corporibus undecimae & duodecimae vertebrarum dorſi. P extremum cartilagineum.
Q Q Q R. Q Q Q R Coſtae tertiae. R extremum cartilagineum.
S S S T. S S S T Coſtae quartae. T extremum cartilagineum.
V V V V W X. V V V V W Coſtae quintae. W extremum cartilagineum, X hac parte lateſcens, alligatumque cartilagini, ad quam pertinet, coſtae ſeptimae.
Y Y Y Y Z Γ. Y Y Y Y Z Γ Coſtae ſextae. Z extremum cartilagineum, Γ lateſcens hac parte, & alligatum coſtae ſeptimae cartilagini, ad quam pertinet.

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE SCELETI PRIMAE EXPLANATIO.

Δ Δ Δ Θ Λ. Δ Δ Δ Θ Λ Coſtae ſeptimae. Θ extremum cartilagineum, Λ quod hac parte lateſcit & alligatur cartilagini coſtae octavae.

Ξ Ξ Ξ Ξ Π Σ. Ξ Ξ Ξ Π Coſtae octavae. Π extremum cartilagineum, Σ hac parte in aliquibus lateſcens, pertinenſque ad cartilaginem coſtae ſeptimae, eidemque alligatum.

Φ Φ Φ Φ Φ Ψ. Φ Φ Φ Ψ Coſtae nonae. Ψ extremum cartilagineum.

Ω Ω Ω Ω Ω Ω α. Ω Ω Ω Ω Ω α Coſtae decimae. α extremum cartilagineum.

β β β β γ. β β β β γ Coſtae undecimae. γ extremum cartilagineum.

δ ε. δ ε Coſtae duodecimae. ε extremum cartilagineum.

ζ η ι. ζ η ι Claviculae. η caput ſterno innixum. ι caput ad ſcapulae proceſſum ſuperiorem pertinens.

θ. θ Cartilagines interjectae articulis clavicularum cum ſterno.

κ. κ Cartilagines interjectae articulis clavicularum cum proceſſibus ſuperioribus ſcapularum.

λ λ λ λ λ λ λ λ λ μ ν ξ ο π. λ λ λ λ λ λ λ λ λ λ λ μ ν ξ ο π Scapulae. μ ſpina. ν proceſſus coracoïdeus. ξ proceſſus ſuperior. ο cervix. π cartilaginea cruſta, qua cervix augetur.

In humeris, cubitis, manibus.

ρ σ τ υ φ χ ψ ω a b. ρ σ τ υ φ χ ψ ω a b Oſſa humerorum. ρ caput laevi cartilagine cruſtatum. σ tuber inaequabile majus capitis ſuperioris. τ tuber inaequabile minus ejuſdem. Inter haec tubera ſinus, per quem delabitur tendo capitis longioris Bicipitis brachii. φ ſinus, qui recipit caput ſuperius radii, quo tempore cubitus flexus, quantum poteſt. χ ſinus, qui recipit proceſſum ulnae, quo tempore cubitus quantum poteſt flexus. ψ Rotula laevi cartilagine cruſtata; qua rotula committitur cum ulna. ω tuber laevi cartilagine cruſtatum, quo committitur cum radio. a condylus minor. b major.

c d e f g. c d f g Ulnae. d caput ſuperius, in eoque ſuperficies inaequabilis, cui ſe Brachialis internus inſerit. e f capitulum, quo radium ſuſtinet; in eoque f ambitus laevi cartilagine cruſtatus. g proceſſus ſtyloïdes.

h i n o p q. h k l m Radii. i capitulum ſuperius. k ambitus capituli ſuperioris, laevi cartilagine cruſtatus. l capitulum, ad cujus partem poſteriorem Bicipitis brachii tendo deſinit, ad priorem inflectitur cum manus in pronum vertitur. m. n o p q capita inferiora. n ſinus, per quem delabuntur tendines Abductoris longi pollicis & Extenſoris minoris. o ſinus, per quem tendo Radialis externi longioris. p ſinus, per quem tendo Radialis externi brevioris. q ſinus, per quem tendo Extenſoris majoris pollicis.

r s t. r s Oſſa navicularia carporum. s tuber, quo cum radio committitur, laevi cartilagine cruſtatum. t tuber, quo cum multangulis committitur, laevi cartilagine cruſtatum.

u w. u Oſſa lunata. w tuber laevi cartilagine cruſtatum, quo cum radio committitur.

x. x Oſſa triquetra. In dextro cruſta laevis cartilaginea, qua cum lunato & cum cubito committitur.

y Os ſubrotundum.

z A A B. z A Oſſa cuneiformia carporum. A A pars laevi cartilagine cruſtata, qua committitur cum triquetro & lunato. B proceſſus unciformis.

C D. C D Oſſa capitata. D caput laevi cartilagine cruſtatum, quo committitur cum lunato & naviculari.

E. E Oſſa multangula minora.

F. F Oſſa multangula majora.

G H. G H Oſſa metacarpi pollicum. H caput inferius laevi cartilagine cruſtatum, qua parte committitur cum oſſe primo pollicis, & cum ſeſamoïdeis.

I. K Oſſa ſeſamoïdea appoſita ad articulum pollicis cum metacarpo ſuo.

L M. L M Oſſa prima pollicum. M caput inferius cartilagine laevi cruſtatum, qua parte committitur cum oſſe ultimo.

N Seſamoïdeum, appoſitum ad articulum pollicis oſſis primi cum ultimo.

O. O Oſſa ultima pollicum.

P. Q. R. S. T: P. Q. R. S. T Metacarpi manuum. P os metacarpi indicis, Q medii, R annularis, S auricularis. T caput inferius, quo cum digito committitur, laevi cartilagine cruſtatum: eodemque modo in reliquis.

V. W Oſſicula ſeſamoïdea, in aliquibus inventa.

X. Y. Z. Γ. Δ: X. Y Y. Z Z. Γ. Δ Oſſa primi ordinis digitorum manuum. X indicis, Y medii, Z annularis, Γ auricularis. Δ caput inferius, quo cum oſſe ſecundi ordinis committitur, cruſta cartilaginea laevi opertum: quemadmodum in reliquis quoque digitis.

Θ. Λ. Ξ. Π. Σ: Θ. Λ. Ξ. Π. Σ Oſſa ſecundi ordinis digitorum manuum. Θ indicis, Λ medii, Ξ annularis, Π auricularis. Σ caput inferius, quo cum oſſe tertii ordinis commiſſum, laevi cartilagine cruſtatum: ſic & in reliquis digitis.

Φ. Ψ. Ω. α: Φ. Ψ. Ω. α Oſſa tertii ordinis digitorum manuum. Φ indicis, Ψ medii, Ω annularis, α auricularis.

In coxis, & pedibus.

β γ δ ε ε ζ η θ ι ι κ λ μ. β γ δ ε ε ζ η θ ι ι κ λ μ Oſſa coxarum. β γ δ os ilium. γ criſta oſſis ilium. δ tuberculum, à quo oritur Rectus cruris. ε ε ζ iſchion. ζ ſinus, per quem delabitur Iliacus internus cum Pſoa magno. η acutus proceſſus iſchii. θ tuber iſchii. ι ι κ λ os pubis. κ ſpina oſſis pubis, à qua oritur Pectineus. λ tuberculum, cui inſeritur tendo inferior idemque exterior illorum, in quos ſe findit aponeuroſis Obliqui externi abdominis. μ foramen magnum.

ν Cartilago pubis oſſibus interjecta, eaque connectens inter ſe.

ξ ο π ρ σ τ υ φ χ ψ. ξ ο π ρ σ τ υ φ χ χ ψ ψ Oſſa femorum. ξ caput laevi cartilagine cruſtatum. ο collum. π trochanter major. ρ eminentia inaequabilis, cui affixum ligamentum, quod articulum coxae continet. σ trochanter minor. υ condylus exterior, φ interior. χ ſinus laevi cartilagine cruſtatus, ad articulum patellae pertinens. ψ huc uſque pertinens cruſta cartilaginea laevis, quae condylos, qua cum tibia committuntur, operit.

ω. ω Patellae.

a b. a b Cartilagines ſemilunares interiores articulorum genuum. b. b ad poſtremum in ligamenta vertuntur, iiſque inſertae tibiis.

c d. c d Cartilagines ſemilunares exteriores, d. d ad poſtremum in ligamenta verſae, quae tibiis inſerta.

e f g h i k l. e f g h i k l Tibiae. e caput ſuperius. f. g cruſtae cartilagineae laeves, operientes verticem tibiae, quibus is partibus ad genu articulum pertinens eſt. h tuberculum, cui affixum ligamentum à patella procedens, eamque tibiae alligans. i ſpina. k l caput inferius. l malleolus internus.

m n o. m n o Fibulae. m caput ſuperius. n ſpina. o caput inferius, quod eſt malleolus externus.

p q r. p q r Tali. q cruſta cartilaginea laevis, qua intectum tuber ejus, quo cum crure committitur. r cruſta ſimilis, qua tectum caput ejus.

s t. s t Calcanei. t pars, quae cervicem tali ſuſtinet.

u. u Oſſa navicularia tarſorum.

v. v Oſſa cuneiformia majora tarſorum.

w. w Oſſa cuneiformia minora tarſorum.

x. x Oſſa cuneiformia media tarſorum.

y Os cubiforme.

z. A. B. C. D. E: z. A. B. C. D. E Metatarſorum oſſa. z digiti quarti parvorum, A tertii, B ſecundi, C primi, D pollicis. E cruſta cartilaginea laevis, qua intectum caput cum primo oſſe pollicis commiſſum: cui ſimiles in reliquis digitis.

F. G: F Oſſa ſeſamoïdea, quae appoſita ad articulos pollicum cum ſuis metatarſi oſſibus.

H. H Oſſa prima pollicum.

I. I Oſſa ultima pollicum.

K. L. M. N: K. L. M. N Oſſa primi ordinis digitorum parvorum. K primi, L ſecundi, M tertii, N quarti.

O. P. Q. R: O. P. Q. R Oſſa ſecundi ordinis digitorum parvorum. O primi, P ſecundi, Q tertii, R quarti.

S. T. V. W: S. T. V. W Oſſa tertii ordinis digitorum parvorum. S primi, T ſecundi, V tertii, W quarti.

© BIUM / R. Caussimon





© BIUM / R. Caussimon



© BIUM / R. Caussimon

TABULAE II.



© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE ANATOMICAE SECUNDAE
# SCELETI HOMINIS
# EXPLANATIO.

IDem Sceletus ab averſa parte expreſſus, ſtatu eodem. Pariterque, ut continua eſſet ſyntaxis, addidi ligamenta quaedam & cartilagines, quibus in locis neceſſarium fuit.

In capite & ſpina.

a. a Oſſa verticis.

b. b Foramina verticalia.

c Sutura ſagittalis.

d d Sutura lambdiformis.

e Os occipitis.

f Sutura ſquamoſa, facta ex conjunctione oſſis ſquamoſi cum oſſe verticis.

g. g Suturae verae, factae ex conjunctione oſſium mammiliarium cum oſſibus verticis.

h Os ſquamoſum.

i i. i i Suturae lambdiformis additamenta.

k. k Foramina per quae rami venarum jugularium internarum penetrant ad ſinus laterales durae meningis.

l. l Proceſſus mammillares oſſium temporum.

m Os frontis.

n Sutura, facta è conjunctione oſſis jugalis cum oſſe frontis juxta caudam ſupercilii.

o Sutura, facta è conjunctione proceſſus zygomatici oſſis temporis cum oſſe jugali.

p p Os jugale.

q Proceſſus zygomaticus oſſis temporis.

r Os maxillare ſuperius.

Inter r & proximam p, ſutura, quae fit ex conjunctione oſſis jugalis cum maxillari ſuperiore.

s Lamella cartilaginea, interjecta articulo maxillae inferioris cum oſſe temporis.

t u u u u Maxilla inferior. t capitulum, quo committitur cum oſſe temporis.

w. w Oſſa maxillaria ſuperiora, quibus partibus ad palatum pertinent.

In maxillis dentes apparent per ſe.

x. x Proceſſus ſtyliformes oſſium temporum.

y y z A B C D D E Atlas. y. y proceſſus transverſi. z foramen proceſſus transverſi. A Arcus, qui in quibusdam invenitur: is cum ſinu, per quem arteria vertebralis pone atlantis corpus ſe flectit, efficit foramen B, per quod arteria illa penetrat in ſpecum vertebrarum, ut alias per ſinum, qualis C in parte ſiniſtra. C ſinus in poſtica parte corporis atlantis, qua corpus illud caput ſuſtinet; per quem ſinum ſe flectit arteria vertebralis, in ſpecum vertebrarum penetratura. D. D partes inferiores corporis, quibus epiſtrophaeo innixus. E eminentia aſperula, quae ſpinae loco eſt, & à qua oriuntur Recti capitis poſtici minores.

F G H H I I K K L Epiſtrophaeus. F axis. G pars corporis interior. H. H duo corporis vertices, quibus atlantem ſuſtinet. I. I proceſſus transverſi. K. K proceſſus obliqui inferiores. L ſpina.

M. N Vertebrae colli, M quinta, N quarta.

O P P Q Q R R Vertebra colli tertia. O ſpina. P. P proceſſus obliqui ſuperiores. Q. Q proceſſus obliqui inferiores. R. R proceſſus transverſi. Ex hac reliquarum colli partes intelligi quoque poterunt.

S. T Vertebrae colli, S ſecunda, T prima.

V. W. X. Y Dorſi vertebrae, V duodecima, W undecima, X decima, Y nona.

Z Z α α β β γ Dorſi vertebra octava. Z. Z proceſſus obliqui ſuperiores. α. α proceſſus transverſi. β. β proceſſus obliqui inferiores. γ ſpina. Intelligi ex hac una partes dorſi reliquarum poterunt.

δ. ε. ζ. η. θ. ι Vertebrae dorſi. δ ſeptima. ε ſexta. ζ quinta, η quarta, θ tertia, ι ſecunda.

κ λ λ μ μ μ Vertebra dorſi prima, cujus λ. λ proceſſus transverſi, veluti reflexi pone articulos proceſſuum obliquorum ſuperiorum vertebrae hujus cum obliquis inferioribus ſecundae. μ μ μ corpus.

ν Quinta lumborum vertebra.

ξ ο ο π π ρ ρ σ σ σ Quarta lumborum. ξ ſpina. ο. ο proceſſus obliqui ſuperiores. π. π proceſſus transverſi. ρ. ρ proceſſus obliqui inferiores. σ σ σ corpus. Reliquarum vertebrarum lumborum partes non difficile erit ex hac intelligere.

τ. υ. φ Lumborum τ tertia, υ ſecunda, φ prima.

χ. χ &c. Ligamenta, quae intercedunt inter corpora vertebrarum, eaque colligant inter ſe.

ψ ψ ω ω ω ω ω ω ω ω Γ Γ Γ Δ Δ Θ Λ Os ſacrum. ψ. ψ proceſſus obliqui ſuperiores. ω. ω. ω. ω. ω. ω. ω. ω foramina poſteriora. Γ. Γ. Γ ſpinae. Δ. Δ proceſſus obliqui inferiores, cum quibus committuntur obliqui ſuperiores primi oſſiculi coccygis. Θ corpus quartae vertebrae illarum è quibus os ſacrum conſtat. Inter Θ & Λ pars oſſea corporibus quartae & quintae interjecta & continuata, quae fuerat olim ligamentum. Λ corpus quintae vertebrae oſſis ſacri.

Inter Λ & Ξ Ligamentum inter corpus imum ſacri & coccygis ſummum intercedens, eaque colligans inter ſe.

Ξ Π Σ Coccygis os primum. Ξ corpus. Π proceſſus transverſus: qualis etiam in altero latere. Σ proceſſus obliquus ſuperior: qualis in altero quoque latere.

Inter Ξ & Φ Ligamentum, quo coccygis primi & ſecundi corpora colligata inter ſe.

Φ. Ψ. Ω Coccygis oſſicula, Φ ſecundum, Ψ tertium, Ω quartum.

In thorace, claviculis, ſcapulis, brachiis, manibus.

a a b b Sternum.

c c d d. c c d d Coſtae primae. d d pars cartilaginea.

e e e f. e e e f Coſtae ſecundae. f pars cartilaginea.

g g h. g g g h Coſtae tertiae. h pars cartilaginea.

i i k. i i k Coſtae quartae. k pars cartilaginea.

l l m. l l m Coſtae quintae. m pars cartilaginea.

n n n n o o. n n n n n o Coſtae ſextae. o pars cartilaginea.

p p p p p q q. p p p p q q Coſtae ſeptimae. q pars cartilaginea.

r r r s. r r r r s Coſtae octavae. s pars cartilaginea.

t t t u. t t u Coſtae nonae. u pars cartilaginea.

w x x. w x x x Coſtae decimae. x pars cartilaginea.

y z. y z Coſtae undecimae. z pars cartilaginea.

A B. A B Coſtae duodecimae. B pars cartilaginea.

C C C C. C C C Claviculae.

D. D Lamellae cartilagineae, quae interjectae articulis clavicularum cum proceſſibus ſuperioribus ſcapularum.

E E F G H I. E E F G H I Scapulae. F ſpina. G proceſſus ſuperior. H cervix. I cartilago ſinum cervicis incruſtans.

K L M N O P. K L M N O P Oſſa humerorum. K caput laevi cartilagine cruſtatum, quo cum ſcapulae ſinu committitur. L tuber inaequabile majus capitis ſuperioris. M ſinus, per quem arteria, vena, & nervus incedunt. N ſinus, qui cum extenditur cubitus, recipit olecranum. O condylus minor. P condylus major.

Q R S T. Q R S T Ulnae. R olecranum. S capitulum, quo radium ſuſtinet. T proceſſus ſtyloïdes.

V V W X. V X Y Z α β Radii. W X capitulum ſuperius. X ambitus capituli laevi cartilagine cruſtatus, quo mobile eſt in ulnae ſinu. Y ſinus, qui continet tendines Abductoris longi pollicis, & Extenſoris minoris. Z ſinus, qui continet tendines Radialium externorum. α ſinus, qui tendinem Extenſoris majoris pollicis. β ſinus, qui tendines Extenſoris communis digitorum, Extenſoris digiti auricularis proprii, & Indicatoris.

γ δ ε. γ Oſſa navicularia carporum. δ capitulum laevi cartilagine cruſtatum, quo cum radio committitur. ε capitulum laevi cartilagine cruſtatum, quo cum multangulis committitur.

ζ. ζ Oſſa lunata. In dextra manu, qua cum radio committitur, cruſta cartilaginea laevi tectum.

η θ. η Oſſa triquetra. θ ſuperficies laevi cartilagine cruſtata, qua cum cuneiformi committitur.

ι. ι Oſſa ſubrotunda.

κ λ. κ λ Oſſa cuneiformia carporum. λ ſuperficies laevi cartilagine cruſtata, qua committitur cum triquetro.

μ ν. μ Oſſa capitata. ν caput laevi cartilagine cruſtatum, quo cum naviculari & lunato committitur.

ξ. ξ Oſſa multangula minora.

ο. ο Oſſa multangula majora.

π ρ. π Metacarpi pollicum. ρ caput inferius cruſta cartilaginea laevi opertum, qua parte committitur cum oſſe primo pollicis, & cum ſeſamoïdeis. Idem in pollice ſiniſtro.

σ. σ Oſſa ſeſamoïdea appoſita ad articulum pollicis cum metacarpo ſuo.

τ υ. τ υ Pollicum oſſa prima. υ cruſta cartilaginea laevis, qua tecta capitis inferioris pars illa, cum qua os ultimum committitur.

φ. φ Oſſa ultima pollicum.

χ. ψ. ω. Γ Δ: χ. ψ. ω. Γ Δ. Oſſa metacarporum; χ indicis, ψ medii, ω annularis, Γ Δ auricularis. Δ cruſta cartilaginea, qua opertum eſt caput inferius, qua parte committitur cum oſſe primi ordinis. Talis & in reliquis.

Θ. Λ. Ξ. Π Σ: Θ. Λ. Ξ. Π Digitorum oſſa primi ordinis; Θ auricularis, Λ annularis, Ξ medii, Π Σ indicis. Σ cruſta cartilaginea integens caput inferius, qua parte ad articulum cum oſſe ſecundi ordinis pertinet: qualis in reliquis quoque digitis.

Φ. Ψ. Ω. a b: Φ. Ω. a Digitorum oſſa ſecundi ordinis; Φ indicis, Ψ medii, Ω annularis, a b auricularis. b pars capitis inferioris ad articulum cum oſſe tertii ordinis pertinens, laevi cartilagine cruſtata. Similis in digitis reliquis.

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE SCELETI SECUNDAE EXPLANATIO.

c. d. e. f: c. d. e. f Digitorum oſſa tertii ordinis.

In coxis & pedibus.

g h i k l m m. g h i i k l m Oſſa coxarum. g h os ilium, h criſta. i iſchion. k proceſſus acutus iſchii. l tuber iſchii. m os pubis.

n o p q r s t u w x. o p q r s t u w x Oſſa femorum. n caput, quod in acetabulum conjectum, laevi cartilagine cruſtatum eſt. o collum. p trochanter major. q trochanter minor. r aſpera eminentia per longitudinem partis poſticae ſemoris porrecta. s t condylus exterior, cujus t pars ad articulum genu pertinens, laevi cartilaginea cruſta operta. u w condylus interior; ejus w pars, quae pertinet ad articulum genu, laevi cartilagine cruſtata. x ſinus inter condylos.

y. y Cartilagines ſemilunares exteriores, quae inſertae articulis genuum. z. z in ligamenta abeunt, quae ad poſtremum affixa condylis interioribus.

A. A Cartilagines ſemilunares genuum articulis inſertae interiores; B. B affixae tibiis, extremis in ligamenta verſis.

C D E F G. C D E F G Tibiae. D. E capitis ſuperioris partes ad articulum genu pertinentes, laevi cartilagine cruſtatae. F malleolus internus. G ſinus, per quem incedit tendo Tibialis poſtici & Flexoris longi digitorum pedis.

H I K L. H I K L Fibulae. I caput ſuperius, quo cum tibia committitur. K malleolus externus. L ſinus, per quem incedunt tendines Peroneorum, longi & brevis.

M N O P. M N O P Tali. N O cartilago laevis, qua cruſtatum eſt tuber ejus, tum N qua parte committitur cum imo tibiae, tum O qua cum fibula. P caput.

Q R. Q R Calcanei. R eminentia, ad quam ſe flectit tendo Peronei longi.

S. S Oſſa navicularia tarſorum.

T. T Oſſa cuneiformia minora tarſorum.

V. V Oſſa cuneiformia media tarſorum.

W. W Oſſa cubiformia.

X. Y. Z. α: X X. Y. Z. α Oſſa metatarſorum; X digiti primi parvorum, Y ſecundi, Z tertii, α quarti.

β. γ. δ. ε: β. γ. δ Oſſa primi ordinis digitorum parvorum; β quarti, γ tertii, δ ſecundi, ε primi.

ζ. η: ζ Oſſa ſecundi ordinis digitorum parvorum; ζ quarti, η tertii.

θ. ι. κ: θ Oſſa tertii ordinis digitorum parvorum; θ quarti, ι tertii, κ ſecundi.

λ Os primum pollicis.

μ Os metatarſi pollicis.

ν Os cuneiforme majus tarſi.

ξ. ο Oſſa ſeſamoïdea, quae appoſita ad articulum pollicis cum ſuo metatarſo. ξ interius, ο exterius.

© BIUM / R. Caussimon





J. Wandelaar ad ipſum ſceleton delineavit et incidit.

Proſtat Leidae Batavorum apud J. et H. Verbeek, Bibliop. 1747.

© BIUM / R. Caussimon



© BIUM / R. Caussimon





© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE ANATOMICAE TERTIAE
# SCELETI HOMINIS
## EXPLANATIO.

Undem etiam haec Sceletum exhibet, à latere expreſſum; ſed ſtatu alio. Atque huic quoque ad ſyntaxin continuam efficiendam, ligamenta & cartilagines quibuſdam in locis addidi, ut poſcebat neceſſitas.

In capite, & ſpina.

A. A Oſſa verticis.
B Sutura ſagittalis.
C. C Foramina verticalia.
D D Sutura lambdiformis.
E Os occipitis.
F G. G Proceſſus mammillares oſſium temporum. F eminentia, à qua Biventer maxillae oritur.
H Foramina, alterum in oſſe mammillari juxta ſuturae lambdiformis additamentum: alterum in illo ipſo additamento; per quod foramen vena penetrat ad ſinum lateralem durae matris.
J Additamentum ſuturae lambdiformis.
K Sutura vera, facta è conjunctione oſſis mammillaris cum oſſe verticis.
L Os mammillare.
M Oſſeus auris introitus.
N Proceſſus zygomaticus oſſis temporis.
O Os ſquamoſum.
P Sutura ſquamoſa, facta è conjunctione oſſis ſquamoſi cum oſſe verticis.
Q R S Sutura coronalis. Q hac parte ſutura vera eſt. R S hac ſquamoſa, qua oſſi frontis ſubit R os verticis, S multiforme.
T Os frontis.
V Sutura ſquamoſa, facta è conjunctione oſſis multiformis cum oſſe verticis.
W Sutura, facta è conjunctione proceſſus lateralis maximi multiformis cum oſſe ſquamoſo.
X Proceſſus lateralis maximus oſſis multiformis.
Y Sutura communis oſſi frontis cum jugali juxta caudam ſupercilii.
Z Oſſis jugalis pars, quae eſt in cavo temporis.
Infra Z Sutura communis oſſi jugali cum maxillari ſuperiore in cavo temporis.
Inter Z & X Sutura communis oſſi jugali cum proceſſu laterali maximo multiformis.
a Os maxillare ſuperius.
Inter a & X Fiſſura, quae inter os maxillare ſuperius, jugale, & multiforme relinquitur.
b Oſſis jugalis pars exterior.
c Sutura communis oſſi jugali cum proceſſu zygomatico oſſis temporis.
d Os maxillare ſuperius.
e f g g Maxilla inferior. e proceſſus coronoïdeus. f condylus, quo committitur cum oſſe temporis.
Mox ſupra f Lamella cartilaginea, quae interjecta articulo maxillae.
h i Pars concava proceſſus pterygoïdei ſiniſtri oſſis multiformis. i hamulus, qui ſuſtinet & retinet tendinem Circumflexi palati.
k l Os maxillare ſuperius. k pars, quae gingivam efficit. l pars, quae in palato eſt.
m m m Dentes in utraque maxilla.
n o o p p q Atlas. n pars corporis ſiniſtra, qua proceſſum coronoïdeum oſſis occipitis excipit, & caput ſuſtinet articulo mobili. o. o corporis partes duae inferiores, quibus in epiſtrophaeum innixus articulis mobilibus. p. p proceſſus tranſverſi. q pars inaequabilis, quae ſpinae loco eſt; à qua parte oriuntur Recti capitis poſtici minores.
r r s t u Epiſtrophaeus. r. r corporis partes duae, quibus atlantem ſuſtinet mobilibus articulis. s proceſſus tranſverſus, in quo foramen pro arteria & vena vertebrali. t proceſſus obliquus inferior. u ſpina, extremo bifida.
v w x y z Quinta vertebra colli. v corpus. w proceſſus tranſverſus. x proceſſus obliquus ſuperior. y proceſſus obliquus inferior. z ſpina.
α. α. &c. Ligamenta, quae inter corpora vertebrarum intercedunt, aliaque aliis alligant.
β. γ. δ. ε Colli vertebrae, β quarta, γ tertia, δ ſecunda, ε prima. Partes earum intelligentur ex partibus quintae.
ζ η θ Vertebra duodecima dorſi. ζ corpus. η proceſſus tranſverſus. θ ſpina.
ι κ λ Undecima dorſi vertebra. ι proceſſus tranſverſus. λ ſpina.
μ Proceſſus tranſverſus vertebrae decimae dorſi.
ν. ν. &c. Viae inter vertebras paratae pro nervis ſpinalibus, &c.
ξ. ο. π. ρ. σ Spinae vertebrarum dorſi, ξ decimae, ο nonae, π octavae, ρ ſeptimae, σ ſextae.
τ υ Quinta vertebra dorſi. τ ſpina. υ corpus.
φ χ ψ Quarta vertebra dorſi. φ corpus. ψ ſpina.
ω Γ Δ Tertia vertebra dorſi. ω corpus. Γ proceſſus obliquus inferior. Δ ſpina.
Θ Θ Λ Ξ ſecunda vertebra dorſi. Θ Θ corpus. Λ proceſſus obliquus ſuperior. Ξ ſpina.
Π Σ Φ Prima vertebra dorſi. Π corpus. Φ ſpina.
Ψ Ψ Ω Quinta lumborum vertebra. Ψ Ψ corpus. Ω ſpina.

In ſpina.

A A Æ B C C D Quarta vertebra lumborum. A A corpus. Æ proceſſus obliquus ſuperior. B tranſverſus. C C obliquus inferior. D ſpina.
E F G H I Tertia vertebra lumborum. E corpus. F proceſſus tranſverſus. G proceſſus obliquus ſuperior. H ſpina. I proceſſus obliquus inferior.
K ſecunda vertebra lumborum. Partes ejus intelligentur ex tertia.
L M Prima lumborum vertebra. L proceſſus obliquus ſuperior. M ſpina.
N O P Os ſacrum. N lateris pars inaequabilis infra os ilium. O ſpina tertia. P Proceſſus obliquus inferior, qui cum ſuperiore primi oſſiculi coccygis committitur.
Q R Coccygis oſſiculum primum. Q proceſſus obliquus ſuperior. R corpus.
S. T Coccygis oſſicula, S ſecundum, T tertium.

In thorace, ſcapulis, clavicula.

V W X Coſta ſiniſtra prima. V pars prima, qua corpori vertebrae duodecimae dorſi inhaeret. W capitulum, quo commiſſa cum proceſſu tranſverſo ejuſdem vertebrae.
Y Z a a b Coſta ſiniſtra ſecunda. Y pars prima, qua inhaeret ſinui communi corporibus vertebrarum dorſi duodecimae & undecimae. Z capitulum, quo committitur cum proceſſu tranſverſo vertebrae dorſi undecimae. b extremum cartilagineum.
c Coſta dextra ſecunda.
d d e Coſta ſiniſtra tertia. e extremum cartilagineum.
f f Coſta dextra tertia.
g h Coſta ſiniſtra quarta. h extremum cartilagineum.
i i k Coſta dextra quarta. k extremum cartilagineum.
l m Coſta ſiniſtra quinta. m extremum cartilagineum.
n n o o Coſta dextra quinta. o o extremum cartilagineum.
p p q Coſta ſiniſtra ſexta. q extremum cartilagineum.
r r s s Coſta dextra ſexta. s s extremum cartilagineum.
t t u Coſta ſiniſtra ſeptima. u extremum cartilagineum.
v v w w Coſta dextra ſeptima. w w extremum cartilagineum.
x y Coſta ſiniſtra octava. y extremum cartilagineum.
z z z 1. 1 Coſta dextra octava. 1. 1 extremum cartilagineum.
2. 3 Coſta ſiniſtra nona. 3 extremum cartilagineum.
4. 4. 4. 5. 5 Coſta dextra nona. 5. 5 extremum cartilagineum.
6. 6. 7 Coſta ſiniſtra decima. 7 extremum cartilagineum.
8. 8. 9 Coſta dextra decima. 9 extremum cartilagineum.
10. 10. 11 Coſta ſiniſtra.undecima. 11 extremum cartilagineum.
12. 12. 13 Coſta dextra undecima. 13 extremum cartilagineum.
14. 15. 15. 16 Coſta ſiniſtra duodecima. 14 pars prima, qua inhaeret corpori vertebrae dorſi primae. 16 extremum cartilagineum.
17 Scapula dextra ex interiore parte.
18. 19. 20. 21. 22 Scapula ſiniſtra. 19 cervix. 20 pars cartilaginea, qua cervix augetur, tegiturque ſinus, qui cum humero committitur. 21 ſpina. 22 proceſſus ſuperior.
23 Clavicula ſiniſtra.
24. 24. 24 Os pectoris.

In brachiis, & manibus.

A B C D E F. A F G H Oſſa humerorum. A in ſiniſtro, eminentia, ad quam deſinit Deltoïdes. B C D caput ſuperius. B capitis ſuperioris tuber inaequabile minus. C capitis ſuperioris tuber inaequabile majus. Inter B & C, ſinus, quo continetur tendo capitis longioris Bicipitis brachii. D cruſta cartilaginea laevis, qua operta capitis pars, quae cum ſinu ſcapulae committitur. E condylus minor. F caput laevi cartilagine cruſtatum, cum quo radius committitur. G rotula laevi cartilagine cruſtata, cum qua committitur ulna. H condylus major.
I K L. I K L M Ulnae. I olecranon. L capitulum laevi per ambitum cartilagine cruſtatum, cum quo committitur radius. M proceſſus ſtyloïdes.
N O P Q Q. N O P R S Radii. O caput ſuperius. P tuberculum, ad cujus partem poſteriorem deſinit tendo Bicipitis brachii, ad priorem idem ille ſe inflectit, cum manus in pronum vertitur. Q Q. R S capita inferiora. R ſinus, per quem incedunt tendines pollicis manus Extenſoris minoris & Abductoris longi. S ſinus, rurſus diſtinctus in duos, per quem incedunt tendines Radialium externorum.
T V. T Oſſa navicularia carporum. V caput laevi cartilagine cruſtatum, quo cum multangulis committitur.
W. W Oſſa lunata.
X Y Os triquetrum. X pars laevi cartilagine cruſtata, qua parte committitur cum cubito, interveniente ligamento, quod ab imo capituli ulnae deductum ad imum radium, qua parte is cum ulna committitur.
Z. Z Oſſa ſubrotunda.
a. a Oſſa multangula majora.
b. b Oſſa multangula minora.

© BIUM / R. Cauſſimon

# TABULAE SCELETI TERTIAE EXPLANATIO.

c. c c Oſſa capitata.

d. d e f Oſſa cuneiformia carporum. e pars laevi cartilagine cruſtata, qua parte committitur cum triquetro. f proceſſus unciformis.

# TABULAE ANATOMICAE PRIMAE MUSCULORUM HOMINIS EXPLANATIO.

HAc Tabula exhibeo Muſculos primos, ut per totum ab hac parte Corpus poſt integumenta communia, vaginaſque tendinoſas, poſiti ſunt; una cum quibuſdam ligamentis ad eos pertinentibus, Sceletique, itemque aliarum partium, ut naſi, auris, pudendorum, partibus, quae nudae ſunt à Muſculis.

In capite, collo, trunco.

a a a b b c d e f g h d e f g h i k l Epicranius. a a a aponeuroſis media inter Occipitales & Frontales. b b &c. Frontales. b b mucrones, quibus incipiunt. c conjunctio Frontalium per mediam frontem. d-e. d-e his partibus Frontales deſinunt ad Orbiculares palpebrarum. e-f. e-f his ſe ſecundum ſupercilia flectunt ad angulos majores oculorum, ad ſpeciem Orbicularium. g. g mucrones, qui ſe in angulos majores curvant. h. h portiones, quae accedunt ad Levatores labii ſuperioris alarumque naſi. i pars, per glabellam naſumque excurrens. k l ejus conjunctio cum Compreſſoribus narium; quibus k hac parte implicata, l hac continuata.

m m n o o p q r. m o o p Orbiculares palpebrarum. m m pars per ambitum orbis foraminis oculi ducta. n pars à Corrugatore ſupercilii accedens. o o pars, qua palpebrae obductae. p implicatio filorum, quae ex palpebris venientia, conveniunt juxta angulum minorem. q r ortus à ligamento, quo palpebrarum commiſſura in angulo majore alligata naſo.

s Ligamentum, quo palpebrarum commiſſura in angulo majore alligata naſo, & ibi quidem parti ejus illi, quae fit ab oſſe maxillari ſuperiore.

t u Compreſſor naris. t pars carnea. u aponeuroſis, qua ſe dexter ſiniſterque per dorſum naſi conjungunt.

w x y. y Levatores labii ſuperioris alarumque naſi. x pars, quae per latus naſi ad alam procedit. y extremum, quod per labium ſuperius evaneſcit extenuatum.

z A. z Levatores labii ſuperioris. A extremum extenuatum, quo per labium ſuperius excurrens evaneſcit.

B. B Portiones ab Orbicularibus palpebrarum procedentes ad labium ſuperius.

C. C Zygomatici minores; qui per labium ſuperius extenuati evaneſcunt.

D D. D Levatores angulorum oris. D D partim ſe continuat Depreſſori anguli, partim circum angulum oris ſe ad labium inferius flectit, atque ibi exteriorem partem Orbicularis oris efficit.

E F G. E Zygomatici majores. F ortus ab oſſe jugali. G extremum, Depreſſori anguli oris continuatum.

H. H Naſales labii ſuperioris. Indicatus ortus ex naſo, moduſque, quo ſe ad Orbicularem oris adjungunt.

I Orbicularis oris pars, quae eſt in labio ſuperiore. Ubi angulum oris circumit, accipit partem à Levatore anguli, una circumeuntem.

K K Orbicularis oris pars, quae eſt in rubro margine labiorum.

L. L Faſciculi ſubtiles, qui procedunt partim à Zygomaticis majoribus, huc procurrentibus; partim à Depreſſoribus angulorum oris veluti abludunt. Decuſſant ſubjacentium Depreſſorum labii inferioris faſciculos.

M. M N Depreſſores labii inferioris. N hic decuſſant ſe.

O P Levatores menti. P faſciculi, quos immiſcent pingui menti.

Q R R S. Q Depreſſores angulorum oris. R R ortus à maxilla inferiore. S continuatio Zygomatico majori.

T Buccinator.

V W X Y. V Maſſeteres. V pars prior eademque exterior. W ortus partis illius ab oſſe jugali. X pars poſterior, quae nuda à priore. Y partis hujus ortus ab oſſe jugali, & à proceſſu zygomatico oſſis temporis.

Z Anterior auriculae.

Γ Δ Attollens auriculam. Γ principium tendineum, quo ab Epicranio abſcedit. Δ carnea pars.

Θ Major helicis.

Λ Tragicus.

Ξ Minor helicis.

Π Antitragicus.

Σ Biventer maxillae.

Φ Sternomaſtoïdeus cum Cleidomaſtoïdeo, in unum conjuncti.

Ψ. Ψ Cucullares.

Ω α α α β β β γ γ δ ε ε ζ η θ. Ω α α α ζ η θ Latiſſimi colli. α α α principium, è tenuibus magnamque partem ſparſis faſciculis conſtans. β β β faſciculi, qui in quibuſdam hominibus in latere colli accedunt. γ γ faſciculi ſparſi, quibus in mala evaneſcentibus deſinit. δ faſciculus, qui per priorem partem Depreſſoris anguli oris porrectus angulum illum verſus. ε ε eminens ſub Latiſſimo maxilla inferior. ζ. η. θ eodem modo ſub Latiſſimo eminentes ζ Sternomaſtoïdeus, η Cleidomaſtoïdeus, θ clavicula.

ι. ι Sternohyoïdei.

ϰ Aſpera arteria.

λ μ. μ Sternomaſtoïdei. μ principium tendineum, à ſterno oriens.

ν. ν Sternothyreoïdei.

ξ ο ο π ρ ς ϛ. ξ ο ο π ρ ς ϛ Pectorales. ο-ο ortus à ſterno, π à coſtae ſextae cartilagine, ρ à ſeptimae, principio aliquandiu tendineo tenui. ς cohaeſio cum aponeuroſi Obliqui externi abdominis. ϛ portio ab aponeuroſi Obliqui externi abdominis accedens; hic tendinea & tenuis, in aliis carnea & craſſior, aliiſque atque aliis ſe habens modis.

σ σ Teres major.

τ υ φ. τ υ φ Latiſſimi dorſi. υ. φ capita, orientia υ à coſta decima, φ nona.

In trunco.

χ ψ ω a b c c c c. ψ ω a b c c c c Serrati magni. χ caput oriens à coſta quinta, ψ à ſexta, ω ſeptima, a octava, b nona. c c c c ipſa capitum à coſtis origo.

d e f g h i k k k k l l l m m n o o o p p p p q r r r r ſ s t u v v w w x. d e f g h k k k k l l l m m n o o o p p p p q r r r r ſ s t u v v w w x, Obliqui externi abdominis. d pars carnea. e caput oriens à coſta ſexta, f ſeptima, g octava, h nona, i decima. k ipſa à coſtis capitum origo. l l l m m n o o o p p p p q r r r r ſ s t u v v w w x aponeuroſis. m m hic ſub ea eminet caro Obliqui interni. n hic ſub eadem, ſimul & ſub aponeuroſi Obliqui interni, caro Transverſi. o o o hic Recti. p p p p hic per aponeuroſem apparent lineae tendineae Recti. q hic ſub eadem eminet Pyramidalis. r r r r linea alba, in qua Obliquorum externorum aponeuroſes ſe decuſſant, continuantque, & cum ſubjectis conjungunt. ſ aponeuroſis inſerta oſſi pectoris. s haec pars aut dici poteſt ad Obliqui externi aponeuroſem pertinere, aut ad Pectoralem: itaque aut inſeri cartilagini coſtae ſeptimae, aut ab ea oriri. t foramen in linea alba, per quod in embryone exibant arteriae umbilicales, vena umbilicalis, urachus. u imus margo tendineus, à criſta ilium pertinens ad pubem. v v. w w. duae partes, in quas aponeuroſis ſe findit, inde ad pubem uſque diſtinctae, tendinum ſpecie: ex quo fiſſura fit, per quam elabitur funiculus vaſorum ſpermaticorum cum Cremaſtere. x pars tenuior, ab altero illorum tendinum ad alterum pertinens, eoſque connectens inter ſe. Sub qua parte funiculus ſpermaticorum vaſorum decurrit leviter eminens, per eamque conſpicuus. Infraque eam, juxta ipſam pubem, funiculus elabitur per annulum Obliqui hujus; qui parvus eſt, relinquiturque inter partem x, tendines v v. w w & os pubis. Caeterum fila aponeuroſis, quae carnearum in modum porrecta ſunt, decuſſant fila tendinea alia, ſubtilia, rara; quod ex icone ſatis apparet: ab iiſque fit pars x, ab altero tendine per alterum excurrentibus.

y. y Funiculi ſpermaticorum vaſorum nudi.

z. z Cremaſteres.

In femoribus, cruribus, pedibus.

A. A Glutei magni.

B. B Graciles.

C. C Adductores magni femorum.

D. D Adductores longi femorum.

E. E Pectinei.

F. F Pſoae magni.

G. G Iliaci interni.

H I. H I Sartorii. I principium extrinſecus tendinoſum, oriens à criſta ilium.

K L. K Glutei medii. L ortus à criſta ilium.

M N O. M N O Tenſores vaginarum femorum. N ortus à criſta ilium. O extremum, unde reſciſſa pars tendinea, quam adjungit vaginae femoris.

P Q R S. P Q R S Vaſti externi. Q pars tendinoſa. R extremum tendineum, S inſertum patellae.

T V W X. T V W X Recti crurum. V tendo, patellae inſertus. W locus ubi ſe inſerit patellae. X aponeuroſis, quae à tendine Recti excurrit per priora patellae, poſteaque ſe priori parti ligamenti adjungit, quod à patella ad tibiam pertinet.

Y Z Γ. Y Z Γ Vaſti interni. Z tendo extremus, Γ patellae inſertus.

Δ Θ Λ. Δ Θ Λ Ligamenta à patellis ad tibias pertinentia. Θ locus ubi à patella oritur. Λ tota hac parte ſubtus tibiae inſertum.

Ξ Π Σ. Ξ Π Σ Bicipites crurum. Π Σ tendo extremus, Π pars ejus praecipua, fibulae capiti inſerta; Σ pars, qua ad tibiam pertinet.

Φ Ψ Ω. Φ Ψ Ω Sartorii. Ψ tendo, Ω tibiae inſertus.

α. α Semitendinoſi.

β γ δ. β γ Gemelli. γ pars tendinoſa. δ tendo.

ε ζ ζ η. ε ζ ζ η Solei. ζ ζ ortus à tibia. η ſuperficies tendinoſa.

θ ι ι ϰ. θ ι ι ϰ Flexores longi digitorum pedum. ι ι ortus à tibia. ϰ tendinis principium.

λ. λ Tendines Tibialium poſticorum.

μ. μ Plantarium tendines.

ν ν. ν Tendines achillis.

ξ. ξ Solei.

ο π ρ. ο π ρ Peronei longi. π ortus à capite fibulae. ρ tendo, ex parte exteriore carnis naſcens.

σ. σ Peronei breves.

τ υ. τ υ Extenſores longi digitorum pedum cum Peroneis tertiis in unum conjuncti. υ ortus à tibia.

φ χ χ. φ χ χ Peronei tertii. χ χ tendo, in crure pedeque.

ψ ω a b c. ψ ω a b c Extenſores longi digitorum pedum. ψ tendo. ω a b c

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM PRIMAE EXPLANATIO.

quatuor, in quos ſe dividit, tendines, per dorſum pedis, digitorumque minorum decurrentes.

d e f g h Hae tantum inſcriptae digito primo minorum pedis dextri: reliquis autem minoribus pedis utriuſque, ob rerum parvitatem non potuerunt; facileque ex hoc uno intelligentur, cui ſimiles ſunt. d tendo communis Extenſoris longi & brevis digitorum pedis, inſertus oſſi ſecundi ordinis. e tendo procurrens ad os tertium, qui procedit ab Extenſore brevi digitorum pedis: nulla autem talis ad digitum minimum. f tendinis communis Extenſoris longi & brevis portio, procurrens ad os tertium. g duarum ad os tertium pertinentium portionum commune extremum, oſſi tertio inſertum. h aponeuroſis ad tendinem d accedens, procedenſque partim à capſa articuli digiti cum metatarſo, partim ab Interoſſeo hujus lateris, partim à Lumbricali, partim à latere oſſis primi ordinis.

i i i k. i i i k Tendines Extenſorum propriorum pollicum pedum. k extremum oſſi ultimo pollicis inſertum.

l l l. l l l Tendinum Extenſorum propriorum pollicum pedum rami, aliquando inventi.

m. m aponeuroſes, quas tendines Extenſorum propriorum pollicum pedum accipiunt à capſis articulorum pollicum cum ſuis metatarſi oſſibus.

n o o p p p. n o o p p p Tibiales antici. o o ortus à tibia. p p p tendo.

q r s t. q r s t Ligamenta, quibus tendines in confinio crurum & dorſorum pedum obducti. r cornu ſuperius, s affixum tibiae. t cornu inferius.

u w. u w Ligamenta, quae tendines juxta malleolos internos retinent. w ortus à malleolo.

x. x Ligamenta, quibus Tibialium poſticorum tendines retinentur.

y y. y Tendines Tibialium poſticorum, partim oſſibus navicularibus inſerti, partim procurrentes ad oſſa cuneiformia majora.

z. z Capita, quae ad Flexores longos digitorum pedum in plantis accedunt, orientia à calcaneis.

In pedibus extremis, humeris, brachiis, &c.

A B C. A B C Abductores pollicum pedum. B ortus à latere calcanei. C tendo.

D. D Flexores breves pollicum pedum.

E. E Flexores breves digitorum pedum.

F F. F Tendines Flexorum longorum pollicum pedum.

G Tendo Flexoris longi pollicis pedis, qua ſub oſſe primi ordinis pollicis incedit, vagina contentus, in cornua duo fiſſa.

H I K. H I Extenſores breves digitorum pedum. H portio ad pollicem pertinens. I portio decurrens ad digiti primi parvorum latus illud, quod pollici obvertit; aliquoties inventa. K portio ad primum parvorum digitorum pertinens.

L. L Interoſſei primi digitorum minorum primorum.

M N O P Q. M N O Q. Deltoïdei. M primi ordinis portionum, è quibus conſtat, prima. N ſecundi prior. O P primi tertia: P ortus ejus à proceſſu ſuperiore ſcapulae. Q ſecundi media.

R S. R S Coracobrachiales. R hac parte cum capite breviore Bicipitis brachii conjunctus.

T. T Tricipitum brachiorum partes, quae Longi.

V. V Tricipitum brachiorum partes, quae Breves.

W X Y Z Γ. W X Y Z Γ Bicipites brachiorum. W caput longius. X caput brevius. Y venter communis. Z Aponeuroſis, quam dat vaginae tendineae cubiti, truncata. Γ tendo, quo ſe radio inſerit.

Δ Θ. Δ Θ Tricipitum brachiorum partes, quae Brachiales externi. Θ tendo, qui è ſuperficie Brachialis externi ortus, ad condylum poſteriorem humeri pertinet.

Λ Λ Λ. Λ Λ Λ Brachiales interni.

Ξ Supinator brevis.

Π Σ. Π Σ Supinatores longi. Σ tendo.

Φ. Φ Pronatores teretes.

Ψ Ω. Ψ Ω Radiales interni. Ω tendo.

α β γ δ ε ε ε ε ε ε ε ε. α β Palmares longi. β tendo. γ δ ε ε ε ε ε ε ε ε aponeuroſis, in quatuor portiones primum leviter diſtincta, deinde magis, filiſque tendineis transverſis firmata. δ portio, quam dat Abductori brevi pollicis. ε. ε. ε. ε. ε. ε. ε. ε extrema, quibus haec aponeuroſis ad radices digitorum pertinet.

ζ η θ ι κ λ λ λ μ. ζ ζ ζ Sublimes. η θ portio ad digitum medium pertinens: θ tendo. ι κ portio ad tertium digitum pertinens: κ tendo. λ λ λ portio ad indicem. μ portio ad minimum.

ν ξ ο Ulnaris internus. ξ tendo, ο inſertus oſſi ſubrotundo carpi.

π ρ. π Flexores longi pollicum manuum. ρ tendo.

σ Profundi tendo ad indicem.

τ Pronator quadratus.

υ. υ Ligamenta, ſub quibus incedunt tendines Abductorum longorum, & Extenſorum minorum pollicum manuum.

φ χ ψ ω b b. χ ω ω a b b. Abductores longi pollicum manuum. χ pars ſuperior. ψ pars inferior. ω ω tendo partis ſuperioris. a portio, quam dat Abductori brevi pollicis manus. b b tendo partis inferioris.

c d. c d Extenſores minores pollicum manuum. d tendo.

e Ligamentum armillare exterius.

f g g g g h Radialis externus longior. g g g g h tendo, h inſertus oſſi metacarpi indicis.

i Radialis externi longioris alterius minoriſque tendo.

k k l l l l Radialis externus brevior. l l l l tendo.

m n o p q Extenſor communis digitorum manus. n o portio ad indicem pertinens, cujus o tendo. p tendo ad digitum medium. q tendo ad annularem.

r s Extenſor proprius digiti minimi. s tendo.

In manu ſiniſtra.

t Aponeuroſis, qua tendo indicis o, & medii p conjuncti inter ſe. Similibus conjuncti tendines medii & annularis, annularis & minimi. His autem, ut neque diviſionibus & conjunctionibus tendinum Extenſoris communis, & proprii minimi, litterae ob parvitatem non inſcriptae; praeſertim quoniam in totum melius intelligentur ex prima Tabula partis poſticae corporis.

u u Tendo Indicatoris.

w Interoſſeus prior indicis.

x Abductor indicis.

y Tendo Extenſoris majoris pollicis manus.

z Opponens pollicis manus.

A B Communis tendo pollicis Extenſoris majoris & minoris, B oſſi ultimo pollicis inſertus.

C Aponeuroſis ambiens capſam articuli pollicis cum metacarpo, innexaque capſae illi, & adjuncta tendini communi Extenſorum pollicis.

D Cauda poſterior Flexoris brevis pollicis.

E Aponeuroſis, quam cauda poſterior Flexoris brevis pollicis dat tendini communi Extenſorum pollicis.

F G Adductor pollicis. G extremum tendineum, inſertum oſſi primo pollicis.

H Aponeuroſis, quae partim orta à Lumbricali primo, partim ab Abductore indicis, adjungit ſe communi tendini Extenſorum indicis.

I Tendo Lumbricalis primi.

K L Communis Indicatoris & Extenſoris communis tendo, ad indicem pertinens. L extremum ejus, inſertum oſſi ſecundo.

M Tendo Lumbricalis primi, accepta à tendine communi Extenſorum indicis portione auctus, decurrens ad indicis os tertium.

N Tendo Interoſſei poſterioris indicis, qui accepta à tendine communi Extenſorum indicis portione auctus, decurrit ad os tertium indicis.

O Extremum tendineum commune, inſertum oſſi tertio indicis. Fit autem extremum illud ex tendinibus M & N confluentibus in unum.

P P Extenſoris communis digitorum tendines, qua per dorſum digitorum decurrunt cum aponeuroſibus, quas accipiunt.

Q Tendo communis Extenſorum minimi, qua per dorſum ejus incedit.

R Tendo Interoſſeo priori digiti medii & Lumbricali ſecundo communis: qui tendo accepta portione ab Extenſoris communis tendine auctus, decurrit ad os tertium.

S Tendo Sublimis.

T Ligamentum, quo tendo Profundi una cum extremis caudis tendinis Sublimis obductus.

V Tendo Profundi.

Eadem S. T. V in digitis tribus reliquis. Litterae ob parvitatem non adſcriptae.

W W Ligamentum carpi, quod cum ſinu carpi canalem efficit, qui continet & coercet tendines à cubito ad digitos pollicemque procedentes, Sublimis, Profundi, Flexoris longi pollicis. In manu dextra.

X Opponens pollicis.

Y Z Γ Δ Abductor brevis pollicis. Z origo à ligamento carpi. Γ pars extremi tendinei, inſerti oſſi primo pollicis. Δ tenuitas tendinea, quae conſcendit dorſum pollicis, & coit cum priore parte tendinum Extenſorum pollicis, & ſe porro per exteriora eorundem tendinum continuat ſimili aponeuroſi Flexoris brevis pollicis.

Θ Tendo communis Extenſorum pollicis.

Λ Pars Flexoris brevis pollicis, quae pro pollicis Abductore brevi altero haberi poteſt: extremo tendinoſo inſerta oſſi primo pollicis.

Ξ Ξ Π Tendo Flexoris longi pollicis, quodammodo fiſſus in duos. Π extremum, quo pertinet ad os ultimum pollicis.

Σ Ligamentum, quo tendo Flexoris longi pollicis retinetur ad os primum pollicis; obliquum, primo ſimplex, poſt fiſſum in extrema duo.

Φ Cauda poſterior Flexoris brevis pollicis.

Ψ Adductor pollicis.

Ω Lumbricalis primus.

a Interoſſeus prior indicis.

b Abductor indicis, extremo tendineo inſertus oſſi primo indicis.

c d e Abductor minimi. d ortus à ligamento carpi, e ab oſſe ſubrotundo carpi.

f Adductor oſſis metacarpi digiti minimi.

g g Palmaris brevis.

h Flexor parvus digiti minimi.

i Lumbricalis quartus.

k Lumbricalis tertius.

l Lumbricalis ſecundus.

m Interoſſeus prior digiti medii.

n Interoſſeus prior digiti annularis.

o Interoſſeus prior minimi.

p Tendo communis Flexoris parvi & Abductoris digiti minimi.

q Tendo communis Lumbricalis quarti & Interoſſei prioris digiti minimi.

r Tendo Interoſſei poſterioris digiti annularis.

s Tendo communis Lumbricali tertio & Interoſſeo priori digiti annularis.

t Tendo Interoſſei poſterioris digiti medii.

u Tendo communis Lumbricalis ſecundi & Interoſſei prioris digiti medii.

v Tendo Interoſſei poſterioris indicis.

w Lumbricalis primi tendo.

x Tendo Sublimis. A cujus parte pollicem ſpectante, tendo Profundi; cui ob loci anguſtiam littera non adſcripta.

y z Tendo Profundi, per longitudinem quodammodo fiſſus; z inſertus oſſi tertio.

2. 2 Cornua tendinis Sublimis.

3 Ligamentum, quo tendo Sublimis & Profundi, qua ſecundum os primi ordinis incedunt, obducti. Affixum utrique margini oſſis primi.

4. 4. 4 Tria ligamenta, quibus retinentur Sublimis & Profundi tendines circa articulum digiti cum metacarpo. Craſſa ſunt, mediiſque partibus tenuioribus continuata & inter ſe, & proximo ligamento 3 ejuſdem digiti.

5 Ligamentum, quo tendo Profundi, extremaeque caudae tendinis Sublimis, circa mediam longitudinem oſſis ſecundi obducta. Affixum margini utrique oſſis ſecundi.

Eadem, x. yz. 2. 2. 3. 4. 4. 4. 5 in reliquis quoque digitis; quae ſatis apparent, etiamſi litteras non adſcripſerim.

Partibus Sceleti, quae inter muſculos eminent, aut conſpicuae ſunt, notas nullas appoſui: haud difficulter enim intelligentur ex Tabula prima Sceleti, quae figura plane eadem & hujus fundamentum eſt, & quaſi ſubjacet; ut cui, ad hanc parandam, muſculos, reliquaque hujus figurae adſcripſi.

© BIUM R. Caussimon






BERN·SIEGF·A
TABVLAE·ANAT
MVSCVLOR
HOMINIS

© BIUM / R. Caussimon





© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE ANATOMICAE SECUNDAE MUSCULORUM HOMINIS EXPLANATIO.

REmotis pleriſque partibus primis figurae, quam Tabula prima continet; proximum Muſculorum ordinem, pariter cum quibuſdam ligamentis hac figura exhibeo, & nudas quoque partes Sceleti, qui eorum fundamentum eſt.

Remota: à capite, Epicranius, Attollens Anteriorque auriculae, auricula ipſa. A facie, Orbiculares palpebrarum, Compreſſores narium, Levatores labii ſuperioris alarumque naſi, Levatores labii ſuperioris, portiones ab Orbicularibus palpebrarum procedentes ad labium ſuperius, Zygomatici minores & majores, Depreſſores angulorum oris. A collo, Latiſſimi colli, Cucullares. A trunco, Pectorales, Latiſſimi dorſi, Obliqui externi abdominis, penis. A femoribus, Tenſores vaginarum femorum, Sartorii, Recti crurum. A cruribus pedibuſque extremis, Gemelli, Tibiales antici, ligamenta quibus tendines in confinio crurum dorſorumque pedum extremorum obducti, ligamenta quae tendines juxta malleolos internos retinent, ligamenta quibus Tibialium poſticorum tendines retinentur, Abductores pollicum pedum, aponeuroſes quas tendines Extenſorum propriorum pollicum pedum accipiunt à capſis articulorum pollicum cum ſuis metatarſi oſſibus. Ab humeris, Deltoïdei. A cubitis manibusque, Supinatores longi, Pronatores teretes, Radiales interni, Palmares longi, ligamenta, ſub quibus incedunt tendines Abductorum longorum & Extenſorum minorum pollicum. Praeterea à manu dextra, Abductor brevis pollicis, ligamenta quibus tendo Flexoris longi pollicis retinetur, Palmaris brevis, ligamenta continentia tendines Sublimis & Profundi, qua illi per digitos incedunt. A cubito praeterea manuque ſiniſtra, Extenſor communis digitorum manus, Extenſor proprius digiti minimi, ligamentum armillare exterius, ligamenta, quae tendines Sublimis & Profundi in digitis continent.

*In capite, collo, pectore, ſcapulis.*

a b. a b Corrugatores ſuperciliorum. b principium ab oſſe frontis oriens.

c d e. c d e Levatores palpebrarum ſuperiorum. c pars carnea. d e pars tenui aponeuroſi ſimilis, e hic ſuper tarſum, qui per eam eminet, expanſa.

f f f. f &c. Palpebrarum pars membranacea.

g Ligamentum, quo palpebrarum commiſſura in angulo majore alligata proceſſui naſali oſſis maxillaris ſuperioris. Idem in altero latere.

h h. h h Quaedam Orbicularium palpebrarum continuationes, orientes ab extremo ligamento modo dicto, ipſiſque palpebrarum oris circumductae, ductu continuo.

i k l m n Temporalis. k l m primum originis initium, procedens k ab oſſe frontis, l verticis, m temporum. n tendo.

o p q r s t u w w x. r Maſſeteres. o pars poſterior, qua parte non tecta priore. p q partis hujus ortus, p à proceſſu zygomatico oſſis temporis, q oſſe jugali. r pars prior eademque exterior. s ejus principium tendinoſum. t u ortus, t ab oſſe maxillari ſuperiore, u jugali. w w extremum tendinoſum. x extremum inſertum maxillae.

y Biventer maxillae.

z Buccinator.

A Pterygoïdeus externus.

B C D E. B Levatores angulorum oris. C origo ab oſſe maxillari ſuperiore. D hac parte conjungit ſe cum Naſali labii ſuperioris, qua is ad Orbicularem oris jam acceſſit. E hac parte continuatus Depreſſori anguli oris, qui juxta hanc continuationem abſciſſus.

F Depreſſor alae naſi, alae inſertus. Dextri quoque portio apparet.

G. G Naſales labii ſuperioris: qui quomodo ex naſo oriantur, & ſe ad Orbicularem oris adjungant, indicatum.

H I I Orbicularis oris. H pars quae eſt in labio ſuperiore. I I pars, quae in rubro margine labiorum.

K L. K. M Depreſſores labii inferioris. L origo à maxilla. M hac parte dexter ſiniſterque decuſſant ſe.

N O Levatores menti. O faſciculi, quos immiſcent pingui menti.

P Biventer maxillae.

Q Mylohyoïdei, inſerti oſſi hyoïdi.

R Stylohyoïdeus.

S Baſiogloſſus.

T Ceratogloſſus.

V Ligamentum ab extremo cornu oſſis hyoïdis deductum ad proceſſum ſuperiorem cartilaginis thyreoïdeae; cumque cornu illi alligans.

W Stylopharyngeus.

X Conſtrictor inferior pharyngis.

Inter W & X Proceſſus ſuperior cartilaginis thyreoïdeae.

Y Z. Y Hyothyreoïdei. Z origo ab hyoïde.

α α β. α α β Coracohyoïdei. β extremum, hyoïdis baſi inſertum.

γ γ γ δ. γ γ γ δ Sternohyoïdei. δ extremum, baſi hyoïdis inſertum.

ε ε ε ε. ε ε ε Sternothyreoïdei.

ζ Aſpera arteria.

η θ ι κ λ μ. η θ ι κ λ ν Sternomaſtoïdei cum Cleidomaſtoïdeis conjuncti. η θ Sternomaſtoïdeus, θ principium ab initio tendineum, dein tendinoſum, oriens à ſterno. ι κ Cleidomaſtoïdeus, κ ortus à clavicula. λ Sternomaſtoïdeus cum Cleidomaſtoïdeo conjunctus in unum: μ pars eorum interior. ν extremum, qua proceſſum mammillarem ſcandit, tendineum, inſertumque proceſſui mammillari.

ξ Rectus capitis internus major.

ο ο. ο Scaleni medii.

π. π Levatores ſcapularum.

ρ. ρ Scaleni priores, qua à coſtis primis oriuntur.

σ ς ς ς. σ ς ς ς Subclavii. ς principium tendineum, oriens à cartilagineo extremo coſtae primae, & per inferiorem partem carnis excurrens. ς ς extremum claviculae inſertum.

υ φ χ ψ ω Γ Δ Θ. υ φ χ ψ ω Γ Δ Θ Serrati antici. φ extremum tendineum, inſertum proceſſui coracoïdeo ſcapulae; quod in margine hujus muſculi, qui axillam ſpectat, citius apparere incipit. χ ψ. ω Γ. Δ Θ capita tria. χ capitis primi pars carnea, ψ tendinea tenuis, orientes à ſuperiore parte extremae partis oſſeae coſtae tertiae, proximaeque cartilagineae. ω capitis ſecundi pars carnea, oriens obliquo ductu à tota altitudine coſtae quartae: Γ ejuſdem pars tendinea tenuis, oriens à ſuperiore parte extremi coſtae ejuſdem, proximaque cartilaginis. Δ Θ caput tertium: Θ pars tendinea tenuis, oriens à ſuperiore parte extremi oſſei coſtae quintae.

Λ Λ Ξ Π. Λ Λ Ξ Subſcapulares. Ξ extremi pars tendinea, inſerta tuberi inaequabili minori capitis ſuperioris oſſis humeri: Π pars carnea, inſerta ipſi humero, infra tuber illud.

Σ. Σ Teretes majores.

Φ Extremum tendineum Latiſſimi dorſi cum Terete majore conjunctum, inſertumque oſſi humeri.

*In trunco.*

Ψ Ω A B C D E F G. Ψ A B C D E F G Serrati magni. Ψ pars, quae oritur à coſta ſecunda. Ω caput, quod oritur à coſta tertia. A quod à quarta, B quod à quinta, C quod à ſexta, D quod à ſeptima, E quod ab octava, F quod à nona, G quod à decima. H &c. ipſa capitum à coſtis origo. I &c. capitum cum Intercoſtalibus externis conjunctio.

K. K. &c. Intercoſtales externi.

L. L. &c. Intercoſtales interni.

M N O O P Q R R S T U V V. M N O O P Q R R S T U W W W W X X X Y Obliqui interni abdominis. M N O O P Q R R pars carnea. N origo à criſta ilium. O O margo procedens à margine tendineo Obliqui externi abdominis. P pars, ſub qua decurrit funiculus vaſorum ſpermaticorum, leviter eminens, per eamque conſpicuus. Q pars, ſub qua eminet Pyramidalis, per eam conſpicuus. R R carnea pars inſerta coſtae decimae. S T aponeuroſis, hac parte ſimplex. T aponeuroſis inſerta cartilagini coſtae nonae. U eminens ſub aponeuroſi caro Transverſi. V V reſciſſa lamella prior earum, in quas ſe aponeuroſis S juxta Rectum dividit. W W W W X X X Y lamella prior earum, in quas ſe aponeuroſis S findit juxta Rectum: haec lamella per longitudinem abdominis reſecta, ibi ubi ſe primum cum aponeuroſi Obliqui externi conjungit. W W W W X X X hic ſub ea Rectus eminet, per eam conſpicuus; W W W W carneis partibus, X X X lineis tendineis. Y hic ſub eadem lamella Pyramidalis eminet, conſpicuus per eam.

Z Z Z Z Z a b c d e f g. Z Z Z Z a b c d e f g Recti abdominis. a. b. c extrema inſerta, a coſtae quintae, b ſextae, c ſeptimae. d. e. f. g lineae tendineae.

h i Linea alba. i foramen in ea, per quod in embryone exibant arteriae umbilicales, vena umbilicalis, urachus.

k k. k k Hinc reſciſſae aponeuroſes Obliquorum externorum, una cum adjunctis ipſis lamellis prioribus earum, in quas ſe dividunt aponeuroſes Obliquorum internorum.

l m. l m Pyramidales. m principium, oriens è ligamentis, quibus pubis oſſium ſynchondroſis à priori parte conſtricta.

n Synchondroſis oſſium pubis, ligamentis ſuis conſtricta.

o Truncatus penis.

p q. p q Cremaſteres. q principium, quod abſcedit à carne Obliqui interni.

r. r Funiculi vaſorum ſpermaticorum.

s t. s t Gluteus medius. t ortus à criſta ilium.

u v w. u v w Glutei minores. v ortus à criſta ilium. w tendo, inſertus radici trochanteris majoris.

*In femoribus, cruribus, pedibus extremis.*

x. x Rectorum crurum principia truncata.

y. y Iliaci interni.

z. z Pſoae magni.

Γ. Γ Pectinei.

Δ Θ. Δ Θ Adductores longi femorum. Θ principium oriens è ligamentis, quibus ſynchondroſis oſſium pubis conſtricta.

Λ Ξ. Λ Ξ Graciles. Ξ principium oriens è ligamentis, quibus ſynchondroſis oſſium pubis conſtricta.

Π. Π Adductores magni femorum.

Σ Φ Ψ Ψ Ω α. Σ Φ Ψ Ψ Ω α Vaſti interni. Φ ortus ab oſſe femoris. Ψ Ψ hac parte adjungit ſe ad tendinem Cruralis. Ω tendo, α inſertus patellae. In hoc Vaſto juxta Cruralem veſtigium à Recto cruris impreſſum.

β γ. β γ Crurales. γ tendo.

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM SECUNDAE EXPLANATIO.

δ ε ε ζ η η θ. δ ε ε ζ η η θ Vaſti externi. ε ε ortus ab oſſe femoris. ζ pars principii tendinoſa. η η tendo, θ inſertus patellae. Juxta Cruralem inſigne veſtigium huic Vaſto à Recto cruris impreſſum: confer Tab. I.

ι κ λ. ι κ λ Rectorum crurum truncati tendines. κ locus ubi ſe inſerit patellae. λ aponeuroſis, quae à tendine Recti per priorem patellae partem excurrit ad ligamentum, quod à patella ad tibiam pertinet: poſteaque ſe adjungit priori parti ligamenti illius.

μ ν ξ. μ ν ξ Ligamenta à patellis ad tibias pertinentia. ν locus ubi à patella oritur. ξ hac parte tota tibiae ſubtus inſertum.

ο π. ο π Tendines Gracilium, π. π tibiis inſerti.

ρ. ρ Semitendinoſorum tendines, tibiis inſerti.

σ. σ Poplitei.

ς ς τ. ς ς τ Bicipites crurum. ς τ tendo extremus, ς pars ejus praecipua, fibulae capiti inſerta; τ pars, qua ad tibiam pertinet.

υ. υ Solei.

φ χ ψ. φ χ ψ Peronei longi. χ ortus à capite fibulae. ψ tendo, è parte exteriore carnis naſcens.

ω. ω Peronei breves.

A B C D E. A B C D E Extenſores longi digitorum pedum cum Peroneis tertiis. A communis caro Extenſoris & Peronei; B ortus ejus à tibia. C Peroneus tertius, D tendo ejus. E tendo Extenſoris longi digitorum; qui ſe in quatuor tendines dividit, ad quatuor digitos parvos pertinentes; quorum qui digiti minimi eſt, citius, ipſoque in crure oritur; reliqui demum, ubi ex ligamento q Tab. I. emerſurus eſt. Extenſori & Peroneo, qua conjuncti ſunt, veſtigium notabile impreſſum à Tibiali antico: confer Tab. I.

F G G. F G G Tibiales poſtici. F pars, qua à fibula procedit. G G ortus à tibia.

H I K L M. H I K L M Extenſores proprii pollicum pedum. I tendo, K inſertus oſſi ultimo pollicis. L M tendinis ramus, quem aliquoties inveni, M inſertus oſſi primo pollicis.

N O O P. N O O P Solei. O O ortus à tibia. P ſuperficies tendinoſa, qua tendo incipit.

Q R R S. Q R R S Flexores longi digitorum pedum. R R ortus à tibia. S tendinis principium.

T. T Plantarium tendines.

V V W X. V V W X Tendines Tibialium poſticorum. W extremum inſertum oſſi naviculari, partimque X procurrens ad os cuneiforme majus.

Y. Y Tendines achillis.

Z. Z Tendines Flexorum longorum digitorum pedum.

a b. a b Capita, quae ad Flexores longos digitorum pedum in plantis accedunt. b ortus à calcaneo.

c d. c d Flexores breves digitorum pedum. d ortus à calcaneo.

e Flexoris brevis pollicis pedis cauda exterior.

f f g. f f Tendines Flexorum longorum pollicum pedum. g hic vagina contentus eſt, fiſſa in cornua duo.

h. h Interoſſei primi digitorum minorum primorum.

i k l. i k Extenſores breves digitorum pedum. i portio ad pollicem pertinens. k portio decurrens ad digiti primi parvorum latus illud, quod pollici obverſum; aliquoties inventa. l portio pertinens ad primum parvorum.

m n o p q. m Tendo communis Extenſoris longi & brevis digitorum pedis, inſertus oſſi ſecundi ordinis. n tendinis communis Extenſoris longi & brevis portio, ad os tertium procurrens. o tendo ad os tertium procurrens, qui procedit ab Extenſore brevi digitorum pedis. p duarum ad os tertium pertinentium portionum commune extremum, oſſi tertio inſertum. q aponeuroſis ad tendinem m accedens, procedensque partim à capſa articuli digiti cum metatarſo, partim ab Interoſſeo hujus lateris, partim à Lumbricali, partim à latere oſſis primi ordinis. Eadem in caeteris digitis parvis utriuſque pedis: ſed ad digiti minimi tendinem nulla portio accedit ab Extenſore digitorum brevi.

In brachiis, & cubitis.

r s. r s Supraſpinati. s tendo tuberi magno & inaequabili oſſis humeri inſertus.

t. t Communis Coracobrachialium & capitum breviorum Bicipitum brachiorum ortus à proceſſibus coracoïdeis ſcapularum.

u. u Coracobrachiales. v v. v v hac parte conjuncti cum capitibus brevioribus Bicipitum brachiorum.

w x y z α β γ. w x y z α β γ Bicipites brachiorum. w x caput brevius, w pars extrinſecus tendinoſa, x carnea. y z caput longius; y tendo, quo incipit, decurrens ſuper caput oſſis humeri, & deinde per ſinum, qui inter ejus duo tubera: z pars carnea. α venter communis. β aponeuroſis, quam dat vaginae tendineae cubiti, truncata. γ tendo, quo ſe radio inſerit.

δ ε ζ η. δ ε ζ η Tricipites brachiorum. δ caput, quod Brevis dicitur. ε quod Longus. ζ quod Brachialis externus. η tendo, qui è ſuperficie Brachialis externi ortus, ad humeri condylum poſteriorem pertinet.

θ θ ι κ. θ θ ι κ Brachiales interni. ι pars depreſſior, cui Supinator longus adjacet. κ ſuperficies tendinoſa.

λ μ Radialis externus longior dexter. μ tendo.

ν ξ ο π ρ Radialis externus longior ſiniſter; hic ſe in duos dividens, qui ſinguli in tendinem abeunt. ξ tendo praecipuus, partis praecipuae. ο tendo partis minoris, qui ſe cum altero conjungit in tendinem π communem, ρ inſertum oſſi metacarpi indicis.

σ ς. σ σ ς ς ς Radiales externi breviores. ς tendo, inſertus oſſi metacarpi indicis & medii.

τ τ ς υ φ. τ φ Supinatores breves. ς υ extremum inſertum, ς radici tuberculi radii, υ radio infra tuberculum illud. φ pars poſterior.

χ. χ χ Profundi.

ψ Pronator teres truncatus.

ω. ω Communia principia Ulnarium internorum & Sublimium, orientia à condylis majoribus humerorum; eaque tendinoſa.

A. A A B Ulnares interni. B tendo inſertus oſſi ſubrotundo.

C D E F G H I I K L M N N O O P Q Q. C D E F H I M N Sublimes. D pars craſſior, oriens à condylo majore humeri. E portio exili tendine oriens ab ulna, juxta finem Brachialis interni. F G pars tenuior, à radio oriens, G ortus à radio. H I I portio ad digitum tertium pertinens, I I tendo ejus. K L portio ad digitum auricularem pertinens, L tendo ejus. M N N portio ad digitum medium pertinens, N N tendo ejus. O O P Q Q portio ad indicem pertinens, P tendo ejus, Q. Q cornua duo, in quae ſe tendo findit, inſerta oſſi ſecundi ordinis indicis. Eodem modo in cornua ſe dividunt, inſeruntque tendines I. L. N.

R Profundi tendo ad indicem pertinens.

S T. S T V W Flexores longi pollicum. T V tendo, V hac parte per longitudinem quodammodo fiſſus, W inſertuſque oſſi ultimo pollicis.

X. X Supinatorum longorum truncati tendines.

Y Pronator quadratus.

Z b d. a b c d Abductores longi pollicum manuum. a pars ſuperior. b tendo partis ſuperioris, cujus c portio truncata, quam dat Abductori brevi pollicis. d tendo partis inferioris.

e f. f Extenſores minores pollicum manuum. f tendo.

g g Extenſor major pollicis manus.

h. h i Communes tendines pollicum Extenſorum majorum & minorum. i tendo communis inſertus oſſi ultimo pollicis.

k Extremum reciſi Abductoris brevis pollicis manus. In manu dextra.

l m n o p Ligamentum carpi, quod cum ſinu carpi canalem efficit, qui continet & coërcet tendines à cubito ad digitos pollicemque procedentes, Sublimis, Profundi, Flexoris longi pollicis. m ortus ejus ab oſſe ſubrotundo carpi, n à multangulo majore, o à naviculari. p canalis, per quem penetrat tendo Radialis interni.

q r s t Opponens pollicis. r ortus ab oſſe multangulo majore, s à ligamento carpi. t extremum oſſi metacarpi pollicis inſertum.

u v w Pars Flexoris brevis pollicis manus, quae pro pollicis Abductore brevi altero haberi poteſt. v ortus ejus à ligamento carpi. w extremum tendinoſum inſertum oſſi primo pollicis.

x Cauda poſterior Flexoris brevis pollicis manus.

y Adductor pollicis manus.

z Interoſſeus prior indicis.

α β Abductor indicis. β extremum tendineum, quo inſertus oſſi primo indicis.

γ δ ε Lumbricalis primus. δ ortus ejus à tendine Profundi ad indicem pertinente. ε tendo, qui ſe conjungit cum communi tendine Extenſorum indicis, & dein ad indicis os tertium pertinet.

ζ. η. θ Lumbricales, ζ ſecundus, η tertius, θ quartus. In tendines abeunt ut primus, quibus notas ob anguſtiam locorum non inſcripſi. Conjungunt ſe tendines cum tendinibus Interoſſeorum priorum.

ι ι κ. ι ι κ. ι ι κ. ι ι κ Tendines Profundi, per longitudinem quodammodo fiſſi. κ. κ. κ. κ inſerti oſſibus tertii ordinis.

λ Interoſſeus poſterior indicis cum tendine ſuo.

μ Interoſſeus prior digiti medii.

ν Tendo communis Lumbricalis ſecundi & Interoſſei prioris digiti medii.

ξ Interoſſeus poſterior digiti medii cum tendine ſuo.

ο Interoſſeus prior digiti annularis.

π Tendo communis Lumbricalis tertii & Interoſſei prioris digiti annularis.

ρ Tendo Interoſſei poſterioris digiti annularis.

σ Tendo Interoſſei prioris digiti minimi.

ς Tendo communis Lumbricalis quarti & Interoſſei prioris digiti minimi.

τ υ Flexor parvus digiti minimi manus. υ ortus à ligamento carpi.

φ Tendo communis Flexori parvo digiti minimi manus cum Abductore ejuſdem.

χ χ Adductor oſſis metacarpi digiti minimi.

ψ ω Abductor digiti minimi manus, ω oriens ab oſſe ſubrotundo & à ligamento carpi.

In manu ſiniſtra.

Γ Opponens pollicis manus.

Δ Aponeuroſis ambiens capſam articuli pollicis cum metacarpo, innexaque capſae illi, & adjuncta tendini communi Extenſorum pollicis.

Θ Cauda poſterior Flexoris brevis pollicis manus.

Λ Aponeuroſis, quam cauda poſterior Flexoris brevis pollicis dat tendini communi Extenſorum pollicis.

Ξ Π Adductor pollicis manus. Π extremum tendineum, inſertum oſſi primo pollicis.

Σ Abductor indicis.

Φ Interoſſeus prior indicis.

Ψ Ψ Tendo Indicatoris.

Ω Interoſſei prioris digiti medii caput ab oſſe metacarpi medii oriens.

1 Interoſſei poſterioris digiti medii caput ab oſſe metacarpi annularis oriens.

2 Interoſſei poſterioris annularis caput ab oſſe metacarpi auricularis oriens.

3 Reciſus tendo communis Extenſorum digiti minimi manus, per dorſum ejus incedens.

4. 5 Reciſi Extenſoris communis digitorum tendines, qui ad digitum 4 annularem, & 5 medium, pertinent, ac deinde 6. 6 per dorſum digitorum illorum decurrunt cum aponeuroſibus, quas accipiunt.

7 Reciſus Extenſoris communis digitorum manus tendo ad indicem pertinens.

8. 9 Communis Indicatoris & Extenſoris communis digitorum manus tendo, ad indicem pertinens. 9 extremum ejus, inſertum oſſi ſecundo indicis.

10 Aponeuroſis, quae partim orta à Lumbricali primo, partim ab Abductore indicis; adjungit ſe communi tendini Extenſorum indicis.

11 Tendo Lumbricalis primi.

12 Tendo Lumbricalis primi, accepta à tendine communi Extenſorum indicis portione auctus, decurrens ad os tertium indicis.

13 Tendo Interoſſei poſterioris indicis, qui accepta à tendine communi Extenſorum indicis portione auctus, decurrit ad os tertium indicis.

14 Extremum tendineum commune, inſertum oſſi tertio indicis. Quod extremum fit ex tendinibus 12 & 13 confluentibus in unum.

15 Tendo Interoſſeo priori digiti medii & Lumbricali ſecundo communis: qui tendo accepta portione ab Extenſoris communis tendine auctus, decurrit ad os tertium digiti medii.

In interiore parte digitorum indicati tendines Sublimis & Profundi.

© BIUM / R. Caussimon







© BIUM / R. Caussimon





© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE ANATOMICAE TERTIAE
# MUSCULORUM HOMINIS
# EXPLANATIO.

Urſus remotis pleriſque partibus primis figurae, quae Tabula ſecunda continetur; proximum Muſculorum ordinem, pariter cum quibusdam ligamentis hac tertia figura exhibeo, & Sceleti quoque, magis autem denudati, partes.

Remota: à capite, Temporalis, Maſſeteres, Corrugatores ſuperciliorum, Levatores palpebrarum ſuperiorum, ligamenta quibus palpebrarum commiſſurae in angulis majoribus alligatae proceſſibus naſalibus oſſium maxillarium ſuperiorum, palpebrae ipſae una cum Orbicularium palpebrarum continuationibus quae palpebrarum oris ductu continuo circumductae, Naſales labii ſuperioris, Levatores angulorum oris, Depreſſores labii inferioris. A collo, Sternomaſtoïdei cum Cleidomaſtoïdeis, Levatores ſcapularum, Coracohyoïdei, Sternohyoïdei, Biventer maxillae, Stylohyoïdeus. A trunco, Subclavii, Serrati antici, Serrati magni, Recti abdominis, Pyramidales, Obliqui interni, Cremaſteres una cum teſtibus. A femoribus, Glutei medii, Pectinei, Adductores longi femorum, Rectorum crurum principia & extrema, Vaſti interni & externi cum Cruralibus. A cruribus pedibusque extremis, ligamenta à patellis ad tibias pertinentia, Semitendinoſorum tendines, Extenſores proprii pollicum pedum, Extenſores longi digitorum pedum praeter extrema tendinum ad digitorum parvorum primos tres pertinentium, Peronei tertii, Plantarium tendines, Solei, tendines achillis, Flexores breves digitorum pedum, Flexoris brevis pollicis pedis cauda exterior, vagina tendinem Flexoris longi pollicis pedis continens juxta os primum pollicis. Ab humeris, Supraſpinati, Bicipites brachiorum, Longi, Breves. A cubitis manibusque, Sublimes, Ulnares interni, extrema Supinatorum longorum, Abductores longi pollicum, Extenſores minores pollicum. A manu dextra, extremum Abductoris brevis pollicis, pars Flexoris brevis pollicis quae pro ejus Abductore brevi altero haberi poteſt, Opponens pollicis, Abductor indicis, Flexor parvus & Abductor digiti minimi. A cubito praeterea manuque ſiniſtra, Indicatoris tendo, Extenſor major pollicis, communis tendo Extenſoris pollicis majoris & minoris una cum adjuncta aponeuroſi ambiente capſam articuli pollicis cum metacarpo, Opponens pollicis, Abductor indicis una cum aponeuroſi, quam adjungit tendini communi extenſorum indicis.

In capite, & collo.

a. a Oculorum globi.

b Cartilago orbiculi, per quem tendo Obliqui ſuperioris oculi tranſit: quae cartilago tendinem illum ſuſtinet, & continet.

c d Tendo Obliqui ſuperioris oculi. c pars ejus, ſecundum internum latus foraminis oculi ad orbiculum incedens. d pars, quae, poſtquam ex orbiculo exiit, recurrit ad globum oculi.

e. e Recti attollentes oculorum, ſcleroticis innexi.

f Rectus adductor oculi, ſcleroticae innexus.

g Rectus abductor oculi, ſcleroticae innexus.

h. h Recti depreſſores oculorum, ſcleroticis innexi.

i. i k Obliqui inferiores oculorum. k origo ab oſſe maxillari ſuperiore in fundo foraminis oculi, juxta oram ejus, inter ſuturam oſſis illius propriam, & os unguis.

l. l m Depreſſores alarum naſi. m extremum circum radicem alae inſertum.

n o p p Orbicularis oris pars, quae in labio ſuperiore eſt. o pars, quae in rubro margine labii. p. p hinc reſecti Depreſſores angulorum oris, qua abeunt in exteriorem partem Orbicularis oris, qua is labium ſuperius ab angulis oris juxta os ambit.

q r s t t Orbicularis oris pars, quae eſt in labio inferiore. q pars, quae in rubro margine labii eſt. s hic ſubit faſciculum z, & continuatur Buccinatori partique Levatoris anguli oris & Zygomatici majoris, ad eum accedentibus. t. t portiones, quae ad Orbicularem oris accedunt, procedentes à maxilla inferiore, & ſe cum Orbiculari conjungentes: poſt ſubeunt Buccinatorum portiones z, & cum Buccinatoribus ſe conjungunt.

u Sinulus, ſive ſpatium inter Buccinatoris faſciculum z, & portionem t, quae ad Orbicularem oris accedit: in quo ſpatio aliquot glandulae collocatae.

v. v w x y z α Buccinatores. w pars, quae abit in Orbicularis oris partem, quae eſt in labio ſuperiore. x hic adjungit ſe ei Levatoris anguli oris pars una cum parte Zygomatici majoris. y pars, quae abit in Orbicularis partem, quae eſt in labio inferiore. z faſciculus, qui ad labium ſuperius procedit, acceditque ibi ad interiorem partem Orbicularis oris. α hic continuat ſe portioni t ad Orbicularem oris accedenti.

β. β γ δ Levatores menti, γ hac parte continuati inter ſe. δ faſciculi, quos pingui menti immiſcent.

ε ε Pterygoïdeus externus, extremum tendinoſum habens.

ζ Pterygoïdeus internus.

η Mylohyoïdei, inſerti oſſis hyoïdis baſi.

θ Baſiogloſſus, oriens à baſi & à cornu hyoïdis.

ι Ceratogloſſus, oriens à cornu hyoïdis.

κ λ λ Os hyoïdes. κ baſis. λ. λ cornua.

μ ν Larynx. μ cartilago thyreoïdea: inter χ ψ & ω proceſſus ejus ſuperior. ν cartilago cricoïdea.

ξ Aſpera arteria.

ο. ο Cricothyreoïdei. ο pars prior, à cartilagine cricoïdea oriens: ac mox infra partem illam, pars poſterior.

π π ρ σ. π π ρ σ ς Sternothyreoïdei. ρ portio accedens ſeparata. σ extremi pars inſerta eminentiae cartilaginis thyreoïdeae, quae per latus ejus externum oblique excurrit: ς pars, quae ſe jungit poſteriori margini Hyothyreoïdei, & cum eo pertinet ad cornu hyoïdis.

ς τ υ φ. ς τ υ φ Hyothyreoïdei. τ ortus à cornu & à baſi hyoïdis. υ φ extremum, inſertum υ imo margini cartilaginis thyreoïdeae, ante eminentiam, quae per latus ejus externum oblique excurrit; φ eminentiae illi.

χ Communis extremi, in quod ſe conjungunt Stylopharyngeus & Palatopharyngeus cum Salpingopharyngeo, pars à Stylopharyngeo producta.

ψ Ligamentum, quod à proceſſu ſuperiore cartilaginis thyreoïdeae pertinet ad extremum cornu hyoïdis.

ω Conſtrictor inferior pharyngis.

Γ. Γ Recti interni majores capitis.

Δ Θ Longus colli. Θ extremum, ad proceſſum transverſum vertebrae colli ſecundae à dorſo pertinens; cujus extremi pars tendinoſa eſt: vide Tab. IV.

Λ. Λ Intertransverſarii colli priores primi.

Ξ. Ξ Levatores coſtarum primarum.

Π Σ Φ Ψ Ω. Π Σ Φ Ψ Ω Scaleni priores. Σ ortus à coſta prima. Φ. Ψ. Ω extrema tria, quorum Φ pertinet ad proceſſum transverſum vertebrae colli à dorſo ſecundae; Ψ ad tertiae; Ω ad quartae.

A B C D E. A C D E Scaleni medii. B origo à coſta prima. C. D. E extrema, quorum C pertinet ad proceſſum transverſum vertebrae colli à dorſo primae; D ad quintae; E ad ſextae & ſeptimae.

Ė Trachelomaſtoïdeus.

É Complexus.

Æ Obliquus ſuperior capitis.

F F. F F & inter π & ϱ Pleurae.

G H I K K. L. M. N. O. P. Q. R. S: G H I K K. L. M. N. O. P. Q. R. S Intercoſtales externi. G H I K K primus, L ſecundus, M tertius, N quartus, O quintus, P ſextus, Q ſeptimus, R octavus, S nonus. Primus oritur I à cartilagineo extremo coſtae primae, H ab oſſea parte: K K inſeritur oſſeae parti ſecundae. Sic ſequentes ab oſſea parte coſtae ſuperioris oriuntur, oſſeae inferioris inſeruntur. In trunco & femoribus.

T U V W X. Y. Z. a. b. c. d. e f: T U V W X. Y. Z. a. b. c. d. e. f Intercoſtales interni. T U V W X primus, Y ſecundus, Z tertius, a quartus, b quintus, c ſextus, d ſeptimus, e octavus, f nonus. Primus oritur U à cartilagineo extremo coſtae primae, V à ſterno: inſertus W oſſeae parti coſtae ſecundae, X extremo cartilagineo. Sic apparet in ſequentibus, quomodo ab extremo cartilagineo & ab oſſea parte coſtae ſuperioris oriantur; pariterque cartilagineo extremo & oſſeae parti inferioris inſerantur. g. h. i. k: h Intercoſtalium illorum partes extremis cartilaginibus harum coſtarum interſertae, ultra conjunctiones illarum cartilaginum.

l m n o p p q q r. l m n o p p q q r Transverſi abdominis. l pars carnea. m aponeuroſis. n ortus à cartilagineo extremo coſtae undecimae. o ortus à criſta ilium. p p margo, qui procedit à margine tendineo Obliqui externi abdominis. q q hinc reſciſſa aponeuroſis pars illa, quae ante Rectum & Pyramidalem abdominis incedit. r imus margo aponeuroſis partis ſuperioris, quae pone Rectum incedit, ac peritonaeum proxime complectitur.

s t t t. s t t t Lamellae poſteriores aponeuroſium Obliquorum internorum abdominis, Transverſorum aponeuroſibus ſuperinductae. t t t hinc reſectae, qua ſe primum cum aponeuroſibus Transverſorum conjungunt.

u v w. v w Hic aponeuroſes Transverſorum, cum ſuperinductis lamellis poſterioribus aponeuroſium Obliquorum internorum ſe inſerunt, u priori parti cartilaginis mucronatae non longe ab ipſius mucrone: v. v marginibus cartilaginis illius; w. w oſſeae partis.

x Triangularis ſterni cum Transverſo abdominis conjunctus, & cum eo inſertus. Sic & in altero latere.

y y Linea alba. z foramen in ea, per quod in embryone exibant arteriae umbilicales, vena umbilicalis, urachus.

α α. α α Hinc reſciſſae aponeuroſes Obliquorum externorum abdominis, una cum lamellis prioribus aponeuroſium Obliquorum internorum.

β β β β β β γ δ δ Peritonaeum. γ δ δ veſtigia, γ ligamenti, quod urachus fuerat; δ. δ ligamentorum, quae fuerant arteriae umbilicales.

ε ζ η θ. ε ζ η θ Funiculi vaſorum ſpermaticorum. ε. ζ duae venae: η arteria: venae cum arteria infra Transverſum abdominis per peritonaeum procedunt ad ſuperiorem partem oſſis pubis: ad eas adjungit ſe θ vas deferens, ex pelvi veniens; unaque deinde per inguen ad ſcrotum delabuntur.

ι Synchondroſis oſſium pubis, ligamentis ſuis conſtricta.

κ Penis truncatus. Vide Tab. IV.

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM TERTIAE EXPLANATIO.

λ Sphincter ani externus.
μ Accelerator. Idem in altero latere.
ν Erector penis. Idem in altero quoque latere.
ξ ο π ρ σ. ξ ο π σ Glutei minores. ο ortus ab oſſe ilium. π tendo, ρ inſertus radici trochanteris majoris. σ pars muſculi prior.
ς ς. ς ς Iliaci interni. ς origo à criſta ilium.
τ υ. τ υ Pſoae magni. υ tendo, cui ſe adjungit caro Iliaci interni.
φ χ. φ χ Obturatores externi. χ ortus ab oſſe pubis.
ψ ω Γ. ψ ω Γ Adductores breves femorum; quibus veſtigia ab Adductoribus longis, & à Pectineis impreſſa: confer Tab. II. ω caput extrinſecus tendinoſum, oriens ab oſſe pubis juxta ſynchondroſem. Γ extremum tendinoſum ab hac parte.
Δ Δ Θ Λ Ξ. Δ Δ Θ Λ Ξ Adductores magni femorum. Δ Δ pars ſpinae oſſis femoris inſerta. Θ Λ Ξ pars altera, ad condylum oſſis femoris pertinens: Λ ſuperficies tendinoſa, in Ξ tendinem abeuns.
Π Σ Φ. Π Σ Φ Semimembranoſi. Σ ſuperficies tendinoſa, in tendinem abeuns. Φ portio tenuior, quam tendo emittit, pertinens ad marginem internum tibiae.
Ψ Ω Λ B. Ψ Ω Λ B Graciles; quibus veſtigia ab Adductoribus longis femorum impreſſa: confer Tab. II. Ω origo à ligamento ſynchondroſem pubis conſtringente. Λ tendo, B tibiae inſertus.
C D E F. C D E F Bicipitum crurum capita breviora. D E F tendo extremus, cujus E pars praecipua, fibulae capiti inſerta; F pars ad tibiam pertinens.
In cruribus & pedibus extremis. G H I K K L. G H I K K L Peronei longi; quibus ab Extenſoribus longis digitorum pedum veſtigia impreſſa: confer Tab. II. H principii ſuperioris ortus à capite fibulae, I à tibia. K K principii inferioris ortus à ſpina fibulae. L tendo, è carnis parte exteriore naſcens.
M N N. M N N O Peronei breves; quibus veſtigia ab Extenſoribus longis digitorum pedum impreſſa: conf. Tab. II. N N ortus à fibula. O tendo.
P Q Q R R S S T U. P Q Q R R S S T U Tibiales poſtici. Q Q ortus à tibia, R R à ſpina fibulae. S S T U tendo, qui partim inſertus T oſſi naviculari, partim U procurrit ad os cuneiforme majus.
V W. W W Flexores longi pollicum pedum. W tendo.
X Y Y Z a. X Y Y Z a Flexores longi digitorum pedum. Y Y ortus à tibia. Z tendinis principium, a tendo.
b c. b c Capita, quae ad Flexores longos digitorum pedum in plantis accedunt. c ortus à calcaneo.
d Flexoris brevis pollicis pedis cauda interior, hoc eſt, digitis parvis propior.
e f g h i k l. e f g h i k l Extenſores breves digitorum pedum, qui ſe in quinque portiones dividunt. f portionis ad pollicem pertinentis tendo, g inſertus oſſi primo. h tendo portionis, quae aliquando invenitur, decurrens ad digiti primi parvorum latus illud, quod pollici obvertit. i tendo portionis ad digitum primum parvorum pertinentis, k ad ſecundum, l ad tertium.
m m. m Interoſſei primi digitorum pedum parvorum primorum.
Inter i & k ſin. Interoſſeus ſecundus digitorum pedum parvorum primi.
Inter k & l ſin. Interoſſeus ſecundus digitorum pedum parvorum ſecundi.
n. o. p ſin. Extenſorum longorum digitorum pedum tendines reſciſſi. n qui ad digitum primum parvorum pertinet, o qui ad ſecundum, p qui ad tertium. Ac ſic quoque in pede dextro.
q Tendo communis Extenſoris longi & brevis digitorum pedis, inſertus oſſi ſecundi ordinis. r ejuſdem portio, ad os tertium procurrens. s tendo ad os tertium procurrens, qui procedit à tendine Extenſoris brevis digitorum pedis. t duarum ad os tertium pertinentium portionum commune extremum, oſſi tertio inſertum. u aponeuroſis ad tendinem q accedens, procedensque partim à capſa articuli digiti hujus cum metatarſo, partim ab Interoſſeo hujus lateris, partim à Lumbricali, partim à latere oſſis primi ordinis. Eadem in ſecundo & tertio digitorum parvorum pedis hujus, & in tribus primis ſiniſtri.
In ſcapulis, humeris, cubitis, manibus. v v w x y. v x Subſcapulares. w x extremi pars tendinea, x inſerta tuberi inaequabili minori capitis ſuperioris oſſis humeri. y extremi pars carnea, inſerta ipſi humero, infra tuber illud.
z α. z Teretes majores. α extremum tendineum oſſi humeri inſertum.
β γ δ ε ε. β γ δ ε ε Capitum breviorum Bicipitum brachiorum partes, extrinſecus tendinoſae; γ. γ hic reſectae; δ. δ hic communem ortum cum Coracobrachialibus habentes à proceſſibus coracoïdeis ſcapularum; ε ε. ε ε hic conjunctae cum Coracobrachialibus.
ζ η. ζ η Coracobrachiales. η Hac parte diviſi ſunt, penetrante nervo.
θ ι. θ ι Brachiales externi. ι tendo, qui ex ejus ſuperficie ortus, ad humeri condylum poſteriorem pertinet.
κ λ μ ν ξ ο. κ λ μ ν ξ ο Brachiales interni. λ. μ bicorne principium, quo ab oſſe humeri oritur. ν ortus à margine oſſis humeri. ξ pars depreſſior, cui Supinator longus adjacet. ο ſuperficies tendinoſa.
π ρ Radialis externus longior dexter. ρ tendo.
σ ς ς τ υ Radialis externus longior ſiniſter, qui hic ſe in duos dividit. ς tendo partis praecipuae, qui praecipuus & ipſe. ς tendo partis minoris, qui ſe cum altero conjungit, ex quo fit tendo τ communis, υ inſertus oſſi metacarpi indicis.
φ χ. φ φ χ χ ψ Radiales externi breviores. χ χ tendo, ψ inſertus oſſibus metacarpi duobus, indicis & medii.
ω Γ Δ Θ. ω Θ Supinatores breves. Γ Δ extremum, quod inſertum Γ radici tuberculi radii, Δ radio infra illud tuberculum. Θ pars poſterior.
Λ Pronatoris teretis reſciſſi extremum.
Ξ Ξ Pronator quadratus.
Π Π Σ Σ Φ Ψ Ω Λ B. Π Φ Ψ Ω Flexores longi pollicum manuum. Σ Σ origo à radio. Φ Ψ portio, quae ad eum accedit, oriens à condylo majo- … humeri, rarius occurrens: quae in Ψ tendinem abit; qui ad carnem … oris ſe adjungit, efficitque primum initium tendinis ejus Ω Λ B; cu- … pars carni Flexoris inhaerens, Λ pars ſecundum metacarpum pollicis, pollicemque incedens, ubi per longitudinem quodammodo fiſſus eſt; B extremum oſſi ultimo pollicis inſertum.
C C D E F G H H I I K K L L M M M M. C C D E F I K L Profundi. D ortus ab ulna. E. F. G tres tendines ex carne orientes, inter quos caro. Quorum primus E abit in H H tendinem indicis; ſecundus F in I I tendinem medii, tertius G in duos K. L, quorum alter K K digiti annularis eſt, alter L L auricularis. Qua tendines illi per manum digitoſque decurrunt, per longitudinem quodammodo fiſſi ſunt, ad poſtremum M. M. M. M inſerti oſſibus tertii ordinis.
N O P Q R Ligamentum carpi, quod cum ſinu carpi canalem efficit, qui continet & coërcet tendines à cubito ad digitos pollicemque procedentes, Sublimis, Profundi, Flexoris longi pollicis. O ortus ejus à carpi oſſe naviculari, P ab eminentia interna oſſis multanguli majoris, Q à ſubrotundo, R à proceſſu incurvo cuneiformis. S canalis, per quem tendo Radialis interni penetrat. In manu dextra.
T Ligamentum, quod ab oſſe ſubrotundo pertinet àd metacarpi manus quartum.
U V W X Y Adductor oſſis metacarpi digiti minimi. V origo ejus à proceſſu incurvo oſſis cuneiformis, W à ligamento carpi. X Y his partibus inſertus oſſi metacarpi minimi.
Z Z a Flexor brevis pollicis manus. a extremum tendineum, inſertum pollicis ſeſamoïdeo illi, quod ab indice remotius.
b b Adductor pollicis manus.
c d d e f Lumbricalis primus. d d ortus ejus à tendine Profundi ad indicem pertinente: & quidem à craſſiore parte duarum illarum, in quas per longitudinem fiſſus quodammodo eſt. e aponeuroſis, quam conjungit cum aponeuroſi Abductoris indicis, unaque cum ea adjungit communi tendini Extenſorum indicis. f tendo, qui ſe conjungit cum communi tendine Extenſorum indicis, & deinde ad indicis os tertium pertinet.
g h i Lumbricalis ſecundus. h i origo ejus, h à tendine Profundi ad digitum medium pertinente, & quidem craſſiore parte earum, in quas per longitudinem fiſſus quodammodo eſt: i à tendine Profundi ad indicem pertinente, tenuiore autem parte ejus. Tendinem ſuum adjungit tendini Interoſſei prioris digiti medii.
k l m Lumbricalis tertius. l m origo ejus, l à tendine Profundi ad digitum medium pertinente, & quidem à tenuiore parte earum, in quas per longitudinem fiſſus quodammodo eſt: m à tendine Profundi ad digitum annularem pertinente, craſſiore autem parte ejus. Tendinem ſuum adjungit tendini Interoſſei prioris digiti annularis.
n o Lumbricalis quartus. o origo à tendine Profundi ad auricularem pertinente: à craſſiore parte illarum, in quas per longitudinem fiſſus quodammodo eſt. Tendinem ſuum adjungit tendini Interoſſei prioris auricularis.
p Tendo communis Lumbricali quarto cum Interoſſeo priore digiti auricularis: qui tendo ſe conjungit cum tendine Extenſoris communis, pertinetque ad os tertium digiti hujus.
q Tendo Interoſſei poſterioris digiti annularis, quo is ſe conjungit cum tendine Extenſoris communis, pertinetque ad os tertium digiti hujus.
r Interoſſeus prior digiti annularis.
s Tendo communis Lumbricali tertio cum Interoſſeo priore digiti annularis: qui tendo ſe conjungit cum tendine Extenſoris communis, pertinetque ad os tertium hujus digiti.
t u Interoſſeus poſterior digiti medii. u tendo, quo ſe conjungit cum tendine Extenſoris communis, pertinetque ad tertium os digiti hujus.
v Interoſſeus prior digiti medii.
w Tendo communis Lumbricali ſecundo cum Interoſſeo priore digiti medii: qui tendo conjungit ſe cum tendine Extenſoris communis, pertinetque ad os tertium digiti medii.
x y Interoſſeus poſterior indicis. y tendo, quo ſe conjungit cum tendine communi Extenſorum indicis, ac deinde ad os indicis tertium pertinet.
z Interoſſeus prior indicis, extremo tendineo inſertus oſſi primo indicis.
a b Flexor brevis pollicis manus. b aponeuroſis, quam emittit, conjungitque cum aponeuroſi, quae ambit capſam articuli pollicis cum metacarpo ſuo; unaque cum ea adjungit tendini communi Extenſorum pollicis. In manu ſiniſtra.
c d Adductor pollicis manus. d extremum tendineum, inſertum oſſi primo pollicis.
e f Interoſſeus prior indicis, oriens ab oſſe metacarpi indicis, & f extremo tendineo inſertus oſſi primo indicis.
g Interoſſei prioris digiti medii caput ab oſſe metacarpi medii oriens.
h Interoſſei poſterioris digiti medii caput ab oſſe metacarpi annularis oriens.
i Interoſſei poſterioris annularis caput ab oſſe metacarpi auricularis oriens.
k Reciſus tendo Indicatoris.
l Reciſus tendo Extenſoris communis digitorum ad indicem pertinens.
m Communis Indicatoris & Extenſoris communis digitorum manus tendo, ad indicem pertinens; n extremo ſuo inſertus oſſi ſecundi ordinis indicis.
o p q Lumbricalis primus. p tendo. q aponeuroſis, quam tendo ille producit, conjungitque cum aponeuroſi Abductoris indicis, unaque cum ea adjungit tendini communi Extenſorum indicis. r tendo hujus Lumbricalis conjunctus cum tendine communi Extenſorum indicis, acceptaque ab eo portione auctus, s decurrens ad os tertium indicis.
t Tendo Interoſſei poſterioris indicis, qui accepta à tendine communi Extenſorum indicis portione auctus, decurrit ad os tertium indicis.
u Extremum tendineum commune, factum è tendinibus s & t confluentibus in unum; inſertumque indicis oſſi tertio.
v. w Reciſi Extenſoris communis digitorum tendines, qui ad digitos, v medium, & w annularem, pertinent; ac deinde per dorſum digitorum illorum decurrunt, cum aponeuroſibus, quas accipiunt.
x Reciſus tendo communis Extenſorum auricularis, per dorſum ejus incedens.
y Tendo Interoſſeo priori digiti medii & Lumbricali ſecundo communis: qui tendo accepta portione ab Extenſoris communis digitorum manus tendine, qui digiti medii eſt, auctus, conjungit ſe cum z tendine Interoſſei poſterioris digiti ejusdem, aucto pariter portione, quam ab Extenſoris communis digitorum manus tendine, qui ejuſdem illius digiti eſt, accipit: ex qua conjunctione natum extremum tendineum commune, ad os tertium digiti illius pertinet.

© BIUM / R. Caussimon







© BIUM / R. Caussimon

TABULAE IV.



© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE ANATOMICAE QUARTAE
# MUSCULORUM HOMINIS
## EXPLANATIO.

IN hac figura, quarti Muſculorum ordinis exhibendi cauſſa, non modo remotae figurae proxime ſuperioris partes exteriores pleraeque: ſed etiam ex cavis oculorum oſſeis quaecunque in iis praeter muſculos ſunt; à collo, cum larynge & aſpera arteria pharynx tota & ſtomachus; è thorace aperto, quaecunque ſupra Diaphragma ſunt, Pulmones, Cor, pericardium, pleurae; praeterea peritonaeum totum cum viſceribus abdominis quae continet, & quicquid etiam lumbis ab hac parte praeter muſculos adjacet.

A figura tertia remota: à capite, Globi oculorum cum extremis muſculorum ipſis inſertorum, Cartilago orbiculi per quem tendo Obliqui ſuperioris oculi tranſit, Depreſſores alarum naſi, Orbicularis oris, Buccinatores, Levatores menti, Pterygoïdeus externus. A collo, Mylohyoïdei, Baſiogloſſus, Ceratogloſſus, Os hyoïdes, Larynx, Aſpera arteria, Cricothyreoïdei, Sternothyreoïdei, Hyothyreoïdei, communis extremi, in quod ſe conjungunt Stylopharyngeus & Palatopharyngeus cum Salpingopharyngeo, pars à Stylopharyngeo producta; Ligamentum quod à proceſſu ſuperiore cartilaginis thyreoïdeae pertinet ad extremum cornu hyoïdis, Conſtrictor inferior pharyngis, Recti interni majores capitis, Scaleni priores, Trachelomaſtoïdeus, Complexus, Pleurae. A trunco, Intercoſtales externi ſiniſtri, extrema anteriora coſtarum quartarum, quintarum, ſextarum, ſeptimarum, octavarum, nonarum, decimarum, una cum inferiore parte oſſis pectoris, & muſculis Intercoſtalibus intermediis; Transverſi abdominis una cum lamellis poſterioribus aponeuroſium Obliquorum internorum abdominis, Triangulares ſterni, Linea alba, Funiculi vaſorum ſpermaticorum, Peritonaeum. A coxis, Glutei minores. A femoribus, Adductores breves femorum, Semimembranoſi, Graciles, Bicipites crurum. A cruribus pedibusque extremis, Peronei longi, Flexores longi pollicum pedum, Flexores longi digitorum pedum, Capita quae ad Flexores longos digitorum pedum in plantis accedunt, Extenſores breves digitorum pedum, Extenſorum longorum digitorum pedum tendines, una cum reliquis tendinibus, & cum aponeuroſibus, per dorſum digitorum pedum porrectis: praeterea à pede extremo ſiniſtro, Flexoris brevis pollicis pedis cauda interior. A ſcapulis, Teretes majores. Ab humeris, Coracobrachiales una cum capitibus brevioribus Bicipitum brachiorum, Brachiales externi, Brachiales interni. A cubitis manibusque, Radiales externi longiores, & breviores, Flexores longi pollicum manuum, Profundi: & à cubito dextro, Pronatoris teretis reſciſſi extremum. Praeterea à manu dextra, Ligamentum carpi interius, Ligamentum quod ab oſſe ſubrotundo pertinet ad metacarpi manus quartum, Adductor oſſis metacarpi digiti minimi, Lumbricales. A manu ſiniſtra, omnes muſculi, tendines, aponeuroſes, praeter Adductorem pollicis & Flexorem brevem.

In capite, collo, trunco.

a b b. b b Levatores palpebrarum ſuperiorum. b b extremum truncatum.

c d Obliquus ſuperior oculi. c origo ejus ab interno latere marginis foraminis optici. d hic, ubi orbiculum ſuum intraret, truncatus.

e f. f Recti attollentes oculorum. e origo, partim à ſuperiore parte marginis foraminis optici, partim inter idem illud foramen, & quod infra illud ſequitur. f extremum truncatum.

g h Rectus adductor oculi. g origo à margine foraminis optici, à parte naſi. h extremum truncatum.

i l. k l Recti abductores oculorum. i origo ab inferiore parte marginis foraminis illius, quod infra opticum ſequitur; qua foramen illud rotundum eſt, juxta rimae, in quam abit, initium. l extremum truncatum.

m n. n Recti depreſſores oculorum. m origo ab inferiore parte portionis oſſeae, quae foramen opticum illudque quod mox infra ſequitur, diſcriminat.

o p q. o q Obliqui inferiores oculorum, ibi ubi ſe globis inſerunt, reſciſſi. p origo à margine orbis oculi. q pars interior.

r Pterygoïdeus internus.

s Obliquus ſuperior capitis.

t u v w x y z α. t u w x y z α Longi colli. t u v w x pars praecipua, quae ad corpora vertebrarum pertinet; cujus haec u pars tendinoſa. v. w. x capita, à principio tendinea, quae oriuntur à proceſſibus transverſis vertebrarum colli: v quod à quartae, w à tertiae, x à ſecundae. y z α pars, quae ad proceſſus transverſos pertinet; cujus z α cauda pertinens ad proceſſum transverſum vertebrae colli ſecundae, α hac parte tendinea.

β γ δ ε ζ η θ ι κ λ μ ν. β δ ε ζ η θ ι κ λ Scaleni medii. γ origo à coſta prima. δ ε cauda pertinens ad proceſſum transverſum vertebrae colli primae, ε extremo tendinoſo. ζ η cauda, ad ſecundae, η extremo tendineo. θ ι cauda, ad tertiae, ι extremo tendineo. κ λ cauda, ad quartae, λ extremo tendinoſo. μ cauda, ad quintae. ν haec pars abit in caudas duas poſtremas.

ξ. ο. π. ρ: π. ρ Intertransverſarii colli priores. ξ quartus, ο tertius, π ſecundus, ρ primus.

σ. σ Levatores coſtarum primarum, coſtis illis inſerti.

ϛ ϛ. ς ς. τ τ. υ. φ. χ. ψ. ω. A Intercoſtales externi. ϛ ϛ primus, &c. Siniſtri remoti.

B. C C. D. E. F. G. H. I. K. L L: B. C C C. D. L L L Intercoſtales interni. B. B primi, &c. L L. L L L undecimi.

M M N N O O P P Q Q R R S T U U V W X Y Z Γ Δ Θ Λ Ξ Π Π Σ Σ Σ Φ Ψ Ω a b c c d e f g h i i k k k k l l l l m m n n o o Diaphragma. M M N N O O P P Q Q R R S T U U V W X Y Z Γ Δ Θ Λ Ξ Π Π Σ Σ Σ Φ Ψ Ω a b c c pars, quae abdomen reſpicit. d e f g h i i k k k k l l l l m m n n o o pars, quae thoracem reſpicit. M N O P. M N O P capita prima: M. M tenuitates tendineae, quae naſcentes è ligamentis, quae per ſuperficiem corporum vertebrarum lumborum excurrunt, ad haec capita extrinſecus accedunt: N. N hic ſubtus ab inferiore parte corporis vertebrae lumborum tertiae oriuntur, tendine O craſſo: P. P carnes, in quas tendines illi abeunt. Q. Q capita ſecunda. R. R capita tertia. S caput quartum ſiniſtrum. T principium, quod aliquoties inveni, enaſcens è ſuperficie Quadrati lumborum. U. U Diaphragmatis carneae partes primae, è capitum conjunctione natae. V capitis primi ſiniſtri portio accedens ad carneam partem primam dextram, poſteaque excurrens per marginem dextrum foraminis, quo ſtomachus exit. W capitis primi dextri pars, quae poſt portionem V incedens, eam decuſſat, & ultra eam abit in carnem primam ſiniſtram. X foramen, quo ſtomachus exit. Y Z Γ Δ tendinis medii pars ſiniſtra: cujus Y pars è carne prima nata, abit Z in carneam partem ſecundam ſiniſtram; Γ pars ſuperſcandit praecedentem, decuſſans eam; Δ pars proximam Γ ſuperſcandit, decuſſans eam, & abit in carnis ſiniſtrae ſecundae inferiorem partem. Θ pars carnea ſiniſtra ſecunda; Λ Ξ ejus extremum, quod inſertum coſtae duodecimae, Λ oſſeae parti, Ξ cartilagineae: Π Π ejusdem truncatus margo, ubi continuabatur Transverſo abdominis, inter coſtas duas poſtremas. Σ Σ Σ Φ pars carnea ſecunda dextra, Φ hic primam ſuperſcandens, & decuſſans eam, mox tendinea. Ψ Ω portio, qualis aliquando in uno, aliquando in utroque latere invenitur, faciens inferiorem Diaphragmatis ab hac parte marginem; quae hic (alias autem aliter) oritur à proceſſu transverſo quartae lumborum vertebrae, itemque à quintae, & primum Ψ tendinea, (pariter autem alio alioque in aliis modo) deinde Ω carnea, adjungit ſe carneae parti ſecundae Σ, poſt a conjungit cum ea; inſeritque b cartilagini coſtae duodecimae. c c truncatus margo, qui continuatus erat Transverſo abdominis inter coſtas duas poſtremas. d tendo medius, in quo faſciculi tendinei ſe decuſſant. e. f partes carneae, dextra & ſiniſtra. g extremum carneum medium, quod ad cartilaginem mucronatam pertinet, à qua h reſciſſum. i. i extrema, quae ſe peritonaeo innectunt. k k. k k extrema, quae reſciſſa ab interiore parte coſtarum ſeptimarum. l l. l l quae ab octavarum. m. m quae à nonarum. n. n quae à decimarum. o. o quae inſerta undecimis.

In trunco, femoribus, cruribus, pedibus extremis.

p q q. p q q Quadrati lumborum. q q origo à criſta oſſis ilium, principio extrinſecus tendinoſo.

r s Pſoas parvus. s tendo. Siniſter non exhibitus.

t u v w x. t u v w x Pſoae magni. u caput tertium, ejusque origo ab inferiore parte corporis vertebrae lumborum quartae, & à ligamento, quod inter corpus illud corpusque tertiae intercedit. v caput quartum, ejusque origo ab inferiore parte corporis vertebrae lumborum tertiae, & à ligamento inter corpus illud corpusque ſecundae intercedens. w caput quintum, ejusque origo ab inferiore parte corporis vertebrae lumborum ſecundae, & à ligamento inter corpus illud & corpus primae intercedens. x tendo, ad quem ſe caro Iliaci interni adjungit.

y z z z. y z z z Iliaci interni. z z z origo à criſta oſſis iliûm.

α β. α β Obturatores externi. β origo ab oſſe pubis.

γ δ δ ε Penis truncatus. δ. δ corpora ſpongioſa majora. ε corpus ſpongioſum minus cum urethra.

ζ. ζ Erectores penis.

η. η Acceleratores.

θ Sphincter externus ani.

ι. ι Transverſi perinaei.

κ λ μ ν ξ ο. κ λ μ ν ξ ο Adductores magni femorum. κ origo ab oſſe pubis. λ. μ. ν partes leviter, & maxime fibrarum decurſu diſtinctae inter ſe; quae ſimul efficiunt extremum ſuperius, femoris lineae poſteriori per longitudinem inſertum. ξ ο pars magis diſtincta, abeuns deinde in extremum in-

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM QUARTAE EXPLANATIO.

ſerius, quod ad condylum interiorem pertinet: ο tendo, è carne naſcens.

π ρ σ σ τ υ υ φ φ χ ψ. π ρ σ σ τ υ υ φ φ χ ψ Tibiales poſtici. ρ principium quod à tibia oritur. σ σ origo à tibia. τ principium quod à fibula oritur. υ υ origo à fibula. φ φ χ ψ tendo, χ inſertus oſſi naviculari, & ψ excurrens etiam portione tenuiore, ad os cuneiforme magnum.

ω Γ Γ Δ. ω Γ Γ Peronei breves. Γ Γ origo à fibula. Δ tendo.

Θ. Θ Interoſſei primi pedum digitorum ſecundorum, orientes ab oſſibus metatarſi digitorum illorum.

Λ. Λ Interoſſeorum ſecundorum pedum digitorum ſecundorum capita, quae oriuntur ab oſſibus metatarſi digitorum tertiorum.

Ξ. Ξ Interoſſeorum ſecundorum pedum digitorum tertiorum capita, quae oriuntur ab oſſibus metatarſi digitorum quartorum.

Π. Π Interoſſeorum ſecundorum pedum digitorum quartorum capita, quae oriuntur ab oſſibus metatarſi digitorum quintorum.

Σ Adductor pollicis pedis.

*In ſcapulis, cubitis, manibus.* Φ Ψ Ω a. Φ Ψ Ω a Subſcapulares. Ψ extremi pars tendinea, Ω inſerta tuberi inaequabili minori capitis ſuperioris oſſis humeri: a pars carnea inſerta oſſi humeri infra tuber modo dictum.

b c d d e e f. b c e f Supinatores breves. c tendo, quo incipit. d d inſertio circum tuberculum radii, & e e radio infra tuberculum. f pars poſterior, inter ulnam & radium conſpicua.

g. g h i k k Pronatores quadrati. h ſuperficies tendinoſa. i ortus ab ulna. k k inſertio radio.

l m n o p q. l r Flexores breves pollicum manuum. m origo ab oſſe multangulo minore, n à capitato, o à cuneiformi. p cauda altera, extremo tendineo inſerta ſeſamoïdeo, quod ab indice remotius. q altera, extremo pariter tendineo inſerta & ſeſamoïdeo quod indici propius, & proximae parti oſſis primi pollicis. r aponeuroſis, quam Flexor brevis producit, quae ſe cum aponeuroſi ambiente capſam articuli pollicis cum metacarpo ſuo conjungit, unaque cum ea adjungit extremo communi tendinum Extenſorum pollicis; à quo extremo reſecta.

s t u. s u Adductores pollicum manuum. t origo ab oſſe metacarpi digiti medii. u extremum tendineum, oſſi primo pollicis inſertum.

v w Interoſſeus prior indicis, w extremo tendineo inſertus oſſi ejus primo.

x Interoſſeus poſterior indicis. y tendo ejus, qui accepta à tendine extenſorum indicis portione auctus, decurrit ad indicis os tertium.

z Interoſſeus prior digiti medii.

α Lumbricalis ſecundi tendo, truncatus.

β Tendo Lumbricali ſecundo & Interoſſeo priori digiti medii communis, qui tendo accepta à tendine Extenſoris communis, ad digitum medium pertinente, portione auctus, decurrit ad os tertium digiti illius medii.

γ Interoſſeus poſterior digiti medii. δ tendo ejus, qui accepta à tendine Extenſoris communis, ad digitum medium pertinente, portione auctus, decurrit ad os tertium digiti illius medii.

ε ζ Interoſſeus prior digiti annularis. ζ origo ab oſſe metacarpi digiti illius.

η Lumbricalis tertii tendo, truncatus.

θ Tendo Lumbricali tertio & Interoſſeo priori digiti annularis communis, qui tendo accepta ab Extenſoris communis tendine, ad digitum annularem pertinente, portione auctus, decurrit ad os tertium digiti illius annularis.

ι κ Interoſſeus poſterior digiti annularis. κ origo ab oſſe metacarpi hujus digiti. λ tendo ejus, qui accepta ab Extenſoris communis tendine, ad digitum annularem pertinente, portione auctus, decurrit ad os tertium digiti illius annularis.

μ ν Interoſſeus digiti auricularis. ν origo ejus ab oſſe metacarpi digiti illius.

ξ Tendo Lumbricalis quarti, truncatus.

ο Tendo Lumbricali quarto & Interoſſeo digiti auricularis communis, qui tendo accepta à tendine extenſorum digiti auricularis portione auctus, ad os tertium digiti illius decurrit.

Caeterum hac in Tabula, & in octava, exhibita quoque figura Rhinocerotis foeminae, quae ineunte hoc anno apud nos fuit, annos habens, ut cuſtodes ferebant, duos cum dimidio. Ob raritatem belluae putavi figuras ejus gratiores fore, quam alia quaecunque ornamenta ad arbitrium excogitata. Accuratae ſunt, juſtaeque magnitudinis ad rationem figurarum hominis, quae his iisdem Tabulis continentur.

© BIUM / R. Caussimon





J. Wandelaar ad ipsa corpora hominum delineavit idemque incidit.

Prostat Lugduni Batavorum apud J. & H. Verbeek, Bibliop. 1742.



© BIUM / R. Caussimon

Tabulae V.



© BIUM / R. Cauſſimon

# TABULAE ANATOMICAE QUINTAE
# MUSCULORUM HOMINIS
# EXPLANATIO.

Tabulae hujus figura eſt pars averſa illius, quae Tabula prima continetur. Exhibet quoque ſyntaxin totam Muſculorum primorum poſt integumenta communia vaginaſque tendinoſas: praetereaque ligamenta ad muſculos pertinentia, aureſque & ſcroti partem, nudaſque partes Sceleti.

*In capite, collo, dorſo, natibus, femoribus.*

a b c. a b c d d. e Epicranius. a b Occipitalis. a ejus principium tendineum. b pars carnea. c d d aponeuroſis inter Occipitalem & Frontalem intercedens. d d hic per eam Temporalis apparet, eminetque. e pars membranacea, qua Occipitales, eorumque aponeuroſes conjunctae inter ſe; oriens ſupra Cucullarium ab oſſe occipitis ortum.

f g Attollens auriculam. f ejus tendinoſum principium, quo ab Epicranio abſcedit. g pars carnea.

h Frontalis.

i Orbicularis palpebrarum.

k Anterior auriculae.

l Helicis minor.

m. n. o Tres Retrahentes auriculae.

p q Maſſeter. p portionis interioris pars poſterior, quae nuda à portione exteriore. q portio exterior.

r Zygomaticus major.

ſ Pterygoïdeus internus.

s Mylohyoïdeus.

t Latiſſimus colli.

u w. u w x Sternomaſtoïdeus cum Cleidomaſtoïdeo, conjuncti in unum. w extremum tendineum, x inſertum oſſi occipitis.

y. y Biventres cervicis, inſerti oſſi occipitis.

z. z Splenii capitis.

A Levator ſcapulae.

B C D E F G H H. B C D E F G H H Cucullares. B pars carnea. C D E F principium tendineum. C pars ejus ab oſſe occipitis oriens. D E F per hunc tractum cum pare ſui extrinſecus cohaeret, ſubtus oriens à ſpinis dorſi omnium, duarum inferiorum colli, ligamentoque cervicis. E principii plaga tendinea amplior juxta imam cervicem ſummumque dorſum. F ejuſdem alia in infimo angulo. G Extremi pars tendinea, qua ſpinae ſcapulae non longe à baſi inſertum. H H extremi pars tendinoſa, inſerta ſpinae ſcapulae & proceſſui ſuperiori.

I K. I K Infraſpinati. K ortus à baſi ſcapulae.

L. L Rhomboïdei majores, inſerti baſibus ſcapularum.

M. M Sacrolumbales.

N. N Teretes minores.

O. O Teretes majores.

P Q R R S T V. P Q R R S T V Latiſſimi dorſi. P pars carnea. Q latus tendo, quo incipit. R R ortus ejus à ſpinis vertebrarum lumborum, & oſſis ſacri. S ortus à proceſſibus obliquis, qui ſunt à latere hiatus oſſis ſacri. T cohaeſio cum Gluteo magno. V ortus à criſta ilium.

W X. W X Obliquorum externorum abdominis partes carneae, X X criſtis ilium inſertae.

Y Z. Y Z α Glutei medii. Z ortus ab oſſe ilium. α tendo.

β. β Tenſores vaginarum femorum.

γ δ δ. γ δ δ Glutei magni. δ δ hac parte oritur à criſta ilium & à ſacro, cohaeretque cum Latiſſimo dorſi.

ε Levator ani. Dextri quoque parva pars in latere dextro.

Inter ζ & η Transverſus perinaei.

η Sphincter ani externus.

θ. θ Adductores magni femorum.

ι κ. ι κ Graciles. κ tendo.

λ. λ Sartorii.

μ. μ Vaſti interni.

ν ν ξ ο. ν ν ξ ο Semimembranoſi. ξ tendinis ex carne ortus. ο tendo.

π ρ. π ρ Semitendinoſi. ρ tendo.

σ τ τ υ φ χ. σ τ τ υ φ χ Bicipites crurum. σ caput longius. τ τ caput brevius. υ φ χ tendo, υ primum oriens è ſuperficie carnis capitis longioris, acceſſione deinde brevioris auctus φ, χ extremoque inſertus capiti ſuperiori fibulae.

ψ ω. ψ ω Vaſti externi. ψ ſuperficies tendinoſa.

*In cruribus, pedibus extremis, humeris.*

Γ c. Γ c Plantares.

Δ. Δ Poplitei.

Θ l &c. Θ l &c. Peronei longi.

Λ Ξ Ξ Π Σ Σ Φ. Λ Ξ Ξ Π Σ Σ Φ Gemelli. Λ Ξ Ξ caput exterius. Ξ Ξ ſuperficies tendinoſa. Π Σ Σ caput interius. Σ Σ ſuperficies tendinoſa. Φ tendo.

Ψ Ω. Ψ Ω Tendines achillis, Ω. Ω inſerti calcaneis.

a a b. a a b Solei. b ſuperficies tendinoſa.

c. c Plantarium tendines.

d. d Tendines Tibialium poſticorum.

Inter tendines d & ψ in ſiniſtro pede, & d & tendinem Plantaris in dextro, tendines Flexorum longorum digitorum pedum.

e. e Ligamenta, quibus retinentur tendines juxta malleolos internos, qua ſecundum eos incedunt.

f. f Flexores longi pollicum pedum.

g h i i k. g h i k Peronei breves. h tendinis è carne ortus. i i tendo, k inſertus oſſi metatarſi quinto.

l m m m. l m m m Peronei longi. m m m tendo.

n. n Ligamenta, quibus tendines Peroneorum longorum & brevium retinentur ad malleolos externos.

o. o Ligamenta Peroneis brevibus propria.

p. p Ligamenta propria Peroneorum longorum.

q. q Ligamenta, quibus tendines in confinio crurum dorſorumque pedum retinentur.

r. r Tendines Extenſorum longorum digitorum pedum.

s. s Tendines Peroneorum tertiorum, inſerti oſſibus metatarſi digitorum minimorum.

t. t Extenſores breves digitorum pedum.

u w x y z. u w x y z Abductores digitorum minimorum pedum. u hac parte tectus aponeuroſi. w ortus à calcaneo. x aponeuroſis, qua intectus eſt, pars oſſi metatarſi digiti minimi inſerta. y tendo Abductoris, inſertus oſſi primo minimi. z aponeuroſis ad Extenſoris longi digitorum pedum tendinem illum accedens, qui digiti minimi eſt.

α β. α Flexores breves digitorum minimorum pedum. α pars, quae inſerta oſſi metatarſi minimi. β pars, quae oſſi primo minimi, extremo tendineo.

γ γ Tendo Flexoris longi pollicis pedis, inter oſſa ſeſamoïdea incedens.

δ Abductor pollicis pedis.

ε Flexor brevis digitorum pedis.

ζ η η θ ι κ λ μ ν. ζ η η θ ι κ λ μ Deltoïdei. ζ η η primi ordinis portionum, è quibus conſtat, ſecunda eademque poſterior, η η oriens à ſpina & proceſſu ſuperiore ſcapulae. θ ι ſecundi ordinis portio poſterior, ι oriens à proceſſu ſuperiore. κ λ primi ordinis portio quarta, λ oriens à cubito flectentis ſe proceſſus ſuperioris. μ ν ſecundi ordinis portio media, ν oriens à proceſſu ſuperiore.

ξ ο π ρ σ τ υ φ χ. ξ ο π ρ σ τ υ φ χ Tricipites brachiorum. ξ Brevis. ο Longus. π Brachialis externus. ρ tendo communis trium horum capitum. σ pars tendinea, quam Longus efficit & tendini communi adjungit. τ dextri brachii, pars tendinea, quam Brachialis externus efficit, adjungitque tendini communi: in ſiniſtro τ appoſita ad exortum partis illius è carne. υ pars tendinea è ſuperficie Brachialis externi oriens, & ad condylum humeri majorem pertinens. φ tendo communis olecrano inſertus. χ ejuſdem tendinis mucro tenuior, priori parti olecrani proximaeque ſpinae ulnae inſertus.

ψ. ψ Brachiales interni.

ω. ω Supinatores longi.

*In cubitis, manuque dextra.*

A B C D D D D. A B C Radiales externi longiores. B ortus à condylo minore humeri. C conjunctio ortuſque communis cum Extenſore communi digitorum & Ulnari externo. D D D D tendo, inſertus oſſi metacarpi indicis.

E. E Brachiales externi, orientes à radicibus condylorum minorum.

F G. F Anconei. G tendo, oriens à condylo minore humeri.

H. H I I I Radiales externi breviores. I I I tendo.

K. K Profundi, ab ulnis orientes.

L. L Palmares longi.

M. M N O P Q Sublimes. N portio ad digitum medium pertinens, O ad indicem, P ad annularem, Q auricularem.

R S T V. R S T V Ulnares interni. S T. principia, S alterum oriens à condylo majore humeri, cohaerensque cum capite tendineo communi muſculorum à condylo illo orientium: T alterum, ab olecrano oriens. V tendo, inſertus oſſi ſubrotundo carpi.

W X Y Y. W X Y Z Ulnares externi. X principium conjunctum cum principio Extenſoris communis digitorum. Y Z tendo, Z pertinens ad os quartum metacarpi manus. Inter tendinem Z & tendinem c in dorſo manus dextrae, tendo exilis ab hoc Ulnari externo ad digitum minimum pertinens.

a b c c. a b c c Extenſores proprii digitorum auricularium. b principium cum principio Extenſoris communis digitorum conjunctum. c c tendo; qua per dorſum manus decurrit, leviter fiſſus.

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM QUINTAE EXPLANATIO.

d. d e f f g h i k l m n o p p q r r s Extenſores communes digitorum manuum. e f f g h i k l m n o portio ad annularem pertinens, f f tendo, qui ad annularem decurrit, in progreſſu per dorſum manus inciſuras habens. g tendinis hujus ramus, qui ſe deinde findit in duos, quorum alter h adjungit ſe tendini c auricularis, non tamen ſemper inventus; alter i rurſus in duos ſe dividit, alteroque k pariter accedit ad tendinem c auricularis, altero (inter k & f inferius) ad truncum f tendinis annularis: l portio à tendine f abſcedens, accedenſque ad tendinem c auricularis: m portio tendinea, qua truncus tendinis f ad annularem decurrentis cum tendine c auricularis conjunctus ad initia digitorum; quae portio fit ex portionibus k & l, & infra hanc aponeuroſi à tendine f abſcedente, confluentibus in unum. n ramus, adjungens ſe tendini p digiti medii, non ſemper inventus. o portio tendinea, qua truncus tendinis f ad annularem decurrentis, cum tendine p medii juxta digitorum radices conjunctus; fitque haec portio ex tendine n confluente cum aponeuroſi, quae à trunco f tendinis annularis juxta radicem digiti illius abſcedit. p p tendo ad digitum medium, in quo inciſura, qua per manum incedit. q r r portio ad indicem pertinens, r r tendo. s aponeuroſis, quae à tendine p medii orta, ad tendinem r indicis accedit, eoſque juxta digitorum initia connectit inter ſe.

t Tendo Indicatoris.

u Tendo per indicem deinde procedens, factus ex tendine t Indicatoris cum tendine r Extenſoris communis qui ad indicem pertinet, confluente in unum communem.

v. w. x. y. z. z. z. z Tendines Extenſorum digitorum, qua per digitos incedunt, conjuncti cum tendinibus & aponeuroſibus Interoſſeorum, Lumbricalium, &c. v indicis, factus ex tendine t Indicatoris conjuncto cum tendine r ab Extenſore communi. w medii, x annularis; qui duo ſunt Extenſoris communis. y auricularis, qui fit ex tendine c Extenſoris auricularis proprii, conjuncto cum portionibus h & k l m ab Extenſore communi accedentibus, portioneque ab Ulnari externo. z. z. z. z extrema horum tendinum, inſerta oſſibus ſecundi ordinis.

α Aponeuroſis, quae à capſa articuli digiti hujus cum metacarpo ſuo, pertinet ad tendinem extenſorem y.

β γ Abductor digiti auricularis. γ tendo.

δ ε Communis tendo Abductoris Flexoriſque parvi digiti minimi manus, δ conjunctus cum tendine y, acceptaque ab eodem portione auctus, ε decurrens ad os tertium.

ζ Aponeuroſis, quae accedit ad tendinem y, ſuperiore parte ſui veniens è capſa articuli hujus digiti cum metacarpo, inferiore producta à tendine η Interoſſei auricularis, cum quo tendine conjunctus tendo Lumbricalis quarti.

η Tendo Interoſſei auricularis, cui ſe adjungit tendo Lumbricalis quarti.

θ ι Tendo qui Interoſſeo auricularis & Lumbricali quarto communis, θ conjunctus cum tendine y, acceptaque ab eo portione auctus, ι decurrens ad os tertium.

κ Commune extremum, in quod ſe conjungunt tendines ε. ι, pertinens ad os tertium.

λ Aponeuroſis, quae accedit ad tendinem x, ſuperiore parte ſui veniens è capſa articuli hujus digiti cum metacarpo: inferiore producta à tendine ν Interoſſei poſterioris digiti annularis.

μ μ ν ξ ο Interoſſeus poſterior digiti annularis. ν tendo, qui ſe deinde ξ conjungit cum tendine x, acceptaque ab eo portione auctus, ο decurrit ad os tertium.

π Aponeuroſis, quae accedit ad tendinem x, ſuperiore parte ſui veniens è capſa articuli hujus digiti cum metacarpo: inferiore producta à tendine ρ Interoſſei prioris digiti annularis, cum quo tendine conjunctus tendo Lumbricalis tertii.

ρ Tendo Interoſſei prioris digiti annularis, cui ſe adjungit tendo Lumbricalis tertii.

σ τ Tendo, qui Interoſſeo priori annularis & Lumbricali tertio communis, σ conjunctus cum tendine x, acceptaque ab eo portione auctus, τ decurrens ad os tertium.

υ Commune extremum, in quod ſe conjungunt tendines ο. τ, pertinens ad os tertium.

Φ Aponeuroſis, quae accedit ad tendinem w, ſuperiore parte ſui veniens è capſa articuli hujus digiti cum metacarpo ſuo: inferiore producta à tendine Ψ Interoſſei poſterioris digiti hujus medii.

χ Ψ ω Γ Interoſſeus poſterior digiti medii. Ψ tendo, qui ſe deinde ω conjungit cum tendine w, acceptaque ab eo portione auctus, Γ decurrit ad os tertium.

Δ Aponeuroſis, quae accedit ad tendinem w, ſuperiore parte ſui veniens è capſa articuli digiti hujus cum metacarpo ſuo: inferiore producta à tendine Ξ Interoſſei prioris digiti hujus medii, cum quo tendine conjunctus tendo Lumbricalis ſecundi.

Θ Θ Θ Λ Ξ Interoſſeus prior digiti medii. Θ Θ Θ Λ capita, orientia, Θ Θ Θ ab oſſe metacarpi indicis, Λ à medii. Ξ tendo, cum quo conjunctus tendo Lumbricalis ſecundi.

Π Σ Tendo, qui Interoſſeo priori digiti medii communis cum Lumbricali ſecundo, Π conjunctus cum tendine w, acceptaque ab eo portione auctus, Σ decurrens ad os tertium.

Φ Commune extremum, in quod ſe conjungunt tendines Γ. Σ, pertinens ad os tertium.

Ψ Aponeuroſis, quae accedit ad tendinem v, ſuperiore parte ſui veniens è capſa articuli hujus cum metacarpo ſuo: inferiore producta à tendine 2 Interoſſei poſterioris digiti hujus indicis.

1. 2. 3. 4 Interoſſeus poſterior indicis. 2 tendo, qui ſe deinde 3 conjungit cum tendine v, acceptaque ab eo portione auctus, 4 decurrit ad os tertium.

5. 6 Aponeuroſis, quae accedit ad tendinem v, ſuperiore parte ſui 5 producta ab Abductore indicis, inferiore 6 à Lumbricali primo.

7 Lumbricalis primi tendo, qui ſe deinde 8 conjungit cum tendine v, acceptaque ab eo portione auctus, 9 decurrit ad os tertium.

10 Commune extremum, in quod ſe conjungunt tendines 4. 9, pertinens ad os tertium.

11 Interoſſeus prior indicis.

12 Abductor indicis.

13 Tendo Extenſoris majoris pollicis manus.

14. 15 Ligamentum, quod coercet tendinem Ulnaris externi, oriens à radio inter Ulnarem illum & Extenſorem auricularis, deſinens ad tendinem Ulnaris interni, 15 hac parte conjunctum cum ligamento 16.

16. 17. 18. 19 Ligamentum armillare exterius. ortus, 17 ab oſſe ſubrotundo, 18 triquetro, 19 eminentia radii, quae ſinum, per quem tendines Radialium externorum incedunt, à priori parte terminat.

20 Ligamentum, quo continentur tendines Abductoris longi & Extenſoris minoris pollicis manus, una parte oriens ab eminentia radii, à qua & ligamentum 16.

21. 22. 23. 23 Abductor longus pollicis manus. 22 tendo partis ſuperioris. 23. 23 tendo partis inferioris.

24. 25 Extenſor minor pollicis manus. 25 tendo.

26 Commune extremum, in quod confluunt tendines 13 Extenſoris majoris pollicis, & 25 minoris, pertinens ad os tertium.

27. 28 Aponeuroſis, quae ſe adjungit extremo communi 26 tendinum Extenſorum pollicis: cujus aponeuroſis pars 27 ambit capſam articuli pollicis cum metacarpo ſuo, innexaque capſae illi; pars 28 procedit à Flexoris pollicis brevis cauda poſteriore.

Inter 27 & 29 Cauda poſterior Flexoris brevis pollicis manus.

29. 30 Adductor pollicis manus. 30 extremum tendineum, inſertum oſſi primo pollicis.

α β Ligamentum armillare exterius, β inſertum oſſi ſubrotundo, & continuatum ligamento γ δ. In extrema parte cubiti ſiniſtri, manuque ſiniſtra.

γ δ Ligamentum, quod continet tendinem Ulnaris externi, δ deſinens ad tendinem Ulnaris interni.

ε Pronator quadratus.

ζ Ligamentum, quod cum ſinu carpi canalem efficit, quo coercentur tendines qui à cubito ad manum procedunt, Sublimis, Profundi, Flexoris longi pollicis.

η Tendinis Abductoris longi pollicis manus portio, quam dat Abductori brevi.

θ ι κ Abductor brevis pollicis manus. ι hic partem accipit ab aponeuroſi Palmaris longi. κ extremum tendineum, una cum aponeuroſi, quam dat tendini Extenſorum pollicis.

λ Pollicis manus Flexoris brevis pars, quae pro Abductore ejus brevi altero haberi poteſt: extremo tendineo inſerta oſſi primo pollicis.

μ Duo ligamenta, quibus coërcetur tendo Flexoris longi pollicis: alterum ſuperius ad locum articuli pollicis cum metacarpo ſuo: alterum mox infra ſuperius, oſſis primi marginibus affixum, primo ſimplex, dein fiſſum in cornua duo.

ν ν Tendo Flexoris longi pollicis manus, inſertus oſſi ultimo pollicis.

ξ Cauda poſterior Flexoris brevis pollicis manus, inſerta oſſi primo, & ſeſamoïdeo poſteriori.

ο Lumbricalis primus.

π Adductor pollicis manus.

ρ Aponeuroſis Palmaris longi.

σ σ Palmaris brevis.

τ υ Φ Abductor digiti minimi manus. υ Φ ortus, υ ab oſſe ſubrotundo, Φ à ligamento carpi interiore.

χ Flexor parvus digiti minimi manus.

Ψ Tendo communis Flexori parvo digiti minimi manus cum Abductore ejuſdem, adjunctus tendini extenſori digiti illius.

ω Tendinis extenſoris digiti minimi extremum ad os ſecundum pertinens.

Γ Tendo ad os tertium decurrens, factus ex tendine Ψ, accedenteque ad eum portione tendinis extenſoris minimi.

Δ. Δ Tendines iidem qui ο τ υ, 4. 9. 10, in manu dextra.

Θ Ligamentum, quo coercetur tendo Sublimis & Profundi, qua ſecundum os primi ordinis incedunt.

Λ Tria ligamenta, quibus coercentur tendines Sublimis & Profundi, circa articulum digiti cum metacarpo. Litteram ſoli medio inſcripſi, cui ab utraque parte unum adſtat.

Ξ Sublimis & Profundi tendines.

Π Tendo Profundi cum cornu uno Sublimis.

Σ Tendo Profundi.

Eadem, Θ Λ. Ξ. Π. Σ in reliquis digitis indicata.

© BIUM / R. Caussimon









© BIUM / R. Caussimon

TABULAE VI.



© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE ANATOMICAE SEXTAE
# MUSCULORUM HOMINIS
# EXPLANATIO.

SEcundum ab hac parte ordinem Muſculorum hac figura expreſſi, una cum aliquot ligamentis, Sceletique partibus nudis, & parte ſcroti. Reſpondet figurae Tabulae ſecundae, cujus eſt facies poſterior: à qua tamen figura hoc differt, quod Sternomaſtoïdei una cum Cleidomaſtoïdeis in hac remoti ſint; quos nempe Tabula quinta ſatis jam ab hac parte exhibui.

Eorum, quae in Tabula proxime ſuperiore exſtant, remota haec: à capite Epicranius, Attollens auriculam, Anterior, & tres Retrahentes auriculae, auricula, Orbicularis palpebrarum, Zygomaticus major, Latiſſimus colli. A collo, dorſo, lumbis, Sternomaſtoïdei cum Cleidomaſtoïdeis, Cucullares, Latiſſimi dorſi, Obliqui externi abdominis: praeterea à dorſi parte ſiniſtra Rhomboïdeus minor & major. A coxis & natibus Glutei magni. A femoribus Sartorii. A cruribus Gemelli. A pedibus extremis ligamenta quibus tendines juxta malleolos internos retinentur, ligamenta quibus tendines Peroneorum longorum & brevium retinentur ad malleolos externos, ligamenta Peroneis brevibus propria, ligamenta Peroneis longis propria, ligamenta quibus tendines in confinio crurum dorſorumque pedum retinentur, Abductores digitorum minimorum pedum, aponeuroſes ad Extenſorum longorum digitorum pedum tendines illos accedentes, qui digitorum minimorum ſunt. Ab humeris Deltoïdei. A cubitis manuumque principiis Supinatores longi, Extenſores communes digitorum manuum, Extenſores proprii digitorum auricularium, Ulnares externi, Palmares longi, ligamenta armillaria exteriora, ligamenta quae coercent tendines Ulnarium externorum. Praeterea ab extrema parte cubiti dextri ligamentum quo continentur tendines Abductoris longi & Extenſoris minoris pollicis. Praetereaque à manu ſiniſtra Palmaris brevis, Abductor brevis pollicis, ligamenta quibus coercetur tendo Flexoris longi pollicis, ligamenta quibus coercentur tendines Sublimis & Profundi circa articulos digitorum cum metacarpo, & quibus ad oſſa prima digitorum.

*In capite, cervice, dorſo.*

A B B B C D Temporalis. B B B C primum originis initium, B B B ab eminentia oſſis verticis, C mammillaris. D tendo.

E F G H Maſſeter. E F portio exterior, F extremum, maxillae inſertum. G H portionis interioris pars poſterior, quae nuda à portione exteriore; H ortus ejus à proceſſu zygomatico oſſis temporis, & ab oſſe jugali.

I Pterygoïdeus internus, maxillae inſertus.

K Mylohyoïdeus, à maxilla oriens.

L Biventris maxillae venter primus.

M N. M N Biventres cervicis. N extremum tendineum oſſi occipitis inſertum.

Mox infra O Interſpinales colli duo, qui inter ſpinam colli ſextae & quintae.

P Q R S. P Q R S Splenii capitis. Q principium, à ligamento cervicis oriens. R S extremum tendinoſum, inſertum R oſſi occipitis, S oſſi mammillari & proceſſui mammillari.

T. T U V Splenii colli. U. V principia, quorum alterum U oritur à ſpina vertebrae decimae dorſi, V alterum à nonae.

W. W Trachelomaſtoïdei.

X. X Longiſſimorum dorſi portiones ad collum excurrentes.

Y. Y Transverſales cervicis.

Z a. Z a Levatores ſcapularum. a principium à ſcapula oriens.

æ b. æ b c d e f g h i k l Serrati poſtici ſuperiores. æ pars tendinea, b carnea. c d e f origo, c à ligamento cervicis, d ſpina imae vertebrae colli, e ſummae dorſi, f undecimae dorſi. g. h. i. k l quatuor extrema, quorum g pertinet ad coſtam ſecundam, h ad tertiam, i ad quartam, k l ad quintam, hac l parte inſertum quintae.

m n o Rhomboïdeus minor. n principium tendineum, oriens à ligamento cervicis. o extremum ſcapulae inſertum. Siniſter remotus.

p p q r s t u v w x x Rhomboïdeus major. p p principium tendineum. q pars carnea. r s t u v origo à ſpinis vertebrarum, r colli imae, s dorſi duodecimae, t undecimae, u decimae, v nonae. w hac parte ſe ſecundum baſem ſcapulae curvat, non inſerit. x x hac inſerit. Siniſter remotus.

y Biventer cervicis.

z Semiſpinalis dorſi.

α β γ δ ε ζ η θ ι. α β γ δ ε ζ η θ ι Spinales dorſi. β cauda, qua pertinet ad ſpinam vertebrae dorſi undecimae: γ qua ad decimae: δ qua ad nonae: ε qua ad octavae: ζ qua ad ſeptimae: η qua ad ſextae: θ qua ad quintae. ι caput, quo oritur à ſpina tertiae.

κ λ. κ λ Longiſſimi dorſi. λ pars tendinea.

μ ν ξ ο π ρ σ ς τ υ. μ ν ξ ο π ρ σ ς τ Sacrolumbales. μ pars carnea. ν cauda tendinea, quae pertinet ad coſtam nonam: ξ quae ad octavam: ο quae ad ſeptimam: π quae ad ſextam: ρ quae ad quintam: σ quae ad quartam: ς quae ad tertiam: τ quae ad ſecundam: υ quae ad primam.

Φ. Χ. Ψ. ω. Γ. Δ Δ. Θ. Λ: ω. Γ. Δ Δ. Θ. Λ Intercoſtales externi. Φ quartus cum Levatore coſtae quintae, Χ quintus, Ψ ſextus, ω ſeptimus, Γ octavus, Δ Δ nonus, Θ decimus, Λ undecimus.

Ξ. Ξ Intercoſtales interni undecimi.

*In latere thoracis, & inferiore trunci parte.*

Π Σ Φ Ψ Ω A B. Π Σ Φ Ψ Ω A B Serrati magni. Σ caput, quod oritur à coſta quinta: Φ quod à ſexta: Ψ quod à ſeptima: Ω quod ab octava: A quod à nona: B quod à decima.

C D E E F G G H I K L. C D E E F G G H I K L Serrati poſtici inferiores. C pars tendinea. D F H K pars carnea. D extremum primum, E E inſertum coſtae nonae. F ſecundum, G G inſertum decimae. H tertium, I inſertum undecimae. K quartum, L inſertum duodecimae.

M N O O P Q R S T. M N O O P Q S T Obliqui interni abdominis. M pars carnea. N pars tendinea. O O principium tendineum, oriens à criſta ilium. P Q extremum inſertum coſtae duodecimae, P parti oſſeae, Q cartilagineae. R S extremum inſertum coſtae undecimae, R parti oſſeae, S cartilagineae. T extremum, quod ad coſtam decimam pertinet.

U V W X Y Z a b b b. U V W X Y Z a b b b Lati tendines, quibus Latiſſimi dorſi incipiunt. V W ortus ejus à ſpinis vertebrarum dorſi duarum inferiorum, omniumque lumborum & oſſis ſacri. X Y ortus à proceſſibus duobus obliquis, qui ſunt à latere hiatus, in quem canalis oſſis ſacri ab inferiore parte exit. Y Z hac parte cohaerebat cum Gluteo magno. a ortus à criſta ilium. b b b hinc reſciſſus latus ille tendo, ubi ſubtus non amplius cohaeret cum lato tendine, quo incipiunt Serratus poſticus inferior & Obliquus internus abdominis.

c. c Multifidi ſpinae.

d. d Coccygei.

e. e Levatores ani.

f Sphincter externus ani.

g. g Transverſi alteri perinaei, orientes ab oſſibus pubis.

h. h Transverſi perinaei, orientes ab iſchiorum tuberibus.

i k k k l. i k k k l Glutei medii: in quibus veſtigia à magnis impreſſa: confer Tab. V. k k k origo ab oſſe ilium. l tendo, trochanteri majori inſertus.

m Pſoas magnus.

n o p. n o p Pyriformes. o ortus ab oſſe ilium. p tendo.

q r. q r Geminorum ſuperiores. r tendineum extremum.

s t u. s t u Geminorum inferiores. t ortus ab iſchii tubere. u extremum tendineum.

v v. v v Obturatores externi.

w w x y. w x x y Obturatores interni. w pars in pelvi ſita; cujus ibi x origo à priore parte ambitus foraminis magni oſſis coxarum. y pars quae per dorſum ilium inter Geminos incedit.

*In femoribus, cruribus, & pedibus extremis.*

z α α. z α α Quadrati femorum. α α extremum oſſi femoris inſertum.

β γ δ δ. β γ δ δ Vaſti externi. γ pars tendinoſa. δ δ ortus ab oſſe femoris.

ε ε ζ ζ η ϑ ϑ. ε ε ζ η ϑ ϑ Adductores magni femorum. ζ ζ origo ab iſchii tubere. η principii pars tendinoſa. ϑ ϑ pars extremi, oſſi femoris inſerta.

θ ι κ λ λ μ ν ξ. θ ι κ λ λ μ ν ξ Bicipites crurum. θ ι κ caput longius. ι κ tendo, quo incipit, oriturque κ à dorſo tuberis iſchii, à principio conjunctus cum principio Semitendinoſi. λ λ caput brevius. μ ν ξ tendo communis, in quem deſinunt duo capita; μ oriens primum è ſuperficie carnis capitis longioris, ν auctus deinde acceſſione capitis brevioris, ξ poſteaque brevi extremo pertinens ad caput ſuperius fibulae.

ο π ρ σ ς. ο π ρ σ ς Semitendinoſi. π principii pars tendinea, ρ oriens à dorſo tuberis iſchii, & deinde conjuncta cum principio tendineo capitis longioris Bicipitis cruris, à quo principio abſcedit. σ carneae principii partis, quae aliis tendinea, ortus à dorſo tuberis iſchii. ς tendo.

ς τ. ς τ Graciles. τ tendo.

υ. υ Vaſti interni.

Φ Φ Χ Ψ ω Γ. Φ Φ Χ Ψ ω Γ Semimembranoſi. Χ tendinis ex carne ortus. Ψ tendo. ω pars tendinis inſignior, inſerta eminentiae obliquae & inaequabili, quae eſt infra poſteriorem partem radicis capitis ſuperioris tibiae, qua illud condylum interiorem femoris ſuſtinet. Γ portio tenuior, quam tendo emittit, pertinens ad marginem internum tibiae.

Δ. Δ Gemellorum crurum capita interiora, Θ. Θ exteriora, reciſa.

Λ Λ Ξ Π. Λ Ξ Π Poplitei. Ξ tendo, quo incipit. Π ſuperficies tendinoſa.

Σ Φ. Σ Φ Plantares. Φ tendo.

Ψ Ψ Ω Ω Ω A B B. Ψ Ψ Ω Ω Ω A B B Solei. Ω Ω Ω ſuperficies tendinoſa, qua tendo in poſteriore parte incipit. A ortus à capite ſuperiore fibulae. B B nota inciſurae ſimilis, ubi intus in carne pars tendinea, carnem illam ſepti tendinei modo diſtinguens.

C. C Reſciſſi Gemellorum tendines.

D E. D E Tendines achillis, E. E inſerti calcaneis.

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM SEXTAE EXPLANATIO.

F. F Tendines Flexorum longorum digitorum pedum.

G. G Tendines Tibialium poſticorum.

H. H Flexores longi pollicum pedum.

I K L M. I K L M Peronei breves. K tendinis ortus ex carne. L tendo, M inſertus oſſi metatarſi digiti minimi.

N N O P Q R S T. N N O P Q R S T Peronei longi. O ortus à radice capitis ſuperioris fibulae. P tendinis ex carne ortus. Q R S T tendo. R. S. T nodi, R unus, qua ſe ad malleolum externum inflectit; S alter, qua ad eminentiam calcanei; T tertius, qua ad os cubiforme.

U. U Tendines Extenſorum longorum digitorum pedum.

V. V Tendines Peroneorum tertiorum, inſerti oſſibus metatarſi digitorum minimorum.

W. W Extenſores breves digitorum pedum.

Infra X Caput ad Flexorem longum digitorum pedum in planta accedens.

Y. Y Flexores breves digitorum pedum. Siniſtri quatuor caudae apparent.

In pedibus extremis. Z. Z α β γ Flexores breves digitorum minimorum pedum, orientes ab oſſibus metatarſi digitorum illorum. α pars adnexa oſſi metatarſi digiti minimi. β γ pars pertinens ad os primum digiti illius, γ extremo tendineo.

δ. δ Flexorum brevium digitorum pedum tendines una cum tendinibus Flexorum longorum, ad digitos minimos pertinentes.

ε ε Tendo Flexoris longi pollicis pedis, inter oſſa ſeſamoïdea incedens.

Circa humeros, in ſcapulis, brachiis. ζ Serratus magnus.

η. η Coracohyoïdei.

θ Subclavius.

ι κ. ι κ λ Supraſpinati. κ origo à ſcapula. λ extremum tendineum, inſertum tuberi inaequabili majori capitis ſuperioris oſſis humeri.

μ ν ξ ο π ρ σ ς ς. μ ν ξ ο π ρ σ ς ς Infraſpinati. ν ξ origo à baſi ſcapulae, ξ ο à ſpina. π tendo, ubi primum incipit apparere. ρ. σ portiones carneae ad tendinem illum accedentes: ρ ſuperior, quae à ſpina procedit; σ inferior, quae ab angulo inferiore. ς extremum tendineum, ς inſertum tuberi inaequabili majori capitis ſuperioris oſſis humeri.

τ υ φ χ. τ υ φ χ Teretes minores. υ tendo oſſi humeri inſertus. φ. χ portiones carneae cum tendine inſertae, φ altera à parte ſuperiore, χ altera ab inferiore. Inſertus tuberi inaequabili majori capitis ſuperioris oſſis humeri, finitimaeque parti cervicis.

ψ ψ. ψ ψ Teretes majores.

ω A B B C D E F G H I K L L M N N. ω A B B C D E F G H I K L L M N N Tricipites brachiorum. ω A B B Brevis, cujus ſuperiori parti ſinus à Deltoïde impreſſus: confer Tab. V. A pars tendinoſa; B B origo ab oſſe humeri. C D Longus, cujus ſuperiori parti ſinus impreſſus à Deltoïde: confer Tab. V. D pars tendinoſa. E Brachialis externus. F tendo communis trium horum capitum. G pars tendinea, quam Longus efficit, adjungitque tendini communi. H pars tendinea, quam Brachialis externus efficit, & tendini communi adjungit. I pars tendinea, quae è ſuperficie Brachialis externi oriens, ad condylum humeri majorem pertinet. K tendo communis olecrano inſertus. L L hinc reſciſſus tendinis hujus mucro tenuior, quem priori parti olecrani proximaeque ſpinae ulnae inſerit. M N N Brachialis externi pars, quae N N à radice condyli minoris, & ſupra eum à margine oſſis humeri oritur.

O. O Bicipites brachiorum.

P. P Brachiales interni.

Q R S. Q R S T T U Radiales externi longiores. R ortus à condylo minore, & ſupra eum à margine humeri. S hac parte conjunctus fuerat cum Extenſore communi digitorum manus & Ulnari interno. T T U tendo, U inſertus oſſi metacarpi indicis.

V. V W W X Radiales externi breviores. W W tendo, X inſertus oſſi metacarpi digiti medii, & indicis.

Y Z Γ Γ. Y Z Γ Γ Anconei. Z tendo, oriens à condylo minore humeri. Γ Γ extremum, inſertum priori parti olecrani, marginique ulnae infra partem illam olecrani.

Δ. Δ Θ Supinatores breves. Θ tendineum principium, oriens à condylo minore oſſis humeri.

Λ. Λ Ξ Π Σ Φ Φ Abductores longi pollicum manuum. Ξ pars ab ulna oriens, Π pars, à radio. Σ tendo partis ſuperioris. Φ Φ tendo inferioris.

Ψ. Ψ Ω Extenſores minores pollicum manuum. Ω tendo.

a b. a b c Extenſores majores pollicum manuum. b ortus ab ulna. c tendo.

d e Commune extremum, in quod confluunt tendines c Extenſoris majoris pollicis, & Ω minoris; inſertum e oſſi tertio pollicis.

f g. f g h Indicatores. g ortus ab ulna. h tendo.

i k k. i k k Profundi. k k ortus ab ulna.

l m n o p q. l m n o p q Ulnares interni. m principium oriens à condylo majore humeri, & cohaerens cum capite tendineo communi muſculorum, qui à condylo illo oriuntur. n principium oriens ab olecrano. n o p pars lata, n o à vagina tendinea cubiti abſcedens, & p oriens quoque ab ulna. q tendo, oſſi ſubrotundo inſertus.

r Pronator quadratus.

In manu ſiniſtra. s. s t u v w x y z α Sublimes. t portio, quae ad digitum medium pertinet; u quae ad indicem, v quae ad annularem, w quae ad auricularem. x y z α tendines, x indicis, y medii, z annularis, α auricularis.

β. γ. δ. ε Lumbricales manus, β indicis, γ medii, δ annularis, ε auricularis.

ζ η Flexor parvus digiti minimi manus. η ortus à ligamento carpi interiore.

θ ι κ Abductor digiti minimi manus. ι κ ortus, ι ab oſſe carpi ſubrotundo, κ à ligamento carpi interiore.

λ Tendo communis Flexori parvo digiti minimi manus, cum Abductore ejuſdem, adjunctus tendini extenſori digiti illius.

μ Tendinis extenſoris digiti minimi extremum ad os ſecundum pertinens.

ν Tendo ad os tertium decurrens, factus ex tendine λ, & accedente ad eum portione tendinis extenſoris minimi.

ξ. ξ Tendines iidem, qui ς χ ψ. t x y in manu dextra.

ο. ο Profundi tendines.

π Ligamentum, quod cum ſinu carpi canalem efficit, quo tendines coercentur, qui à cubito ad manum procedunt, Sublimis, Profundi, Flexoris longi pollicis.

ρ σ ς Opponens pollicis manus. σ ortus à ligamento carpi interiore. ς extremum oſſi metacarpi pollicis inſertum.

τ υ φ Flexoris brevis pollicis manus pars, quae pro Abductore pollicis brevi altero haberi poteſt. υ ortus à ligamento carpi interiore. φ extremum tendineum, oſſi primo pollicis inſertum.

χ ψ Flexoris brevis pollicis manus cauda poſterior, ψ inſerta oſſi primo pollicis & ſeſamoïdeo poſteriori.

ω Adductor pollicis manus.

Γ Δ Tendo Flexoris longi pollicis manus, veluti in duos fiſſus, Δ inſertus oſſi ultimo pollicis.

α. β. γ. δ Tendines Extenſorum digitorum, qua per digitos incedunt, conjuncti cum tendinibus & aponeuroſibus Interoſſeorum, Lumbricalium, &c. Ad radices digitorum truncati ſunt, praeter indicis, cujus tantum truncatus tendo, quem habet ab Extenſore communi digitorum. ε. ε. ε. ε horum tendinum extrema, quae oſſibus ſecundi ordinis inſerta. In manu dextra.

ζ η Abductor digiti minimi manus. η tendo.

θ Communis tendo Abductoris Flexoriſque parvi digiti minimi manus, conjunctus cum tendine α, acceptaque ab eo portione auctus, ι decurrens ad os tertium digiti minimi.

κ Aponeuroſis, quae à capſa articuli digiti hujus cum ſuo metacarpi oſſe, pertinet ad tendinem α.

λ Interoſſei auricularis tendo, cui ſe adjungit tendo Lumbricalis quarti.

μ Tendo, qui Interoſſeo auricularis & Lumbricali quarto communis, conjunctus cum tendine α, acceptaque ab eo portione auctus, ν decurrens ad os tertium.

ξ Commune extremum tendinum ι. ν, pertinens ad os tertium.

ο Aponeuroſis, quae ad tendinem α accedit, ſuperiore parte ſui veniens è capſa articuli hujus digiti cum ſuo metacarpo: inferiore producta à tendine λ Interoſſei auricularis, cum quo tendine conjunctus tendo Lumbricalis quarti.

π ρ σ Interoſſeus poſterior digiti annularis. π caput alterum, oriens ab oſſe metacarpi digiti minimi. ρ alterum, ab annularis. σ tendo, qui ſe deinde ς conjungit cum tendine β, acceptaque ab eo portione auctus, ς decurrit ad os tertium.

τ Aponeuroſis, quae accedit ad tendinem β, ſuperiore parte ſui veniens è capſa articuli hujus digiti cum metacarpo; inferiore producta à tendine σ Interoſſei poſterioris annularis.

υ Tendo Interoſſei prioris digiti annularis, cui ſe adjungit tendo Lumbricalis tertii.

φ Tendo, qui communis Interoſſeo priori annularis & Lumbricali tertio, conjunctus cum tendine β, acceptaque ab eo portione auctus, χ decurrens ad os tertium.

ψ Commune extremum tendinum ς. χ, pertinens ad os tertium.

ω Aponeuroſis, quae accedit ad tendinem β, ſuperiore parte ſui veniens è capſa articuli hujus digiti cum metacarpo: inferiore producta à tendine υ Interoſſei prioris digiti annularis, cum quo tendine conjunctus tendo Lumbricalis tertii.

a b c Interoſſeus poſterior digiti medii. a caput alterum, oriens ab oſſe metacarpi annularis: b alterum, à medii. c tendo, qui ſe deinde f conjungit cum tendine γ, acceptaque ab eo portione auctus, g decurrit ad os tertium.

h Aponeuroſis, quae accedit ad tendinem γ, ſuperiore parte ſui veniens è capſa articuli digiti hujus medii cum metacarpo: inferiore producta à tendine c Interoſſei poſterioris digiti hujus medii.

i i k k l Interoſſeus prior digiti medii. i i caput alterum, oriens ab oſſe metacarpi medii: k k alterum, ab indicis. l tendo, cum quo ſe conjungit Lumbricalis ſecundi tendo.

m Tendo, qui communis Interoſſeo priori digiti medii cum Lumbricali ſecundo, conjunctus cum tendine γ, acceptaque ab eo portione auctus, n decurrens ad os tertium.

o Commune extremum tendinum g. n, pertinens ad os tertium.

p Aponeuroſis, quae accedit ad tendinem γ, ſuperiore parte ſui veniens è capſa articuli digiti hujus medii cum metacarpo: inferiore producta à tendine l Interoſſei prioris digiti hujus medii, cum quo tendine conjunctus tendo Lumbricalis ſecundi.

q r Interoſſeus poſterior indicis. r tendo, qui ſe deinde s conjungit cum tendine δ, acceptaque ab eo portione auctus, t decurrit ad os tertium.

u Aponeuroſis, quae accedit ad tendinem δ, ſuperiore parte ſui veniens è capſa articuli digiti hujus indicis cum metacarpo: inferiore producta à tendine r Interoſſei poſterioris digiti hujus indicis.

v Tendo Lumbricalis primi, qui ſe deinde w conjungit cum tendine δ, acceptaque ab eo portione auctus, x decurrit ad os tertium.

y Commune extremum, in quod ſe conjungunt tendines t. x, pertinens ad os tertium.

z 1 Aponeuroſis, quae accedit ad tendinem δ, ſuperiore parte ſui z producta ab Abductore indicis; inferiore 1 à Lumbricali primo.

2 Interoſſeus prior indicis.

3 Abductor indicis.

4. 5 Aponeuroſis, quae ſe adjungit extremo communi d tendinum Extenſorum pollicis. Ejus pars 4 ambit capſam articuli pollicis cum metacarpo ſuo, innexaque capſae illi: pars 5 procedit à cauda poſteriore Flexoris brevis pollicis manus.

6 Cauda poſterior Flexoris brevis pollicis manus.

7. 8 Adductor pollicis manus, 8 extremo tendineo inſertus oſſi ejus primo.

© BIUM / R. Caussimon





*J. Wandelaar ad ipſa corpora hominum delineavit idemque incidit.* *Proſtat Leidae Batavorum apud J. & H. Verbeek, Bibliop. 1742.*





© BIUM / R. Caussimon





© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE ANATOMICAE SEPTIMAE
# MUSCULORUM HOMINIS
# EXPLANATIO.

TErtius ab hac parte Muſculorum ordo ſequitur, una cum aliquot ligamentis, Sceletique partibus nudis; remotis ſcilicet pleriſque partibus primis figurae proxime ſuperioris. Haec figura reſpondet figurae Tabulae tertiae, ejuſque poſterior facies eſt, his differens; primum, quod Sphincter ani externus in hac remotus ſit, ut qui Tabula ſexta ſatis jam exhibitus: deinde, quod in hujus manu dextra, contra quam in Tabula tertia, exhibitus ſit tendo Abductoris digiti minimi, itemque communis Abductori illi cum Flexore parvo; ne hac parte deminueretur ſyntaxis tendinea per dorſum digiti minimi porrecta.

Remota haec, à capite Temporalis, Maſſeter, Biventer maxillae. A cervice, dorſo, lumbis, Splenii capitis & colli, Levatores ſcapularum, Rhomboïdei minores & majores, Serrati poſtici ſuperiores, Serrati magni, Serrati poſtici inferiores & Obliqui interni abdominis una cum latis tendinibus quibus Latiſſimi dorſi incipiunt. A coxis & natium locis, Glutei medii, Pyriformes, Geminorum ſuperiores & inferiores, Quadrati femorum, Coccygei, Levatores ani, Transverſi perinaei, Transverſi perinaei alteri, Sphincter ani externus. Teſtes. A femoribus Semitendinoſi, Bicipitum crurum capita longiora, Vaſti externi & interni. A cruribus Plantares, Solei cum tendinibus achillis. A pedibus extremis tendines Extenſorum communium digitorum pedum, & Peroneorum tertiorum, Flexores breves digitorum minimorum pedum, Flexores breves digitorum pedum. A ſcapulis Coracohyoïdei, Subclavius, Supraſpinati, Infraſpinati, Teretes minores. Ab humeris Bicipites brachiorum, Longi, Breves. A cubitis manibusque, Anconei, Abductores longi pollicum manuum, Extenſores minores eorundem, & majores, Indicatores, Ulnares externi, Sublimes. A manu ſiniſtra Abductor & Flexor brevis digiti auricularis, pars Flexoris pollicis brevis quae pro Abductore ejus brevi altero haberi poteſt, Opponens pollicis. A manu dextra Abductor digiti minimi manus, Interoſſei poſterioris digiti annularis caput ab oſſe metacarpi auricularis oriens, Interoſſei poſterioris digiti medii caput ab oſſe metacarpi annularis oriens. Interoſſei prioris digiti medii caput ab oſſe metacarpi indicis oriens, Abductor indicis, Aponeuroſis, quae ambit capſam articuli pollicis cum metacarpo ſuo, innexa capſae illi, ſeſeque adjungens extremo communi tendinum Extenſorum pollicis.

In capite, cervice, trunco.

a Buccinator.

b Portio ad Orbicularem oris accedens, orta à maxilla inferiore.

c Pterygoïdeus internus, maxillae inſertus.

d e e Mylohyoïdeus. e e origo à maxilla.

f g h i k l l m m n. f g h i k l l m m n Biventres cervicis. f venter primus. g tendo inter ventres medius. h portio à ſpina vertebrae ſummae dorſi oriens, quae portio accedit partim i ad tendinem medium, partim k ad ventrem ſecundum. l l venter ſecundus, m m extremo tendineo inſertus oſſi occipitis. n plaga tendinea ventris ſecundi.

o o. o o Spinales cervicis.

p. q. r. s. t Interſpinales cervicis ſiniſtri. His proximi dextri. p qui inter ſpinas vertebrae colli primae & ſecundae: q ſecundae & tertiae: r tertiae & quartae: s quartae & quintae: t quintae & ſextae.

u v. u v Complexi. v plaga tendinoſa.

w. w x Obliqui ſuperiores capitis. x hac parte inſertus oſſi occipitis.

y. y Obliqui inferiores capitis.

z A B. z A B Trachelomaſtoïdei. A pars tendinea. B extremum tendinoſum, proceſſui mammillari inſertum.

C C. C C Transverſales cervicis.

D. D Cervicales deſcendentes.

E. E Scaleni medii.

F G H. F G H Scaleni poſtici. F principium à coſta ſecunda oriens. G cauda pertinens ad proceſſum transverſum vertebrae colli tertiae, H ad ſecundae.

I. K. L. M: I. K. L. M Levatores coſtarum. I ſecundae, K tertiae, L quartae, M quintae.

N. O. P. Q. R R. S S. T. U. V. W: N. O. P. Q. R. S S. T. U. V. W Intercoſtales externi. N ſecundus, O tertius, &c.

X. X Intercoſtales interni undecimi.

Y Z α β. Y Z α β Transverſi abdominis. Y pars carnea. Z latus tendo, quo incipit; α β adhaerens imo margini coſtae duodecimae, α parti oſſeae, β cartilagineae, ad mucronem uſque.

γ γ. γ γ Lamellae interiores aponeuroſium communium Serratorum poſticorum inferiorum & Obliquorum internorum abdominis; ibi reſciſſae, ubi cum latis tendinibus, quibus Transverſi abdominis incipiunt, non amplius cohaerent.

δ ε ζ η θ ι κ κ λ μ ν ξ ο π ρ σ ς ς τ υ φ χ ψ ω Γ Δ Θ Λ Ξ Π Σ Φ Ψ Ω. δ ε ζ η θ ι κ κ λ μ ν ξ ο π ρ σ ς ς τ υ φ χ ψ ω Γ Δ Θ Λ Ξ Π Σ Φ Ψ Ω Sacrolumbales cum Longiſſimis dorſi. δ ε ζ η θ ι κ κ λ μ caput commune, quo incipiunt. δ pars tendinea, ε carnea. ζ η θ hac parte caput illud oritur à criſta oſſis ilium, ζ parte carnea, η θ tendinea. θ ι hac parte cum Gluteo magno cohaeret. ι κ pars tendinea, oriens à tuberculis duobus ſuperioribus, quae ſunt juxta hiatum extremi canalis oſſis ſacri. κ κ pars tendinea interrupta, conſtans è tendinibus à ſpinis vertebrarum lumborum duarum inferiorum, omnibusque oſſis ſacri orientibus. λ tendo oriens à ſpina vertebrae lumborum tertiae. μ capitis hujus communis diviſio in Sacrolumbalem & Longiſſimum dorſi.

ν ξ ο π ρ σ ς ς τ υ φ χ ψ ω Γ Δ Θ Λ Ξ Π. ν ξ ο π ρ σ ς ς τ υ φ χ ψ ω Γ Δ Θ Λ Ξ Π Sacrolumbales. ν ξ. &c. caudae ad coſtas pertinentes: ν ξ ad undecimam, ο π decimam, ρ σ nonam, ς ς octavam, τ υ ſeptimam, φ χ ſextam, ψ ω quintam, Γ Δ quartam, Θ Λ tertiam, Ξ ſecundam, Π primam: ν. ο. ρ. ς. τ. φ. ψ. Γ. Θ earum carneae partes, ξ. π. σ. ς. υ. χ. ω. Δ. Λ. Ξ. Π tendineae.

Σ Φ Ψ Ω. Σ Φ Ψ Ω Longiſſimi dorſi. Φ pars tendinea capitis communis, per Longiſſimum excurrens. Ψ cauda per cervicem adſcendens, ubi portionem tendineam Ω dat Trachelomaſtoïdeo, & ad poſtremum ſe cum Cervicali deſcendente conjungit.

a b c d e g h. a b c d e g h Semiſpinales dorſi. b caput à proceſſu tranſverſo vertebrae dorſi à lumbis ſextae oriens. c extremum tendineum, quod inſertum ſpinae vertebrae colli à dorſo ſecundae; d quod primae; e quod ſummae dorſi; g quod undecimae dorſi; h quod decimae. In trunco.

i k l m n p q r s t u v w. i k l m n p q r s t u v w Spinales dorſi. k caput, tendineo principio oriens à ſpina vertebrae dorſi à lumbis tertiae; l caput à ſecundae; m à primae; n à quintae lumborum; p à quartae. q extremum, tendine ſuo, in quem abit, pertinens ad ſpinam vertebrae dorſi quintae; r extremum ad ſextae; s ad ſeptimae; t ad octavae; u ad nonae; v ad decimae; w ad undecimae.

Inter capita Spinalium dorſi juxta ſpinas, & inter Longiſſimorum dorſi partes λ κ, Multifidi ſpinae.

Inter ſpinas vertebrarum dorſi trium inferiorum, Interſpinales dorſi.

Inter ſpinam vertebrae imae dorſi ſummaeque lumborum, interque ſpinas vertebrarum lumborum, & inter ſpinam imae lumborum ſummaeque oſſis ſacri, Interſpinales lumborum. Litterae inſcribi illis omnibus ob locorum anguſtiam nequiverunt: ad cognoſcendos juvabit Tabula VIII.

x. x Multifidi ſpinae.

y. y Pſoae magni.

z Γ Γ Γ Δ. z Γ Γ Γ Δ Glutei minores. Γ Γ Γ origo à dorſo oſſis ilium. Δ pars tendinea, quo extremum tendineum ab exteriore parte carnis incipit. In coxis, femoribus, cruribus, pedibus extremis.

Θ Λ Λ Λ Ξ Π. Θ Λ Λ Ξ Π Obturatores interni. Θ pars in pelvi ſita, ibique Λ Λ Λ oriens ab ambitu foraminis magni oſſis coxae. Ξ Π pars, quae per iſchii dorſum ad os femoris incedit; Π tendo, in quem abit.

Σ Σ Φ. Σ Σ Φ Obturatores externi. Φ extremum tendineum.

Ψ. Ψ Iliaci interni.

Ω. Ω Tendines communes Pſois magnis & Iliacis internis, inſerti trochanteribus minoribus.

A B C D E F G. A B C D E F G Semimembranoſi. A tendo, quo incipit, oriturque B à dorſo tuberis iſchii. C venter carneus. D caudae tendineae ortus ex carne. E pars caudae illius praecipua, pertinens ad caput ſuperius tibiae: F ejuſdem aponeuroſis poſterior, quam tibiae infra radicem capitis ejus ſuperioris inſerit: G aponeuroſis prior, quam inſerit margini interno tibiae. Capiti ejus, ventrique, à Semitendinoſo ſinus impreſſus: confer Tab. VI.

H I. H I Graciles. I tendo.

K L M N O O. K L M N O O Adductores magni femorum, quibus veſtigia à Gluteis magnis impreſſa: confer Tab. V. L pars ab oſſe pubis oriens. M ortus ab iſchii tubere, parte extrinſecus tendinea. N O O extremum ſuperius, O O oſſi femoris inſertum.

P Q R S. P Q R S Bicipitum crurum capita breviora. Q reſciſſa pars tendinis, quae à capite longiore oritur. R pars tendinis, quae augetur acceſſione carnis capitis brevioris. S extremus tendo, inſertus capiti ſuperiori fibulae.

T. T Gemellorum crurum capita exteriora, U. U interiora; reciſa.

V. V Plantares, reciſi.

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM SEPTIMAE EXPLANATIO.

W X Y. W X Y Poplitei. X tendo, quo incipit. Y pars tendinoſa.

Z a b c d e. Z a b c d e Tibiales poſtici. a pars, quae à tibia oritur: b pars, quae à fibula. c. d ſuperficies tendinoſae. e tendo.

f g. f g Flexores longi digitorum pedum. g tendo.

h i k. h i k l l Flexores longi pollicum pedum. i origo à tibia. k tendo, l l hac parte per plantam pollicemque procedens.

m n o o p q r s t. m n o o p q r s t Peronei longi. n principium alterum, à capite fibulae oriens. o o alterum, à ſpina fibulae. p q r s t tendo, p hac parte ex carne oriens: r. s. t nodi tendinis, r primus, qua ſe ad malleolum externum flectit; s ſecundus, qua ad eminentiam, quae eſt in latere externo calcanei; t tertius, qua ad cubiforme.

u v w x. u v w x Peronei breves. v tendinis pars è carne oriens: w tendo, x inſertus oſſi metatarſi digiti minimi.

y z α β. y z α β Extenſores breves digitorum pedum. z cauda pertinens ad digitorum parvorum tertium, α ad ſecundum, β ad primum.

γ. γ : γ. γ Tendines per dorſum horum digitorum porrecti.

δ. δ Capita, quae ad Flexores longos digitorum pedum in plantis accedunt.

ε. ε Interoſſei digitorum minimorum.

ζ Tendines Flexorum longorum digitorum pedum, una cum Lumbricalibus; obiter.

η Flexoris brevis pollicis pedis cauda, quae pertinet ad os ſeſamoïdeum, quod proximum digito primo parvorum.

θ. θ Tendines Flexorum longorum digitorum pedum, ad hos digitos pertinentes.

*In ſcapulis, brachiis, cubitis, manu ſiniſtra.*

ι. ι Subſcapulares.

κ λ μ. κ λ μ Teretes majores. λ ortus ab angulo ſcapulae. μ pars tendinoſa.

ν. ν Coracobrachiales.

ξ ο ο ο π ρ σ. ξ ο ο ο π ρ σ Brachiales externi; quibus veſtigia à Longis & Brevibus impreſſa: confer Tab. VI. ο ο ο ortus ab oſſe humeri, π a radice condyli prioris. ρ pars tendinoſa. σ pars tendinea è ſuperficie Brachialis externi oriens, & ad condylum humeri majorem pertinens.

ς Carnea pars Longi reciſa. ϛ Brevis reſciſſa pars, quae extus tendinea, intus carnea. τ Hinc reſciſſa eſt pars tendinis communis trium capitum Tricipitis brachii. υ φ χ ψ Tendo communis Tricipitis brachii, φ olecrano inſertus. χ pars tendinea, quam Longus efficit & tendini communi adjungit: ψ pars tendinea, quam Brachialis externus efficit, tendinique communi adjungit.

ω A. ω A Brachiales interni, quibus ſinus à Supinatoribus longis impreſſi: confer Tab. VI. A cornu exterioris ortus ab oſſe humeri.

B C C D. B C C D E F Radiales externi longiores. C C ortus à margine priore oſſis humeri, & à condylo priore. D hac parte conjunctus eſt communemque ortum habet cum Extenſore communi digitorum manus & Ulnari externo. E tendo, F inſertus oſſi metacarpi indicis.

G. G H I Radiales externi breviores. Sinus eis ab Extenſoribus digitorum communibus impreſſi: confer Tab. VI. H tendo, I inſertus oſſi metacarpi digiti medii, itemque indicis.

K L M N N. K L M N N Supinatores breves. L M tendinea principii pars, L à condylo priore oſſis humeri oriens, & M connexa cum capſa articuli cubiti. N N pars principii ab ulnae eminentia oriens, extrinſecus tendinoſa.

O. O Flexores longi pollicum manuum.

P. P Pronatores quadrati.

Q R S S. R S S T T U U U V V W W Profundi. S S ortus ab ulna. T T tendo ad digitum minimum pertinens, U U U tendo ad annularem, V V ad medium, W W ad indicem.

X X Y Tendo Flexoris longi pollicis manus, Y inſertus oſſi ultimo pollicis.

Z Γ Δ Θ Ligamentum, quod cum ſinu carpi canalem efficit, quo tendines coërcentur, qui à cubito ad manum procedunt, Sublimis, Profundi, Flexoris longi pollicis. Γ ortus ejus ab oſſe ſubrotundo; Δ à proceſſu incurvo cuneiformis; Θ à multangulo majore.

Λ Ligamentum, quod ab oſſe ſubrotundo ad os quartum metacarpi pertinet.

Ξ Π Σ Adductor oſſis metacarpi quarti: Π hac parte oriens à ligamento carpi: Σ hac inſertus oſſi metacarpi quarto.

Φ Ψ Flexor brevis pollicis manus. Φ cauda altera, extremo tendineo inſerta pollicis oſſi ſeſamoïdeo, quod ab indice remotius. Ψ altera, extremo tendineo inſerta oſſi primo pollicis, & ſeſamoïdeo, quod indici propius.

Ω Adductor pollicis manus.

1. 2. 3. 4 Lumbricales manus; 1 indicis, 2 medii, 3 annularis, 4 auricularis.

5 Tendo extenſorum digiti minimi, 6 pertinens ad os primum minimi.

7 Tendo communis Flexori parvo digiti minimi manus cum Abductore ejuſdem, adjunctus tendini extenſori digiti illius.

8 Tendo ad os tertium digiti minimi decurrens, factus ex tendine 7, accedenteque ad eum portione tendinis extenſoris minimi.

9: 10 Tendines iidem, qui w β γ. τ ψ ω in manu dextra.

*In manu dextra.*

a Adductor oſſis metacarpi quarti.

b. c. d. e Tendines Extenſorum digitorum, qua tendines illi per digitos incedunt, conjuncti cum tendinibus & aponeuroſibus Interoſſeorum, Lumbricalium, &c. Ad radices digitorum truncati ſunt. f. f. f. f extrema illorum tendinum, quae oſſibus ſecundi ordinis inſerta.

g Hinc reſciſſus Abductor minimi digiti manus. h tendo ejus.

i Communis tendo Abductoris Flexoriſque parvi digiti minimi manus, conjunctus cum tendine b, acceptaque ab eo portione auctus, k decurrens ad os tertium digiti minimi.

l Aponeuroſis, quae à capſa articuli digiti hujus cum ſuo metacarpi oſſe pertinet ad tendinem b.

m n Interoſſeus auricularis, m oriens ab oſſe metacarpi digiti illius. n tendo ejus, cui ſe adjungit tendo Lumbricalis quarti.

o Tendo, qui Interoſſeo auricularis & Lumbricali quarto communis, conjunctus cum tendine b, acceptaque ab eo portione auctus, p decurrit ad os tertium auricularis.

q Commune extremum tendinum k. p, pertinens ad os tertium auricularis.

r Aponeuroſis, quae ad tendinem b accedit, ſuperiore parte ſui veniens è capſa articuli hujus digiti cum ſuo metacarpo: inferiore producta à tendine n Interoſſei auricularis, cum quo tendine conjunctus tendo Lumbricalis quarti.

s Interoſſei poſterioris digiti annularis caput oriens ab oſſe metacarpi annularis. t capitis alterius, quod ab oſſe metacarpi auricularis oritur, truncati extremum. u tendo, qui ſe deinde v conjungit cum tendine c, acceptaque ab eo portione auctus, w decurrit ad os tertium annularis.

x Aponeuroſis, quae accedit ad tendinem c, ſuperiore parte ſui veniens è capſa articuli hujus digiti cum metacarpo: inferiore producta à tendine u Interoſſei poſterioris annularis.

y z Interoſſeus prior annularis, y oriens ab oſſe metacarpi digiti illius. z tendo ejus, cui ſe adjungit tendo Lumbricalis tertii.

α Tendo, qui communis Interoſſeo priori annularis & Lumbricali tertio, conjunctus cum tendine c, acceptaque ab eo portione auctus, β decurrit ad os tertium annularis.

γ Commune extremum tendinum w. β, pertinens ad os tertium annularis.

δ Aponeuroſis, quae accedit ad tendinem c, ſuperiore parte ſui veniens è capſa articuli hujus digiti cum metacarpo: inferiore producta à tendine z Interoſſei prioris digiti annularis, cum quo tendine conjunctus tendo Lumbricalis tertii.

ε Interoſſei poſterioris digiti medii caput oriens ab oſſe metacarpi digiti illius. ζ capitis alterius, quod ab oſſe metacarpi annularis oritur, truncati extremum. η tendo, qui ſe deinde θ conjungit cum tendine d, acceptaque ab eo portione auctus, ι decurrit ad os tertium medii.

κ Aponeuroſis, quae accedit ad tendinem d, ſuperiore parte ſui veniens è capſa articuli digiti hujus medii cum metacarpo: inferiore producta à tendine η Interoſſei poſterioris digiti hujus medii.

λ Interoſſei prioris digiti medii caput oriens ab oſſe metacarpi medii illius. μ capitis alterius, quod ab oſſe metacarpi indicis oritur, truncati extremum. ν tendo, cum quo ſe conjungit tendo Lumbricalis ſecundi.

ξ Tendo, qui communis Interoſſeo priori digiti medii cum Lumbricali ſecundo, conjungit ſe cum tendine d, acceptaque ab eo portione auctus, ο decurrit ad os tertium medii.

π Commune extremum tendinum ι. ο, pertinens ad os tertium medii.

ρ Aponeuroſis, quae accedit ad tendinem d, ſuperiore parte ſui veniens è capſa articuli digiti hujus medii cum metacarpo: inferiore producta à tendine ν Interoſſei prioris digiti hujus medii, cum quo tendine conjunctus tendo Lumbricalis ſecundi.

σ ς Interoſſeus poſterior indicis, σ oriens ab oſſe metacarpi indicis. ς tendo ejus, qui ſe deinde ϛ conjungit cum tendine e, acceptaque ab eo portione auctus, τ decurrit ad os tertium indicis.

υ Aponeuroſis, quae accedit ad tendinem e, ſuperiore parte ſui veniens è capſa articuli digiti hujus indicis cum metacarpo: inferiore producta à tendine ς Interoſſei poſterioris digiti hujus indicis.

φ Tendo Lumbricalis primi, qui ſe deinde χ conjungit cum tendine e, acceptaque ab eo portione auctus, ψ decurrit ad os tertium indicis.

ω Commune extremum, in quod ſe conjungunt tendines τ. ψ, pertinens ad os tertium indicis.

1 Aponeuroſis, quae producta à Lumbricali primo, conjungit ſe cum ſimili aponeuroſi producta ab Abductore indicis, unaque cum ea adjungit tendini e.

2. 3 Interoſſeus prior indicis, 2 oriens ab oſſe metacarpi indicis. 3 tendineum extremum, inſertum oſſi primo indicis.

4. 5 Flexor brevis pollicis manus. 5 aponeuroſis, quam producit, quae conjungit ſe cum aponeuroſi ambiente capſam articuli pollicis cum metacarpo ſuo, unaque cum ea adjungit extremo communi tendinum Extenſorum pollicis.

6. 7 Adductor pollicis manus, 7 extremo tendineo inſertus oſſi ejus primo.

© BIUM / R. Caussimon





*J. Wandelaar ad ipsa corpora hominum delineavit idemque incidit.* *Prostant Lugduni Batavorum apud J. & H. Verbeek, Bibliop. 1741.*

© BIUM / R. Caussimon

TABULAE VIII.



© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE ANATOMICAE OCTAVAE
# MUSCULORUM HOMINIS
## EXPLANATIO.

QUartus ab hac parte Muſculorum ordo, una cum Sceleto magis denudato, ob remotas partes primas pleraſque figurae proxime ſuperioris. Haec figura facies eſt poſterior figurae Tabulae quartae, non in totum tamen, quoniam neque Pterygoïdeus internus, neque Sphincter externus ani, neque Transverſi perinaei, neque Interoſſei tendineſque per digitos in manu dextra, ut in illa, ſic in hac exhibiti ſunt: exhibiti autem Interoſſei cum tendinibus in manu ſiniſtra, ordinis cauſſa, cum in quarta praeteriti ſint, utpote jam expreſſi in tertia.

Remota: à capite, Buccinator, pars ad Orbicularem oris accedens, Pterygoïdeus internus, Mylohyoïdeus. A cervice, Biventres cervicis, Complexi, Trachelomaſtoidei, Transverſales cervicis, Cervicales deſcendentes, Scaleni poſtici: praeterea à parte ſiniſtra, Spinalis cervicis. A dorſo & lumbis, Sacrolumbales cum Longiſſimis dorſi & Spinalibus dorſi: praeterea à ſpinae ſiniſtro latere, Semiſpinalis dorſi; à thoracis ſiniſtro latere, Levatores coſtarum breviores, praeter primum; Levatores longiores, & Intercoſtales externi. A lateribus inter thoracem & coxas, Transverſi abdominis, una cum lamellis interioribus aponeuroſium communium Serratorum poſticorum inferiorum & Obliquorum internorum abdominis. A coxis & natibus, Glutei minores, Obturatores interni. A femoribus, Graciles, Semimembranoſi, Bicipites crurum, principia Gemellorum & Plantarium. A cruribus pedibuſque extremis, Poplitei, Peronei longi, Flexores longi pollicum pedum, Flexores longi digitorum pedum. A pedibus extremis, Extenſores breves digitorum pedum, Capita quae ad Flexores longos digitorum pedum in plantis accedunt, Interoſſei digitorum minimorum, Tendines Flexorum longorum digitorum pedum, una cum Lumbricalibus. A ſcapulis & humeris, Teretes majores, Coracobrachiales, Brachiales interni, Tricipites brachiorum. A cubitis manibuſque, Radiales externi longiores, & breviores, Profundi, Flexores longi pollicum manuum. Praeterea à manu ſiniſtra, ligamentum armillare interius, ligamentum ab oſſe ſubrotundo ad os metacarpi manus quartum pertinens, Adductor oſſis metacarpi manus quarti, Lumbricales, Tendo extenſorum digiti minimi manus una cum tendine communi Flexori parvo digiti minimi manus cum Abductore ejuſdem, adjuncto tendini illi extenſorum; Tendo, communis Lumbricali primo cum tendine Extenſorum indicis, ad os tertium indicis pertinens. A manu dextra, omnes muſculi, tendines, aponeuroſes, praeter pollicis Adductorem & Flexorem brevem.

In capite & collo.

a b c c. a b c c Recti capitis poſtici minores. b origo ab eminentia atlantis, quae ſpinae loco eſt: à qua origine extrinſecus tendinoſus eſt. c c extremum, oſſi occipitis inſertum.

d e f. d e f Recti capitis poſtici majores. e origo à ſpina epiſtrophaei. f extremum oſſi occipitis inſertum.

g. g h i i Obliqui ſuperiores capitis. h origo à proceſſu tranſverſo epiſtrophaei. i i extremum oſſi occipitis inſertum juxta additamentum ſuturae lambdiformis.

k l m. k l m Obliqui inferiores capitis. l origo à ſpina epiſtrophaei. m extremum inſertum proceſſui transverſo atlantis.

n. n Interſpinales cervicis quinti. o. o quarti. p p tertii. q. q ſecundi. r. r primi.

s t u v w x y z α β γ. s t u v w x y z α β γ Scaleni medii. t origo à coſta prima. u caput ad eum accedens à proceſſu tranſverſo vertebrae colli primae, v à ſecundae. w. x. y. z. α. β. γ extrema, inſerta proceſſibus transverſis vertebrarum colli, w primae, x ſecundae, y tertiae, z quartae, α quintae, β ſextae, γ ſeptimae.

δ Intertransverſarius colli poſterior ſextus. ε quintus; qui & in ſiniſtro latere. ζ. ζ quarti. η tertius; qui in dextro quoque latere. θ. θ ſecundi. ι primus; qui etiam in latere dextro.

In dorſo.

κ. κ. &c. Levatores breviores coſtarum, κ. κ primarum, λ ſecundae, μ tertiae, ν quartae, ξ quintae, ο ſextae, π ſeptimae, ρ octavae, σ nonae, ς decimae, τ undecimae, υ duodecimae. φ duodecimae principium tendinoſum, χ tendinoſa extremi pars: qualia & in undecimae, decimae, nonae, indicata. ψ ω ω in ſextae indicata, ψ origo à proceſſu transverſo dorſi vertebrae octavae, ω ω extremum coſtae inſertum: ex quo etiam reliquorum ortus inſertioque intelligentur. Siniſtri remoti, praeter primum.

A B C D E Levator longior coſtae decimae: B origo à proceſſu transverſo vertebrae dorſi octavae; C principii pars extrinſecus tendinoſa: D extremum coſtae decimae inſertum, cujus E pars tendinoſa. Quae ad ſequentes quoque pertinent. F Levator longior coſtae undecimae, G duodecimae. Siniſtri remoti.

H. I. K. &c. Intercoſtales externi, H primus, I ſecundus, K tertius, L quartus, M quintus, N ſextus, O ſeptimus, P octavus, Q nonus, R decimus, S undecimus. Apparet quomodo à coſta ſuperiore quaque oriantur, inferiori inſerantur. Siniſtri remoti.

T. &c. Intercoſtales interni, T primus, U ſecundus, V tertius, W quartus, X quintus, Y ſextus, Z ſeptimus, a octavus, æ. æ noni, b decimus, c. c undecimi. d d origo à coſta: ac ſic in primo, ſecundo, tertio, ſeptimo, octavo, nono, decimo.

e e &c. Pleura.

f. &c. Intertransverſarii dorſi, f. f primi, g. g ſecundi, h. h tertii, i. i quarti, k. k quinti, l. l ſexti, m. m ſeptimi, n. n octavi, o. o noni.

p q r s t u v w x y z 1 Semiſpinalis dorſi. q. r. s. t quatuor capita, à principio tendinea, orientia, q à proceſſu tranſverſo vertebrae dorſi tertiae à lumbis, r quartae, s quintae, t ſextae. u. v. w. x. y. z. 1 ſeptem caudae in tendines abeuntes, pertinentes, u ad ſpinam vertebrae dorſi octavae à lumbis, v nonae, w decimae, x undecimae, y duodecimae, z colli primae, 1 ſecundae. Siniſter remotus.

2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13 Spinalis cervicis. 3. 4. 5. 6. 7. 8 ſex capita, à principio tendinea; oriunda, 3 à proceſſu transverſo dorſi vertebrae ſeptimae à lumbis, 4 octavae, 5 nonae, 6 decimae, 7 undecimae, 8 duodecimae. 9. 10. 11. 12. 13 caudae, pertinentes, 9 ad ſpinam colli vertebrae à dorſo ſecundae, 10 tertiae, 11 quartae, 12 quintae, 13 ſextae. Siniſter remotus. In dorſo & cervice.

14. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62: 14. 14. 15. 16. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 61. 62. Multifidi ſpinae. 15 caput tendinoſum, quod oritur à proceſſu obliquo deſcendente colli vertebrae quartae: 16 ſimile, quod à tertiae: 17 quod à ſecundae: 18 quod à proceſſu transverſo duodecimae dorſi: 19 quod ab undecimae: 20 quod à decimae: 21 nonae: 22 octavae: 23 ſeptimae: 24 ſextae: 25 quintae: 26 quartae: 27 tertiae: 28 ſecundae: 29 tendinoſus excurſus capitis, quod oritur à proceſſu transverſo primae dorſi: 30 ſimilis illius, quod à proceſſu obliquo adſcendente vertebrae quintae lumborum: 31 ſimilis illius, quod ab obliquo adſcendente quartae lumborum: 32 illius, quod ab obliquo adſcendente tertiae lumborum: 33 illius, quod à ſecundae lumborum: 34 illius, quod à primae: 35 illius, quod à primae oſſis ſacri. 36. 37 caput, quod oritur partim 36 à ligamento, quod ab eminentia, quam os ſacrum in dorſo ſuo ad externum latus foraminis ſui ſecundi & tertii habet, ad finitimam oſſis ilium partem deductum; 37 partim ab illa ipſa eminentia. 38 caput, quod oritur inde à ſpina tertia ſacri uſque ad tuberculum oſſis ſacri, quod fit ex concretione proceſſus obliqui deſcendentis quartae ipſius vertebrae cum obliquo adſcendente quintae, & ab ipſo illo tuberculo. 39. &c. extrema tendinoſa, inſerta ſpinis vertebrarum; 39 primae lumborum, 40 ſecundae, 41 tertiae, 42 quartae, 43 quintae, 44 dorſi primae, 45 ſecundae, 46 tertiae, 47 quartae, 48 quintae, 49 ſextae, 50 ſeptimae, 51 octavae, 52 nonae, 53 decimae, 54 undecimae, 55 duodecimae, 56 primae colli, 57 ſecundae, 58 tertiae, 59 quartae, 60 quintae, 61 ſextae, & 62 proceſſui obliquo deſcendenti ejusdem. Secundum ſpinam.

Γ. Γ: Δ. Δ Interſpinales dorſi. Γ. Γ ſecundi, Δ. Δ primi.

Θ. Θ: Λ. Λ: Ξ. Ξ: Π. Π: Σ. Σ: Φ. Φ Interſpinales lumborum. Θ. Θ ſexti, Λ. Λ quinti, Ξ. Ξ quarti, Π. Π tertii, Σ. Σ ſecundi, Φ. Φ primi.

In lumbis, coxis, femoribus, cruribus, pedibus extremis.

Ψ. Ψ: Ω. Ω: α. α: β. β: γ. γ Intertransverſarii lumborum. Ψ. Ψ quinti, Ω. Ω quarti, α. α tertii, β. β ſecundi, γ. γ primi. Apparet, quomodo à proceſſu transverſo inferiore oriantur, ſuperiori inſerantur.

δ ε η θ ι κ λ. δ ε η θ ι κ λ Quadrati lumborum. ε origo à ligamento ζ, quod à proceſſu transverſo vertebrae lumborum primae ad os ilium pertinet. η. θ. ι. κ portiones tendinoſae, pertinentes ad proceſſus transverſos vertebrarum lumborum, η ſecundae, θ tertiae, ι quartae, κ quintae. λ extremum ad coſtam duodecimam pertinens.

μ Diaphragmatis pars.

ν. ν Pſoae magni.

ξ ο. ξ ο Iliaci interni.

π. π Tendines communes Pſois magnis cum Iliacis internis, inſerti trochanteribus minoribus.

ρ ρ σ τ. ρ ρ σ τ Obturatores externi. σ originis pars ab interiore margine foraminis magni oſſis coxae. τ extremi pars tendinea.

ς υ φ χ ψ ω A A A B C D. ς υ φ χ ψ ω A A A B C D Adductores magni femorum: quorum ſuperiori parti juxta internum latus veſtigia impreſ-

BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM OCTAVAE EXPLANATIO.

ſa, tum à Gluteis magnis; confer Tab. V: tum à Semitendinoſis; confer Tab. VI. υ tota haec pars concava, ob veſtigium impreſſum à Semimembranoſo. φ χ origo à dorſo tuberis iſchii, φ parte tendinoſa, χ tendinea, quae ψ per carnem excurrit. ω pars è priore parte veniens, ubi per altitudinem oſſis pubis oritur. A A A extremum latum oſſi femoris inſertum. B C D extremum inferius, quod in tendinem C abit, D inſertum condylo interiori femoris.

E F G H H I I K L. E F G H H I I K L Tibiales poſtici. F principium à tibia oriens. G alterum, à fibula. H H origo à tibia, unde extrinſecus tendinoſus. I I pars, quae à fibula oritur, extrinſecus tendinoſa. K L tendo, K hac parte è carne oriens, L hac pone malleolum internum procedens.

M N O P Q R. M N O P Q R Peronei breves. N origo à fibula. O P Q R tendo, O hac parte oriens è carne; hac P, qua ſe ad malleolum inflectit, latior & craſſior; hac Q quoque, ubi per ligamentum ſecundum juxta ſuperiorem partem eminentiae calcanei incedit; R inſertus oſſi metatarſi quinto.

S. S Interoſſeorum ſecundorum digitorum pedum quartorum capita, quae ab oſſibus metatarſi digitorum illorum oriuntur.

T Interoſſei ſecundi digiti tertii pedis caput, quod ab oſſe metatarſi digiti illius oritur.

V Interoſſei ſecundi digiti ſecundi pedis caput ab oſſe metatarſi digiti illius oriens.

W X Flexoris brevis pollicis pedis caudae duae, ſeſamoïdeis inſertae.

Y Interoſſeus ſecundus digiti quarti pedis.

Z Transverſalis pedis.

Γ Adductor pollicis pedis.

In ſcapulis, brachiis, manibus.

Δ. Δ Subſcapulares.

Θ Λ Ξ Ξ Π Π. Θ Λ Ξ Ξ Π Π Σ Supinatores breves. Λ tendo à condylo minore oriens. Ξ Ξ Π Π pars extrinſecus tendinoſa, oriens Ξ Ξ à capſa articulum cubiti continente, Π Π ab ulna. Σ extremum radio inſertum.

Φ. Φ Pronatores teretes.

Ψ Ω a b c d e. Ψ f Flexores breves pollicum manuum. Ω ortus ab eminentia interiore oſſis multanguli majoris, a à multangulo minore. b cauda prior, c extremo tendineo inſerta oſſi ſeſamoïdeo pollicis illi, quod ab indice remotius. d cauda poſterior, e extremo tendineo inſerta oſſi ſeſamoïdeo pollicis illi, quod indici propius; itemque oſſi primo pollicis. f aponeuroſis, quae procedit à cauda poſteriore, adjungitque ſe extremo communi tendinum Extenſorum pollicis.

g g h. g h Adductores pollicum manuum. h extremum tendineum, inſertum oſſi primo pollicis.

i Interoſſeus poſterior indicis.

Juxta k Interoſſeus prior digiti medii.

l l Interoſſeus poſterior digiti medii.

m Interoſſeus prior digiti annularis.

n n Interoſſeus poſterior digiti annularis.

o Interoſſeus digiti auricularis.

p Tendo Interoſſei poſterioris indicis, qui accepta portione à tendine extenſorum indicis auctus, decurrit ad os tertium indicis, conjungens ſe in extremum commune cum tendine Lumbricalis primi, aucto pariter portione à tendine extenſorum indicis accedente.

q Tendo Interoſſeo priori annularis & Lumbricali tertio communis, qui accepta portione ab Extenſoris communis tendine, qui ad hunc digitum pertinet, auctus, decurrit ad os tertium hujus digiti.

r Tendo Interoſſei poſterioris digiti annularis, qui accepta portione ab Extenſoris communis tendine, qui ad digitum hunc pertinet, auctus, decurrit ad os tertium hujus digiti, conjungens ſe cum tendine q in commune extremum.

© BIUM / R. Caussimon







© BIUM / R. Caussimon

TABULAE IX.



© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE ANATOMICAE NONAE
# MUSCULORUM HOMINIS
# EXPLANATIO.

Ut Tabula prima, ſic hac, primus Muſculorum ordo poſt remota integumenta communia, vaginaſque tendinoſas, expreſſus, una pariter cum quibuſdam ligamentis ad eos pertinentibus, Sceletique tertii, qui hujus figurae fundamentum eſt, partibus, & aliarum quoque partium, nempe naſi, auris, & genitalium partibus, quae à Muſculis nudae ſunt.

In capite, collo, trunco.

a b c. a b c d. e. f Epicranius. a b Occipitalis. a ejus principium tendineum. b pars carnea. c d aponeuroſis inter Occipitalem & Frontalem intercedens; d per quam Temporalis hic apparet, eminetque. e pars membranacea, qua Occipitales, eorumque aponeuroſes conjunctae inter ſe; oriens ſupra Cucullarium ab oſſe occipitis ortum. f Frontalis.

g h Attollens auriculam. g principium tendineum, quo ab Epicranio abſcedit. h pars carnea.

i Anterior auriculae.

k. l. m Retrahentes auriculae tres.

n Helicis major.

o Helicis minor.

p Tragicus.

q Antitragicus.

r s t t Orbicularis palpebrarum. r pars per ambitum foraminis oculi ducta. s pars à Corrugatore ſupercilii accedens. t t pars, qua palpebrae obductae.

u Compreſſor naris.

v Naſalis labii ſuperioris.

w x w x Orbicularis oris. x pars, quae eſt in rubro margine labii.

y z Zygomaticus major. z ejus origo ab oſſe jugali.

α β Depreſſor anguli oris. β ejus origo à maxilla inferiore.

γ Buccinator.

δ ε ζ η θ Maſſeter. δ ε pars prior eademque exterior; ε ortus ejus ab oſſe jugali; unde extrinſecus diu tendinoſa. ζ η θ pars poſterior, quae nuda à priore; η θ ortus ejus, η ab oſſe jugali, θ à proceſſu zygomatico oſſis temporis.

ι κ Pterygoïdeus internus, κ maxillae inſertus.

λ Stylohyoïdeus.

Inter κ & λ Styloglоſſus. Confer Tab. X. Fig. 2. m.

Mox infra Styloglоſſum Baſioglоſſus. Confer Tab. X. Fig. 1. k. & Fig. 2. o.

μ ν ν ξ ο π Latiſſimus colli. ν. ν. &c. Faſciculi, qui ad eum in quibuſdam hominibus in latere colli accedunt. ξ faſciculi ſparſi, quibus in mala evaneſcentibus deſinit. ο faſciculus, qui per priorem partem Depreſſoris anguli oris porrectus angulum illum verſus. π eminens ſub Latiſſimo maxilla inferior.

ρ σ Sternomaſtoïdeus cum Cleidomaſtoïdeo, conjuncti in unum. σ extremum tendineum.

τ Biventer cervicis, extremo tendineo inſertus oſſi occipitis.

υ Splenius capitis.

φ Splenius colli.

χ Scalenus medius.

ψ Levator ſcapulae.

ω ω Γ Δ. ω Γ Θ Λ Λ Ξ Cucullares. Γ Δ principium tendineum. Γ pars ejus ab oſſe occipitis oriens. Θ principii tendinei plaga amplior, juxta imam cervicem ſummumque dorſum. Λ Λ extremi pars tendinoſa, inſerta ſpinae ſcapulae & proceſſui ſuperiori, proximaeque claviculae parti. Ξ extremi pars tendinea, qua ſpinae ſcapulae non longe à baſi inſertum.

Π Σ. Π Infraſpinati. Σ ortus à baſi ſcapulae.

Φ Teres minor.

Ψ Teres major.

Ω. Ω A B C D E F Latiſſimi dorſi. Ω pars carnea. A latus tendo, quo incipit. B hic cum Gluteo magno cohaeret. C ortus à criſta ilium. D. E. F capita, quae à coſtis oriuntur: D quod ab undecima, E quod à decima, F quod à nona.

G Serratus anticus.

H I Pectoralis. I portio ab aponeuroſi Obliqui externi abdominis accedens.

K L M N O P Q R &c. Serratus magnus. K caput, quod oritur à coſta tertia; L quod à quarta, M quod à quinta, N quod à ſexta, O quod à ſeptima, P quod ab octava, Q quod à nona. R. &c. ipſa capitum à coſtis origo.

S T U V W X Y Z a a a a a b b b b b b c c d d d d d e f f g h h h h i i i k Obliquus externus abdominis. S pars carnea. T. U. V. W. X. Y. Z capita, quorum T oritur à coſta quinta, U à ſexta, V à ſeptima, W ab octava, X à nona, Y à decima, Z ab undecima. a. &c. principii capitum pars tendinea. b. &c. ipſa capitum origo à coſtis. c c carneae partis inſertio criſtae ilium. d d d d e f f g h h h h i i i k aponeuroſis, e inſerta criſtae ilium. f f hic ſub ea eminet caro Obliqui interni. g hic ſub eadem, ſimul & ſub aponeuroſi Obliqui interni, eminet caro Tranſverſi; h h h h hic Recti caro. i i i hic per aponeuroſes illas apparent lineae tendineae Recti. k hic ſub iiſdem eminet Pyramidalis.

l Cremaſter.

In ſiniſtra coxa, pedeque.

m Adductor longus femoris.

n Pectineus.

o Pſoas magnus.

p Sartorius.

q r s Tenſor vaginae femoris. r ortus à criſta ilium. s extremum, unde reſciſſa pars tendinea, quam adjungit vaginae femoris.

t u u v Gluteus medius, u u ortus ab oſſe ilium. v tendo.

w x y Gluteus magnus. x hac parte oritur à criſta ilium, cohaeretque cum Latiſſimo dorſi. y tendo.

z Semitendinoſus.

α β β γ δ ε ζ Biceps cruris. α caput longius. β β caput brevius. γ δ ε ζ tendo, γ primum oriens è ſuperficie carnis capitis longioris, acceſſione deinde brevioris auctus δ, ε extremoque praecipuo inſertus capiti ſuperiori fibulae, ζ ac portione aliqua ad tibiam pertinet.

η θ ι κ Vaſtus externus. θ ſuperficies tendinoſa. ι tendo, κ inſertus patellae.

λ μ ν ξ ο Rectus cruris. μ pars tendinea principii. ν tendo. ξ locus ubi ſe patellae inſerit. ο aponeuroſis, quae à tendine Recti excurrit per priora patellae, poſteaque ſe priori parti ligamenti adjungit, quod à patella ad tibiam pertinet.

π ρ Vaſtus internus. ρ tendo.

σ τ υ Ligamentum à patella ad tibiam pertinens. τ locus ubi à patella oritur. υ tota hac parte ſubtus tibiae inſertum.

φ χ ψ Gemelli caput exterius. χ ſuperficies tendinoſa. ψ tendo.

ω Γ Δ Soleus. Γ ortus à capite ſuperiore fibulae. Δ ſuperficies tendinoſa.

Θ Λ Ξ Tendo Achillis. Λ pars interior. Ξ hic inſertus calcaneo.

Π Plantaris tendo.

Σ Φ Ψ Ω Ω Ω Peroneus longus. Φ ortus ejus à capite fibulae. Ψ Ω Ω Ω tendo, Ψ hac parte ex carne oriens.

A Ligamentum proprium Peronei longi.

B B C C D D E Peroneus brevis. C C tendinis ex carne ortus. D D tendo, E inſertus oſſi metatarſi quinto.

F Ligamentum Peroneo brevi proprium.

G H I K L M N O P Q R Extenſor longus digitorum pedis cum Peroneo tertio. G communis caro Extenſoris & Peronei. H ortus ejus à tibia. I Peroneus tertius. K L M tendo ejus, K hic ex carne oriens, M hic inſertus oſſi metatarſi digiti minimi. N tendo Extenſoris longi digitorum, qui ſe in quatuor tendines O. P. Q. R findit, per dorſum pedis decurrentes.

S S S T Tendo Extenſoris proprii pollicis pedis, T inſertus oſſi ultimo pollicis.

U V W W Tibialis anticus. V ortus à tibia. W W tendo.

X Y Z Ligamentum, quo tendines in confinio cruris & dorſi pedis obducti. Y cornu ſuperius. Z cornu inferius.

a a a b c d e Extenſor brevis digitorum pedis. b. c. d. e ejus tendines, b ad pollicem pertinens, c ad primum parvorum, d ad ſecundum, e ad tertium.

f g h i k l Tendo communis Extenſoris longi & brevis digitorum pedis: f pars à longo producta, g pars à brevi: intermedia eſt diviſionis nota. h extremum oſſi ſecundi ordinis inſertum. i tendinis communis portio ad os tertium procurrens. k tendo ab altero latere ad os tertium procurrens, qui procedit à tendine Extenſoris brevis. l duarum ad os tertium pertinentium portionum commune extremum, oſſi tertio inſertum. Eadem in reliquis digitis parvis pedis hujus: niſi quod per dorſum minimi tendo Extenſoris longi ſolus decurrat, producatque utramque portionem ad os tertium pertinentem.

m Aponeuroſis, quae ab hoc latere ad tendinem Extenſoris brevis digitorum pedis accedit. Tales etiam in reliquis digitis: in minimo autem accedit ad tendinem Extenſoris longi: in pollice, ad tendinem Extenſoris ejus proprii.

n Interoſſeus primus digiti pedis ſecundi.

u Ligamentum, quod ab oſſe ſeſamoïdeo interiore pollicis pertinens ad os ejus primum, conjungit ſe cum parte illa extremi communis Flexoris brevis pollicis, Adductoriſque, & Tranſverſalis pedis, quae Adductoris eſt.
v Pars portionis, quam aponeuroſis plantae media dat principiis Flexoris brevis pollicis. Confer Fig. 18. H.
w x y Flexoris brevis pollicis pars ad os ejus ſeſamoïdeum exterius pertinens. x hac parte adjungit ſe tendini Abductoris pollicis, y hac inſerit oſſi ſeſamoïdeo.

## F I G U R A E X X.

### Secundus ordo Muſculorum, remotis, Abductore digiti minimi, maxima parte Abductoris pollicis, Flexore brevi digitorum pedis.

A B Tendo Flexoris longi digitorum pedis: B nodus, qua ſe ad calcaneum atterit. C D E F G Caput, quod ad Flexorem digitorum longum in planta accedit, è duabus à principio conſtans portionibus, C & D. Partis alterius C, origo E à calcaneo. Altera D, tenui tendine F incipit, G à calcaneo oriente. H Portio, quam tendo Flexoris longi digitorum adjungit continuatque tendini Flexoris longi pollicis. I. K. L. M quatuor tendines, in quos una cum capite, quod ad ipſum accedit, abit: qui tendines ad digitos quatuor parvos pertinent N. O. P. Q, per longitudinem quodammodo fiſſi, R inſertique oſſibus tertiis.
S T V Lumbricalis primus, T oriens à tendine primo & ſecundo Flexoris longi digitorum. V tendo ejus: ex quo & reliquorum tendo intelligitur.
W Lumbricalis ſecundus.
X Y Lumbricalis tertius, Y oriens à tendine ſecundo & tertio Flexoris longi digitorum.
Z a Lumbricalis quartus, a oriens à tendine tertio & quarto Flexoris longi digitorum.
b c d e Tendo Flexoris longi pollicis pedis, c hic portione à Flexoris longi digitorum pedis tendine accepta auctus, dein d per longitudinem quodammodo fiſſus, ad poſtremum e inſertus eſt oſſi ultimo pollicis.
f g h Tendo Tibialis poſtici. f nodus ejus, qua ad caput tali applicatus. g hic ſubtus oſſi naviculari inſertus. h hic inſertus cuneiformi magno.
i k Tendinis Tibialis antici extrema duo, quorum alterum i inſertum oſſi cuneiformi magno, alterum k pertinet ad os metatarſi pollicis.
l Pars portionis, quam aponeuroſis plantae media dat principiis Flexoris brevis pollicis. Confer Fig. 18. H.
m n Tendo Abductoris pollicis, truncatus. n extremum, quo ſe cum ligamento, quod ab oſſe ſeſamoïdeo pollicis exteriore pertinet ad os ejus primum, conjungit, inſeritque oſſi primo pollicis.
o Ligamentum, quod ab oſſe ſeſamoïdeo exteriore pollicis pertinet ad os ejus primum, conjunctum cum extremo tendinis Abductoris pollicis.
p q r Flexoris brevis pollicis pars, quae ad os ſeſamoïdeum pollicis exterius pertinet. q hac parte adjungit ſeſe tendini Abductoris pollicis. r hac inſerit ſeſamoïdeo exteriori.
s s Flexoris brevis pollicis pars, quae pertinet ad os ſeſamoïdeum interius pollicis.
t t Adductor pollicis.
u v w Extremum tendineum commune Flexoris pollicis brevis, Adductoris pollicis, & Tranſverſalis pedis: v hic inſertum oſſi ſeſamoïdeo interiori pollicis, w hic conjunctum cum ligamento, quod ab oſſe ſeſamoïdeo interiore pollicis pertinet ad os primum pollicis; eique oſſi cum ligamento illo inſertum.
x Ligamentum, quod ab oſſe ſeſamoïdeo interiore pollicis pertinet ad os primum pollicis; & conjunctum eſt cum extremo tendineo Adductoris pollicis.
y Tendo Peronei brevis.
z α β Tendo Peronei longi. α nodus, qua juxta calcanei eminentiam incedit. β nodus alter, qua ſe ad os cubiforme inflectit.
γ δ ε Ligamentum, quod à calcaneo oriens δ, inſerit ſe cubiformis eminentiae, ad quam ſe inflectit tendo Peronei longi. ε hac parte inſertum eminentiae illi.
ζ Pars tendinea, quae oritur à cubiformis tubere imo, abitque in principia Flexoris brevis digiti minimi, Interoſſei ejuſdem, & Interoſſei ſecundi digiti tertii parvorum. η Excurſus ligamenti, cui γ inſcripta; qui adjungens ſe parti tendineae mododictae ζ, cum ea efficit partem tendineam communem θ, quae accedit ad principia Flexoris brevis digiti minimi, Interoſſei ejuſdem digiti, utriuſque Interoſſei digiti tertii parvorum, Adductoris pollicis.
ι κ Flexor brevis digiti minimi, κ extremo tendineo inſertus oſſi primo digiti minimi.
λ Interoſſeus digiti minimi. Ejus extremum tendineum, quod inſertum oſſi primo hujus digiti, apparet inter Lumbricalem quartum & os primi ordinis digiti hujus: confer Fig. 22. ε.
μ ν Interoſſeus ſecundus digiti tertii parvorum. ν extremum tendineum, inſertum oſſi primo digiti illius.
ξ Interoſſeus primus digiti tertii parvorum; cujus Interoſſei extremum tendineum, inſertum oſſi primi ordinis ejusdem digiti, adeſt inter Lumbricalem tertium & os metatarſi oſque primi ordinis digiti hujus: confer Fig. 22. y.

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM DECIMAE EXPLANATIO.

ο Interoſſei ſecundi digiti ſecundi parvorum extremum tendineum, inſertum oſſi primi ordinis digiti illius.

Ab altero hujus digiti latere pariter adeſt extremum tendineum Interoſſei primi hujus digiti, inter Lumbricalem primum, & os metatarſi oſque primi ordinis digiti illius. Confer Fig. 22. s.

π Interoſſei ſecundi digiti primi parvorum extremum tendineum, inſertum oſſi primi ordinis digiti illius.

Ab altero quoque hujus digiti latere eſt extremum tendineum Interoſſei primi, inter Lumbricalem primum, & os metatarſi oſque primi ordinis digiti illius. Confer Fig. 22. m.

## FIGURAE XXI.

Muſculorum ordo tertius, remotis, capite, quod ad Flexorem digitorum longum in planta accedit; tendine Flexoris longi digitorum pedis, Lumbricalibus, tendine Flexoris longi pollicis pedis.

A Tendo Peronei brevis.

B C D Tendo Peronei longi. C nodus ejus, qua ad calcaneum applicatus. D nodus alter, qua ſe ad cubiforme inflectit. Caeterum inter r & l portiones, quae inſertae oſſi cuneiformi magno: confer Fig. 22. g. h.

E F G H I Tendo Tibialis poſtici, E hic truncatus. F nodus, qua ad tali caput applicatus. G hic ſubtus naviculari inſertus, H hic inſertus oſſi cuneiformi magno. I portio, quae ſe inſerit oſſi cuneiformi tertio, excurritque praeterea ad os metatarſi ſecundum, & ad tertium, datque portionem Flexori pollicis brevi.

K L M M Ligamentum, quod à calcaneo L oriens, pertinet ad os cubiforme, hic M M inſertum ei.

N Pars tendinea, quae oritur à cubiformis tubere imo, abitque in principia Flexoris brevis digiti minimi, Interoſſei ejuſdem, & Interoſſei ſecundi digiti tertii parvorum. O Excurſus ligamenti, cui K inſcripſi, qui adjungens ſe parti tendineae modo dictae N, cum ea efficit partem tendineam communem P, quae accedit ad principia Flexoris brevis digiti minimi, Interoſſei ejuſdem, utriuſque Interoſſei digiti tertii parvorum, Adductoris pollicis.

Q R Flexor brevis digiti minimi, R extremo tendineo inſertus oſſi primo digiti illius minimi.

S Interoſſeus digiti minimi. Juxta T extremum tendineum, inſertum oſſi primi ordinis.

U V Interoſſeus ſecundus digiti tertii parvorum. V extremum tendineum, inſertum oſſi primi ordinis.

W X Interoſſeus primus digiti tertii parvorum. X extremum tendineum, inſertum oſſi primi ordinis.

Y Z Interoſſeus ſecundus digiti ſecundi parvorum. Z extremum tendineum, inſertum oſſi primi ordinis.

a b Interoſſeus primus digiti ſecundi parvorum. b extremum tendineum, inſertum oſſi primi ordinis.

c d Interoſſeus ſecundus digiti primi parvorum. d tendo, inſertus oſſi primi ordinis.

e Tendo Interoſſei primi digiti primi parvorum, inſertus oſſi primi ordinis.

f g h i Transverſalis pedis. g hac parte oritur à capſa articulum digiti tertii parvorum cum ſuo oſſe metatarſi continente. h principium tendineum. i extremum, quo ſe adjungit extremo tendineo communi pollicis Adductoris Flexoriſque brevis.

k l m n Adductor pollicis. l pars ejus quodammodo ſeparata. m pars tendinea principii. n tendineum extremum.

o p q r s Flexoris brevis pollicis pars, quae pertinet ad os ſeſamoïdeum interius pollicis. p tendo à calcaneo q oriens, cujus tendinis pars abit in principium hujus Flexoris. r tendineum principium hujus partis Flexoris brevis, oriens ab oſſe cuneiformi medio. s tendinei extremi origo.

t u v Extremum tendineum commune Flexori brevi pollicis, Adductorique & Transverſali pedis: u hic inſertum oſſi ſeſamoïdeo interiori pollicis: v hac parte conjunctum cum ligamento, quod ab oſſe ſeſamoïdeo interiore ad os primum pollicis pertinet; cum eoque oſſi illi inſertum.

w Ligamentum, quod ab oſſe ſeſamoïdeo interiore pollicis oritur, ſeſeque inſerit oſſi primo pollicis, conjunctum cum Adductoris pollicis tendine.

x Pars illius portionis aponeuroſis plantae mediae, quae abit in principia utriuſque partis Flexoris brevis pollicis.

y z α Flexoris brevis pollicis pedis pars, quae pertinet ad os ſeſamoïdeum exterius pollicis. z hac parte accedit ad tendinem Abductoris pollicis: α hac inſerta oſſi ſeſamoïdeo exteriori pollicis.

β γ δ Truncatus Abductor pollicis. γ tendo ejus, extremo ſuo δ conjunctus cum ligamento, quod ab oſſe ſeſamoïdeo exteriore pollicis pertinet ad pollicis os primi ordinis; cum eoque oſſi illi inſertus.

ε Ligamentum, quod ab oſſe ſeſamoïdeo exteriore pollicis pertinet ad pollicis os primi ordinis, conjunctum cum tendine Abductoris pollicis.

ζ η Duae portiones extremae tendinis Tibialis antici: quarum altera, ζ, inſerta oſſi cuneiformi magno: altera, η, ad os metatarſi pollicis pertinet.

## FIGURAE XXII.

Ordo quartus Muſculorum, remotis, tendine Tibialis poſtici, ligamento, quod à calcaneo oriens, pertinet ad os cubiforme; Flexore brevi digiti minimi, Transverſali pedis, Adductore pollicis, Flexore brevi pollicis, ligamentis, quae ab oſſibus ſeſamoïdeis ad os primum pollicis pertinent; Abductoris pollicis extremo.

a Tendo Peronei brevis.

b c d e f g h i Tendo Peronei longi. c nodus, qua applicatus ad calcaneum. d nodus inſignior, qua ſe flectit ad cubiformis eminentiam. e extremum oſſi metatarſi pollicis inſertum. f portio à tendine abſcedens, in duaſque partes abeuns g. h, inſertas oſſi cuneiformi magno. i portio à tendine abſcedens, inſerta oſſi metatarſi ſecundo.

k. l Extrema duo tendinis Tibialis antici: quorum alterum k inſertum cuneiformi magno, alterum l oſſi metatarſi pollicis.

m n o Interoſſeus primus digiti primi parvorum. n ortus ejus ab oſſe metatarſi ſecundo. o tendo, inſertus oſſi primi ordinis.

p q r Interoſſeus ſecundus digiti primi parvorum. q principium tendineum, oriens ab oſſe metatarſi ſecundo & tertio. r tendo, inſertus oſſi primi ordinis.

s t u Interoſſeus primus digiti ſecundi parvorum. t ortus ejus ab oſſe metatarſi tertio. u tendo, inſertus oſſi primi ordinis.

v w x Interoſſeus ſecundus digiti ſecundi parvorum. w ortus ejus ab oſſe metatarſi tertio. x tendo, inſertus oſſi primi ordinis.

y z α Interoſſeus primus digiti tertii parvorum. z ortus ejus ab oſſe metatarſi quarto. α tendo, inſertus oſſi primi ordinis.

β γ δ Interoſſeus ſecundus digiti tertii parvorum. γ ortus ejus ab oſſe metatarſi quarto. δ tendo, inſertus oſſi primi ordinis.

ε ζ η Interoſſeus digiti minimi. ζ origo ejus ab oſſe metatarſi quinto. η tendo, inſertus oſſi primi ordinis.

## FIGURAE XXIII.

Syntaxis oſſium pedis extremi, ab inferiore parte. Haec addita, ut ex ea oſſium partes, quae in praecedentibus pedis extremi Figuris exſtant, intelligerentur; praeterquam quod etiam ob hoc addenda erat, quod in Sceleti figuris exhiberi non potuit.

A B C D E Calcaneus. B tuber, quod calcem efficit. C tuberculum laevi cartilagine cruſtatum, quod ſuſtinet tendinem Peronei longi. D eminentia, à qua ſubtus oritur ligamentum K Fig. 21. E ſinus, per quem incedit tendo Flexoris longi pollicis.

F G H Talus. G H caput laevi cartilagine cruſtatum, cujus capitis pars G ad articulum cum calcaneo pertinet, pars autem H committitur cum ligamento, quod à calcaneo ad naviculare ſub hoc capite deductum.

I K L Os cubiforme. K eminentia, ſecundum quam incedit tendo Peronei longi. L tuberculum eminens, laevi cartilagine cruſtatum, ad quod admotus nodus inſignis ejusdem illius tendinis.

M N Os naviculare. N tuber eminens, cui tendo Tibialis poſtici inſeritur.

O P Q Os cuneiforme magnum. P eminentia, cui tendo Tibialis poſtici inſeritur. Q eminentia, cui inſeritur pars tendinis Tibialis antici, k Fig. 22.

R Cuneiforme minus.

S T Cuneiforme medium. T tuberculum, à quo oritur tendineum principium Flexoris brevis pollicis, r Fig. 21.

U V W X Os metatarſi primum, id eſt, pollicis. V pars, cui inſeritur pars tendinis Tibialis antici, l Fig. 22. W ſuperficies, cui inſeritur tendo Peronei longi. X Caput anterius, laevi cartilagine cruſtatum.

Y. Z Oſſa ſeſamoïdea, appoſita ad articulum pollicis cum ſuo metatarſi oſſe. Y exterius, Z interius.

a f. b f. c f. d e f Oſſa metatarſi digitorum parvorum. a primi, b ſecundi, c tertii, d e quarti, cujus e tuber eminens. f. f. f. f capita anteriora, laevi cartilagine cruſtata.

g. h. i. k. l: m Oſſa primi ordinis, g pollicis, h. i. k. l digitorum parvorum. m orbita laevi cartilagine cruſtata: qualis & in reliquis.

n. o. p. q: r Oſſa ſecundi ordinis digitorum parvorum. r orbita laevi cartilagine cruſtata: qualis & in reliquis.

s t Os ultimum pollicis: t tuberculum extremum, quale & in oſſibus tertiis digitorum parvorum.

u. v. w. x Oſſa tertia digitorum parvorum.

## FIGURAE XXIV.

Muſculi ſub pectore, una cum parte proxima thoracis, ex interiore parte.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u v w Triangularis ſterni. a caput, oriens à coſta tertia, b principio tendineo: c origo à cartilaginea parte coſtae, d ab oſſea. e Caput, oriens à coſta quarta, f principio tendineo: g origo ab oſſea parte coſtae, h à cartilaginea. i Caput, oriens à coſta quinta, k principio tendineo: l origo à cartilaginea parte coſtae, m ab oſſea. n Pars tendinea communis duorum capitum ſuperiorum, quae in aliis conjuncta cum o parte tendinea capitis inferioris, in aliis ſeparata: eaque inſerta, p extremae cartilagini coſtae quartae, q oſſi pectoris inter extrema cartilaginis coſtae quartae & quintae, r extremae cartilagini coſtae quintae, s oſſi pectoris inter extremas cartilagines coſtae quintae & ſextae, t extremae cartilagini coſtae ſextae, u ſeptimae, v oſſi cartilaginis mucronatae, w ipſi cartilagini mucronatae.

x y z α Muſculus, Triangulari ſterni hic reſpondens, nonnunquam inventus. y origo ejus ab oſſea parte coſtae ſecundae, z à cartilaginea. α extremum tendineum, inſertum cartilagini coſtae tertiae.

β. γ. δ. ε. ζ. η. θ Coſtae: β ſecunda, γ tertia, δ quarta, ε quinta, ζ ſexta, η ſeptima, θ octava. ι. κ. λ. μ μ. ν ν. ξ ξ. ο Extrema cartilaginea coſtarum illarum.

π ρ σ τ Os pectoris. π os primum, quod ſuperius: ρ ſecundum, quod medium: σ tertium, quod inferius, & idem cartilaginis mucronatae. τ cartilago mucronata. Reliqua autem oſſis pectoris hujus praetereo, cum quod ad rem praeſentem non pertinent, tum quod in Tabulis oſſium explicabuntur.

©BIUM / R.
Caussimon



© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE ANATOMICAE UNDECIMAE
# MUSCULORUM HOMINIS
# EXPLANATIO.

SEquentibus Tabulis ſinguli Muſculi ſeparatim exhibiti ſunt, una cum oſſibus, quibus affixi, adjectique; partibuſque aliis, ad quas pertinent; ut opportunum viſum eſt. Omnia duplo majora quam in Tabulis ſuperioribus, eodem autem poſitu, & in quantum in iis exſtant, plane eadem: paucis exceptis, ad quae poſitus alius requirebatur, aut naturalis etiam magnitudo; de quibus ſuis in locis monitum.

Oſſium, & aliarum partium figurae, quae pleraeque omnes tantummodo lineares ſunt, aut per ſe ſatis cognoſcentur, aut ex Tabulis Sceleti, & Oſſium: quocirca index non niſi paucis additus.

## *MUSCULI PALPEBRARUM AMBITUSQUE OCULI, & SUPERCILII.*

Adde *Frontales* Fig. 7.

### FIGURAE I.

*Orbicularis palpebrarum cum Corrugatore ſupercilii.*

Quia Corrugator ſupercilii cum Orbiculari palpebrarum ita conjunctus eſt, ut pro parte ejus haberi poſſit, una cum eo exhibitus.

a *Corrugator ſupercilii*, accedens ad ſuperiorem & ad interiorem Orbicularis partem. A quo Corrugatore extimus Orbicularis margo per canthum minorem genamque fit.

b Origo ejus ab oſſe frontis, in glabella, & capite ſupercilii; principio uno, latiore.

*In Syntaxi*, Tab. II. a b in capite. In prima non apparet principium ejus, utpote ſub Frontali deliteſcens.

c d e f g h i k l m *Orbicularis palpebrarum.*

c Principii ſuperioris pars craſſior, qua oritur tum ab oſſe frontis, ſtatim ſupra priorem partem oſſis unguis; tum à vicina parte oſſis maxillaris ſuperioris. Ipſa autem origo exhiberi hic nequivit: at facile intelligetur, ſi conferatur Tab. I. Sceleti.

d Principii inferioris pars craſſior, qua in cantho majore oritur ab inferiore parte ligamenti n: & in primis ſubtus ab ora foraminis oculi, facta à proceſſu naſali oſſis maxillaris ſuperioris. Nequivit pariter ipſa ab oſſe origo hic exhiberi: confer autem Sceleti Tab. I.

e f g Pars craſſior, ambitum oculi tenens, hoc eſt, e ſupercilium, f magnam genae partem, & g quod ab angulo minore uſque in tempus eſt, circum quem angulum fibrae continuae ſunt.

h Pars tenuior principii ſuperioris, qua oritur à ſuperiore parte ligamenti n.

i Pars tenuior principii inferioris, qua oritur ab inferiore parte ligamenti n.

k. l Partes tenuiores, quibus palpebrae obductae, quaeque à ligamento n oriuntur, principiis h, i; & ſuis fibris ultra canthum minorem conveniunt in angulos acutos m, ſeſeque ibi decuſſant, implicantque.

*In Syntaxi*, Tab. I. m m n o o p q r in capite: ubi juxta canthum majorem, porroque in ſupercilio, tectus Frontali d e f g.

n Ligamentum, quod ab oſſe maxillari ſuperiore, è regione commiſſurae palpebrarum in cantho majore, ex tranſverſo ad commiſſuram illam deductum.

*In Syntaxi*, Tab. I. s in capite: & Tab. II. g in capite.

o Os frontis. Confer Sceleti Tab. I.

p Proceſſus naſalis oſſis maxillaris ſuperioris. Confer Sceleti Tab. I.

### FIGURAE II.

*Ciliaris.*

a Pars, quae marginem palpebrae ſuperioris tenet, b oriens à ligamento f.

c Pars marginem tenens palpebrae inferioris, pariterque oriens d à ligamento f.

e Duae illae partes canthum minorem circumeunt continuae.

*In Syntaxi*, Tab. II. h h in capite.

f Ligamentum, quod ab oſſe maxillari ſuperiore, è regione commiſſurae palpebrarum in cantho majore, ex tranſverſo ad commiſſuram illam deductum.

## *AURICULAE.*

Adde *Attollentem* & *Retrahentes* Fig. 6, & *Attollentem* & *Anteriorem* Fig. 7.

### FIGURAE III.

*Auriculae Attollens, Anterior, Retrahentes, ex interiore parte.*

a b c c *Attollens.*

a Principium tendineum, tenue.

b Pars carnea.

c c Extremi tendinei inſertio, ſuperiori & eidem priori parti eminentiae, quae in dorſo cartilaginis auriculae eſt, qua extrinſecus cavum illud, quod medium inter crura anthelicis.

Fibrae priores magis in poſteriora vergunt, quam poſteriores in priora.

Adde Fig. 6. g h, & Fig. 7. o p p q.

d Eminentia, quae in dorſo cartilaginis auriculae eſt, qua extrinſecus cavum illud, quod medium inter crura anthelicis.

e f g *Anterior.*

e Principium tendineum.

f Pars carnea, abeuns in extremum tendineum, quod inſertum dorſo g helicis eminentiae illius, quae concham diſtinguit, excurrens per eam.

Adde Fig. 7. r r s.

h i k l m *Retrahentes.*

h Principium tendineum Retrahentis ſuperioris.

i Principium tendineum Retrahentis medii, qui hic inſignior eſt, longiuſque veniens.

k Venter carneus communis ſuperioris & medii. Quod ut in corpore, è quo hanc figuram ſumſi, ſic in aliis animadverti. Venterque ille abit in extremum tendineum, hic inſertum inferiori parti dorſi l ſuperioris illorum auriculae cavorum, in quae concham helicis eminentia diſtinguit.

m Retrahentium inferior, ut illo in corpore fuit, inſertus dorſo n inferioris illorum auriculae cavorum, in quae concham diſtinguit excurrens helicis eminentia.

Adde Fig. 6. i k l.

### FIGURAE IV.

*Helicis major & minor, Tragicus, Antitragicus.*

a b *Helicis major*, principio tendineo oriens à ſuperiore parte partis exterioris acuti helicis proceſſus æ.

b Extremo in aliis helici extrinſecus hic inſertus; in aliis per exteriora Attollentis auriculae excurrens.

*In Syntaxi*, Tab. I. ⊗ in capite: & Tab. IX. n in capite.

c *Helicis minor*, helici d e, ubi illa è concha per priora auriculae adſcenſura, inciſuram habet, extrinſecus adjacens, & altero extremo, infra inciſuram illam affixus, altero ſupra eam.

*In Syntaxi*, Tab. I. ƶ in capite: & Tab. IX. o in capite.

f *Tragicus*, oriens à media exteriore parte cartilaginis conchae g, juxta tragum; & ad ſuperiorem partem tragi, vicinamque conchae deſinens.

*In Syntaxi*, Tab. I. Λ in capite: & Tab. IX. p in capite.

h k k *Antitragicus*, h oriens ab exteriore parte cartilaginis antitragi i, qua ille maxime eminet: k k extremo tendineo inſertus margini conchae l, in ipſo angulo inciſurae, quam cartilago auriculae pone antitragum ad imum helicis habet.

*In Syntaxi*, Tab. I. Π in capite: & Tab. IX. q in capite.

### FIGURAE V.

*Tranſverſus auriculae.*

a b c c d Pars ad anthelicem pertinens, cujus partis fibrae longiores ſunt. a b principio tendineo oritur à poſteriore parte dorſi a b cavi ſuperioris conchae. c c extremo tendineo inſerta cavo anthelicis dorſo c c, & parva etiam parte eminenti dorſo ſcaphae d.

a e e f Pars ad ſcapham pertinens, è faſciculis conſtans brevioribus, laxiuſque conjunctis, & magnam partem tanquam in plures muſculos minores diſtinctis, ac fere tendineis. Oritur à ſuperiore parte dorſi a f cavi ſuperioris conchae: e e inſerta inferiori parti eminentis dorſi ſcaphae e e.

Hic in praecedentibus Tabulis exhiberi nequivit.

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM UNDECIMAE EXPLANATIO.

## *CUTIS CAPITIS, FRONTIS, SUPERCILIORUM, DORSI NASI.*

### FIGURAE VI.

*Occipitalis cum Frontali. Attollens auriculam, & Retrahentes.*

a b b c d e e. *Occipitalis.*

a Principium tendineum, oriens ab oſſe occipitis b b, & temporis.

c Pars carnea.

d e e Aponeuroſis, in quam caro abit. e e hic Temporalis, qui ſubjacet, eam attollit.

*In Syntaxi*, Tab. V. a b c d d in capite: & Tab. IX. a b c d in capite.

f *Frontalis.*

*In Syntaxi*, Tab. V. h in capite.

Vide Fig. 7. a a b &c.

g h *Attollens auriculam.*

g Principium tendineum, tenuibus ſparſiſque filis ſenſim abſcedens ab Epicranio, rotundi ambitus initio.

h Pars carnea, auriculam ſubeuns.

Adde Fig. 7. o p p q, & Fig. 3. a b c c.

*In Syntaxi*, Tab. V. f g in capite: & Tab. IX. g h in capite.

i. k. l *Retrahentes*, auriculam ſubeuntes.

i Superior, k medius, principio tendineo orientes ab oſſe occipitis.

l Inferior, pariter ab oſſe occipitis oriens.

Adde Fig. 3. h. i k l. m.

*In Syntaxi*, Tab. V. m. n. o in capite: & Tab. IX. k. l. m in capite.

### FIGURAE VII.

*Frontales cum Compreſſoribus narium. Auriculae Attollens, & Anterior.*

a a b b c d e f g h i k *Frontales.*

a a Frontalium aponeuroſis, qua cum Occipitalibus conjuncti.

b b Partes carneae, ovato mucrone incipientes, & circa ſuperiorem eandemque mediam frontis partem ſe conjungentes in unum c.

d Pars per glabellam excurrens, porroque per dorſum naſi, ubi ad poſtremum in aponeuroſem tenuem abit, quae confluit cum ſimili tenuitate Compreſſorum narium; quibus e hac parte implicata, f hac continuata.

g Portio, quae accedit ad exteriorem partem principii Levatoris labii ſuperioris alaeque naſi: à quo reſciſſa.

h Mucro, qui ſe oſſi frontis in angulo majore oculi inſerit, mox ſupra ligamentum, quo angulus major oculi alligatus oſſi maxillari ſuperiori, n Fig. 1.

i Hic fibrae ſe ex latere ſecundum ſupercilium flectunt ad angulum majorem.

k Hac parte ad Orbicularem palpebrarum deſinit. Ubi in aliis animadverſae fibrae, quae ſe Corrugatori circa tempus adjungebant, circumeuntes cum eo canthum minorem.

*In Syntaxi*, Tab. I. a a b b c d d e e f f g g h h i k l in capite.

l m n n *Compreſſores narium.*

Principium, oriens ab exteriore parte radicis alae naſi.

m Hic ſe in membranae ſpeciem extenuat; quae ſe cum ſimili membranaceo Frontalium extremo conjungit f, implicatque e, ac faſciculis ſubtilibus dorſum naſi conſcendit, donec eos dexter ſiniſterque commiſceant, n n.

*In Syntaxi*, Tab. I. t u in capite; ubi ex parte tectus Levatore labii ſuperioris alaeque naſi, x y.

o p p q *Attollens auriculam.*

o Principium tendineum, p p tenuibus ſparſiſque filis ſenſim abſcedens ab Epicranio.

q Pars carnea, auriculam ſubeuns.

Adde Fig. 6. g h, & Fig. 3. a b c c.

*In Syntaxi*, Tab. I. Γ Δ in capite.

r r s *Anterior auriculae.*

r r Principium tendineum, quod tenuibus ſparſiſque tendineis filis naſcitur ex Epicranio, ſupra zygoma fere medium.

s Pars carnea, auriculam ſubeuns.

Adde Fig. 3. e f g.

*In Syntaxi*, Tab. I. Z in capite. Et Tab. V. k in capite: & Tab. IX. i in capite.

t Aponeuroſis Occipitalis.

*In Syntaxi*, Tab. I. a.

## *NASI.*

Adde *Frontalem* & *Compreſſorem naris* Fig. 7. & *Levatorem labii ſuperioris alaeque naſi* Fig. 10.

### FIGURAE VIII.

*Depreſſor alae Naſi.*

a a b Principium, quo oritur ab oſſe maxillari ſuperiore, extrinſecus ubi gingiva, ab alveolis dentium inciſorum a a, & canini b.

c c Hic ſe inſerit circum alae radicem.

d Hic ſubtus ſe inſerit, à ſepto naſi ſecundum foramen naſi, qua is cum labio cohaeret, uſque ad alam.

*In Syntaxi*, Tab. III. l m in capite; ubi tecta pars Orbiculari oris n. Dein Tab. II. F in capite; ubi magnam partem tectus Naſali labii ſuperioris G, & Orbiculari oris H.

## *ORIS ET LABIORUM, QUORUM ALII ETIAM AD GENAS PERTINENT, ALII AD BUCCAS, ALII AD LOCA, QUAE SUNT A MENTI LATERIBUS.*

Adde *Latiſſimum colli* Fig. 16.

### FIGURAE IX.

*Depreſſores Labii inferioris.*

a a. a Origo ab exteriore parte maxillae inferioris, paullo ſupra imum ejus marginem, à latere menti.

b b Extrema, quae pertinent ad totam prope longitudinem labii inferioris, hoc ubi rubrum eſſe incipit, deſinentia.

c Hic ſe decuſſant.

Adde Fig. 16. m f.

*In Syntaxi*, Tab. II. K K L M in capite. Dein Tab. I. M M N in capite; ubi majorem partem tecti Depreſſoribus angulorum oris Q Q, & faſciculis ſubtilibus L L, qui partim procedunt à Zygomaticis majoribus, partim à Depreſſoribus angulorum oris veluti abludunt.

d e Orbicularis oris pars, quae eſt in rubro margine labiorum. Haec addita, quo appareat, quomodo Depreſſores labii inferioris ad eam in labio inferiore deſinant.

### FIGURAE X.

*Levator labii ſuperioris alaeque naſi. Levator labii ſuperioris. Portio ab Orbiculari palpebrarum accedens ad labium ſuperius. Zygomaticus minor, & major. Depreſſor anguli oris. Naſalis labii ſuperioris. Orbicularis oris.*

Hi omnes ſimul exhibiti, quod adeo cohaerent inter ſe.

a b c *Levator labii ſuperioris alaeque naſi.*

a Origo à proceſſu naſali oſſis maxillaris ſuperioris, juxta canthum majorem oculi, principio tendinoſo.

b Extremum, quod per labium ſuperius juxta naſi latus decurrit, per priora Naſalis labii ſuperioris, ſenſim extenuatum, perque labium evaneſcens. Ubi juxta alam naſi procedit, faſciculos inſerere ſolet ſuperiori ejus parti juxta genam: quod exhiberi hic non potuit.

c Portio tenuis, quam per pingue lateris naſi demittit ad alam, eam verſus paullatim evaneſcentem.

d Portio, quae ad exteriorem ejus partem accedit à Frontali, g Fig. 7: à quo reſciſſa.

*In Syntaxi*, Tab. I. w x y in capite: ubi principium ejus ex parte tectum Orbiculari palpebrarum q.

e e f *Levator labii ſuperioris.*

e e Principium ſimplex, quo in gena ſupra foramen, quod infra orbem oſſeum oculi eſt, oritur, ſecundum inferiorem partem orbis illius.

f Extremum, quod per labium ſuperius ſuper Orbicularis oris partem, quae à Naſali labii ſuperioris efficitur, excurrens, inſigniter extenuatum ſenſim evaneſcit. In fine conjungit ſe cum Levatore labii ſuperioris alaeque naſi.

*In Syntaxi*, Tab. I. z A in capite: ubi principium ejus tectum Orbiculari palpebrarum q m.

g h *Portio ab Orbiculari palpebrarum accedens ad labium ſuperius.*

g Hic reſecta ab Orbiculari illo.

h Extremum, quod ſe mox ab altera parte adjungit ad Levatorem labii ſuperioris: poſt ab altera ad Zygomaticum minorem, & cum iis ſe per labium ſuperius extenuat, deſinitque.

*In Syntaxi*, Tab. I. B in capite.

i k *Zygomaticus minor.*

i Ortus à priori parte lateris externi oſſis jugalis, aliquanto infra quam à media lateris illius altitudine.

k Extremum extenuatum, quo per labium ſuperius ſupra Orbicularem oris excurrit, ut proxime praecedentes.

*In Syntaxi*, Tab. I. C in capite: ubi principium contectum eſt Orbiculari palpebrarum m.

l m n *Zygomaticus major.*

l Origo ab externo latere oſſis jugalis, paullo ſupra ejus marginem inferiorem, ibi ubi proceſſum poſteriorem inchoat.

m Hic abit in Depreſſorem anguli oris.

n Subtiles faſciculi, qui per exteriora primum Depreſſoris anguli, dein Depreſſoris labii inferioris, excurrunt, à latere anguli per proximam labii inferioris partem in latus oppoſitum.

Adde Fig. 13. a b c d e.

*In Syntaxi*, Tab. I. E F G in capite: ubi principium ex parte tectum Orbiculari palpebrarum m.

o o m *Depreſſor anguli oris.*

o o Origo, ab exteriore parte imi marginis maxillae inferioris, à latere menti.

m Extremo ſuo ſe ab exteriore parte continuat Zygomatico majori.

Adde Fig. 11. a b c, & Fig. 12. e f g, & Fig. 13. f g h i.

*In Syntaxi*, Tab. I. Q R R S in capite.

p Subtiles faſciculi, à Depreſſore anguli velut abludentes, unaque cum ſimilibus Zygomatici majoris n, per exteriora Depreſſoris labii inferioris excurrentes.

*In Syntaxi*, Tab. I. L in capite.

q r *Naſalis labii ſuperioris*, qui pro capite ad Orbicularem oris accedente haberi poteſt.

q Prin-

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM UNDECIMAE EXPLANATIO.

q Principium, oriens in globo naſi ab apice cartilaginis, è qua cum pare ejus globus ille majorem partem fit: indeque continuo ſecundum marginem ſepti, ex ejus involucris, uſque qua labium ſepto continuatum.

r Hic ſe ad Orbicularem oris adjungit.

Adde Fig. 11. f.

*In Syntaxi*, Tab. II. G in capite. Dein Tab. I. H in capite: ubi (ut hic) ex parte tectus extremo Levatoris labii ſuperioris alaeque naſi y, Levatoris labii ſuperioris A, portionis ab Orbiculari palpebrarum accedentis B, Zygomatici minoris C.

s t *Orbicularis oris.*

t Pars, quae eſt in rubro margine labiorum.

Adde Fig. 11. g h i i, & Fig. 12. h i, & Fig. 13. m o, & Fig. 14. f g h i k l.

*In Syntaxi*, Tab. I. I K K in capite: ubi (ut hic) in labio inferiore tectus eſt Zygomaticis majoribus L L, & Depreſſoribus labii inferioris L Q L Q.

u *Depreſſor labii inferioris*, hic magnam partem tectus Depreſſore anguli oris o o m: itemque ſubtilibus faſciculis, ab eo veluti abludentibus p; & excurrente portione tenui Zygomatici majoris n, ut in *Syntaxi*, Tab. I. M N tectus Q L in capite.

Vide Fig. 9. a a b c.

Ex ſiniſtris his dextri facile cognoſcentur.

## FIGURAE XI.

*Zygomaticus major. Depreſſor anguli oris. Levator anguli. Naſalis labii ſuperioris. Orbicularis oris.*

k l m *Zygomaticus major.*

l Hic reſecta pars exterior, quae ſe continuat Depreſſori anguli, & excurrit per labium inferius. Confer m o Fig. 10.

m Pars tenuis, quae decurrit pone continuationem Depreſſoris Levatoriſque anguli oris, c Fig. 13.

a b *Depreſſor anguli oris.*

b Hic reſecta pars exterior, quae ſe continuat Zygomatico majori. Confer o o m Fig. 10.

c Pars, quae abit in Naſalem labii ſuperioris, inque exteriorem partem Orbicularis oris, qua is labium ſuperius ab oris angulo juxta os ambit. Jacet haec pars Depreſſoris ſub fibris Zygomatici majoris, n Fig. 10; hic remotis.

Adde Fig. 12. e f g, & Fig. 13. f g h i.

d d e *Levator anguli oris*, hic à principio quodammodo biceps.

d d Origo è foſſula, quae in priori parte oſſis maxillaris ſuperioris, inter dentes molares primos & foramen, quod infra orbem oſſeum oculi eſt.

e Hac parte ſe continuat Depreſſori anguli.

Adde Fig. 12. a b c d.

*In Syntaxi*, Tab. II. B C in capite. Dein Tab. I. D D in capite; ubi tectus Zygomatici majoris parte exteriore G, quae ſe continuat Depreſſori anguli oris, & per labium inferius excurrit: tectus & Zygomatico minore C, & portione ab Orbiculari palpebrarum accedente ad labium ſuperius B, & Levatore labii ſuperioris z A.

f *Naſalis labii ſuperioris*, nudus: qui ſe ad Orbicularem oris in labio ſuperiore adjungit, continuatque Depreſſori anguli oris c.

Vide Fig. 10. q r.

*In Syntaxi*, Tab. II. G in capite.

g h i i *Orbicularis oris.*

g Pars, quae eſt in labio ſuperiore; hic continuatio Depreſſorum anguli oris c.

h Pars, quae in labio inferiore.

i. i Partes, quae in rubro margine labiorum.

Adde Fig. 12. h i, & Fig. 13. m o, & Fig. 14. f h i k l.

*In Syntaxi*, Tab. III. n o p p q r s in capite. Dein Tab. II. H I I in capite, ubi in labio inferiore tectus Depreſſoribus labii illius K K M. Dein Tab. I. I K K in capite; ubi in labio inferiore tectus eſt Depreſſoribus labii inferioris L Q L Q, & Zygomaticis majoribus L L.

## FIGURAE XII.

*Levator anguli oris, Depreſſorque. Orbicularis oris.*

a b c d *Levator anguli oris.*

a b Quodammodo biceps à principio.

c Pars ejus, quae ſe continuat interiori parti Depreſſoris anguli oris.

d Pars, quae ad exteriorem partem Orbicularis oris accedit, qua is ſe per labium inferius flectit.

Vide Fig. 11. d d e.

e *Depreſſor anguli oris.*

f Hinc reſecta Depreſſoris pars exterior, quae ex parte ſe continuat Zygomatico majori, m Fig. 10, & b Fig. 11.; ex parte accedit ad Orbicularem oris, c Fig. 11.

g Pars interior, quae Levatori anguli oris continuata.

Vide Fig. 10. o o m.

h i *Orbicularis oris.*

h Pars, quae eſt in labio inferiore; hic continuatio Levatorum angulorum oris d.

i Pars, quae in labio ſuperiore.

Vide Fig. 11. g h i i.

k Naſalis labii ſuperioris. Vide Fig. 11. f.

l Hic Orbicularis oris truncatus eſt, remotaque illa ejus pars, quae Levatorem anguli oris tegit in Fig. 11.

m Zygomaticus major, ut Fig. 11. k l m.

## FIGURAE XIII.

*Zygomaticus major. Depreſſor anguli oris. Orbicularis oris. Buccinator.*

a b c d e *Zygomaticus major.*

b Hic reſecta pars exterior, quae ſe continuat Depreſſori anguli, & excurrit per labium inferius: ut Fig. 11. l.

c Pars tenuis, quae decurrit pone continuationem Depreſſoris Levatoriſque anguli oris: eadem, quae Fig. 11. m. Eaque deinde

d ſe potiſſimum adjungit exteriori parti Buccinatoris, cum eoque pergit ad Orbicularem oris, ejus deinde partem in labio ſuperiore efficiens:

e praetereaque aliqua parte ſe deorſum curvat, continuatque interiori parti Depreſſoris anguli oris.

f g h i *Depreſſor anguli oris.*

g Hinc, ut Fig. 12. f, reſecta pars exterior, quae ex parte ſe continuat Zygomatico majori, m Fig. 10, & b Fig. 11.; ex parte accedit ad Orbicularem oris, c Fig. 11.

h Hic reſecta pars interior, quae continuata Levatori anguli, g Fig. 12.

i Pars, quae ad interiorem partem Orbicularis oris in labio ſuperiore accedit.

k k Buccinator. Vide Fig. 14. a &c.

l Naſalis labii ſuperioris, k Fig. 12.

m Orbicularis oris pars, quae eſt in labio ſuperiore, i Fig. 12.

n Hic truncata, ut l Fig. 12.

o Orbicularis oris pars, quae eſt in labio inferiore, h Fig. 12.

p Hic truncata, ubi ad eam extrinſecus accedit pars Levatoris anguli, d Fig. 12.

## FIGURAE XIV.

*Buccinator. Orbicularis oris.*

a b c d e *Buccinator.*

b Pars, quae abit in Orbicularis oris partem, quae eſt in labio ſuperiore.

c Pars, quae abit in Orbicularis oris partem, quae eſt in labio inferiore.

d Buccinatoris faſciculus, qui ad labium ſuperius procedit, acceditque ibi ad interiorem partem Orbicularis oris.

e Hac parte Buccinator continuat ſe portioni k l, ad Orbicularem oris accedenti.

Vide Fig. 13. k k, & adde Fig. 23. Tab. XII.

*In Syntaxi*, Tab. III. v w x y z in capite. Dein Tab. II. z in capite; ubi pars tecta Levatore anguli oris B, & Depreſſore E; pars pone Maſſeterem r deliteſcit. Dein Tab. I. T in capite; ubi pariter tectus Levatore anguli oris D, & Depreſſore Q S, & pone Maſſeterem V deliteſcit; & praeterea tectus Zygomatico majore E G, & Latiſſimo colli δ γ γ.

f g h i *Orbicularis oris.*

f Pars, quae in labio ſuperiore eſt.

g Hic reſectus Depreſſor anguli oris, qua abit in exteriorem partem Orbicularis oris, qua is labium ſuperius ab angulo oris juxta os ambit, c Fig. 11.

h Pars, quae eſt in labio inferiore.

i Hic ſubit faſciculum d, & continuatur Buccinatori. Extrinſecus autem accipit partem Levatoris anguli, d Fig. 12., hic remotam.

k l Portio, quae ad Orbicularem oris accedit, procedens à maxilla inferiore.

k Origo ejus ab exteriore parte maxillae inferioris, infra eminentem alveolum dentis canini.

l Hinc porro ſe continuat Buccinatori.

Adde Fig. 11. g h i i. & f, & Fig. 12. h i d. & k, & Fig. 13. m o i. & l.

*In Syntaxi*, Tab. III. t u in capite; ubi primum initium tectum Levatore menti β. Dein Tab. II. ubi inter Depreſſorem labii inferioris K L & Depreſſoris anguli oris partem E in capite: caeterum tectus ibi utroque; & quae ibi nuda pars, ea in Tab. I. Depreſſori anguli Q R R S in capite, ſubjecta.

## MENTI

## FIGURAE XV.

*Levatores menti.*

a Principium oriens à priori parte maxillae inferioris, mox infra marginem ejus ſuperiorem, ab alveolo inciſoris lateralis, ab eoque ab altera parte uſque ad alveolum inciſoris medii, ab altera uſque ad canini alveolum.

b Hic ad ſe mutuo curvati, ſe in mento commiſcent, partimque continuant.

c Faſciculi, quos pingui menti immiſcent.

*In Syntaxi*, Tab. III. ε β γ δ in capite; ubi à principio tecti Orbiculari oris r. Dein Tab. II. N O in capite; ubi pars major ſubjecta Depreſſoribus labii inferioris K K. Dein Tab. I. O P in capite; ubi pariter pars major ſubjecta Depreſſoribus labii inferioris M M.

## ORIS, LABII INFERIORIS, VICINAE MALAE, AURICULAE, CUTIS COLLI QUAE EST INFRA MALAM, USQUE IN PECTUS ET HUMERUM.

## FIGURAE XVI.

*Latiſſimus colli, cum Depreſſore labii inferioris.*

a a a &c. *Latiſſimus colli.*

a a a Principium è tenuibus magnamque partem ſparſis faſciculis conſtans: quo in pectore infra claviculam, & in humero incipit.

b. b. b Faſciculi, qui in quibuſdam hominibus in latere colli accedunt.

c. c Faſciculi ſparſi, quibus in mala evaneſcentibus definit.

d Faſciculus, qui per exteriorem partem Depreſſoris anguli oris porrectus angulum illum verſus.

e e Pars tenuis, quae ſubit Depreſſorem anguli oris, cum eoque decurrit, ſeſeque conjungit

f Hic portionem dat Depreſſori labii inferioris.

g g Hic ſe maxillae inſerit, infra ortum Depreſſoris anguli oris.

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM UNDECIMAE EXPLANATIO.

h h Hic maxilla, quam conſcendit, eminet.
i k Hic eminent, i Sternomaſtoïdeus, k Cleidomaſtoïdeus; quos veſtit.
l l Hic clavicula eminet.
*In Syntaxi*, Tab. I. Ω &c. in collo.
m *Depreſſor labii inferioris*. Vide Fig. 9. a a b c.
n Depreſſor anguli oris hic truncatus.

## PALPEBRAE SUPERIORIS. GLOBI OCULI.

### FIGURAE XVII.

*Syntaxis Muſculorum, qui in cavo oſſeo oculi ſiniſtri collocati ſunt, à ſuperiore parte exhibita, una cum tarſo palpebrae ſuperioris, globo oculi, nervo optico, cartilagine orbiculi Obliqui ſuperioris.*

a Levator palpebrae ſuperioris. Vide Fig. 21. A principio ex parte ſubjacet Obliquo ſuperiori. Confer Figuram eandem.
b Tarſus palpebrae ſuperioris.
c Rectus attollens, qui Levatori palpebrae magnam partem ſubjacet. Vide & confer Fig. 23.
g Rectus deprimens. Vide Fig. 18. d d, & Fig. 19. i k.
f Rectus abducens. Vide Fig. 18. a b, & Fig. 19. a b c d. Ex parte in fine ſubjacet Levatori palpebrae ſuperioris: confer Fig. 18. Ab initio Recto attollenti: confer Fig. 18. Itemque nervo optico: vide Fig. 18.
d Obliquus ſuperior, cum cartilagine orbiculi, circa quam ſe tendine ſuo inflectit. Vide Fig. 22. Tendo in fine ſubjacet Levatori palpebrae ſuperioris, & Recto attollenti. Confer Figuram eandem.
e Rectus adducens, ſubjectus Obliquo ſuperiori. Vide Fig. 18. c, & Fig. 19. e f g h.
h Obliquus inferior. Vide Fig. 19. l l m.
i Globus oculi. Vide Fig. 18. g.
k Nervus opticus, truncatus. Vide Fig. 18. i.
Initia Obliqui ſuperioris, Levatoris palpebrae ſuperioris, Recti attollentis, ambiunt nervum opticum: quemadmodum ab inferiore parte initia Recti abducentis, deprimentis, adducentis, Fig. 20.

### FIGURAE XVIII.

*Remotis Muſculis primis figurae proxime praecedentis, Levatore palpebrae ſuperioris cum tarſo, Recto attollente, Obliquo ſuperiore cum cartilagine orbiculi ſui, proxima facies exhibita.*

a b Rectus abducens. b tendo ſcleroticae inſertus. Principium craſſius jacet ſub nervo optico. Vide Fig. 19. c.
c Rectus adducens. Caput craſſius ſubjacet nervo optico. Confer Fig. 19. f.
d d Rectus deprimens. Vide Fig. 19. i k.
e f Obliquus inferior. Vide Fig. 19. l l m.
Ejus extremum latum e ſcleroticae innexum, in externo globi latere, inter nervum opticum, & mediam rotunditatem, quae inter eum & corneam intercedit.
g h Globus oculi. h cornea.
i Nervus opticus.

### FIGURAE XIX.

*Muſculos eoſdem exhibet, quos Figura octava & decima, remoto globo oculi cum nervo optico.*

a Rectus abducens, c caput praecipuum, ab initio tendineum, a Fig. 26. b caput gracilius, tendineum, c Fig. 26. d tendo, in quem abit. Confer Fig. 18. a b.
e Rectus adducens. f caput praecipuum, majorem partem tendineum, a Fig. 25. g caput gracilius, tendineum, b Fig. 25. h tendo, in quem abit. Confer Fig. 18. c.
i Rectus deprimens, qui à principio ſubjacet Recto abducenti a, & adducenti e. k tendo, in quem abit. Confer Fig. 18. d d.
l l Obliquus inferior. m principium tendineum. Confer Fig. 18. e f.

### FIGURAE XX.

*Eſt Syntaxis Figurae octavae decimae, ab inferiore parte exhibita.*

a Rectus adducens. c caput craſſius, majorem partem tendineum, a Fig. 25. b tendo, in quem abit. Confer Fig. 18. c, & Fig. 19. e.
d e f Rectus abducens. e caput gracilius, tendineum, c Fig. 26. f tendo, in quem abit. Confer Fig. 18. a, & Fig. 19. a.
g g Rectus deprimens. Vide Fig. 24. & confer Fig. 18. d d, & Fig. 19. i k.
h Obliquus inferior. i principium tendineum. Extremo ſuo ſubit Rectum abducentem d. Confer Fig. 18. e f, & Fig. 19. l l m.
k l Globus oculi. l cornea.
m Nervus opticus.

### FIGURAE XXI.

*Levator palpebrae ſuperioris.*

a a Principium tendineum, quo à principio cum Recto attollente oculi cohaeret, unaque cum eo & oritur à ſuperiore, & à proxima interiore parte foraminis oſſis multiformis, quo nervus opticus cavum oſſeum oculi intrat; & ſubtus etiam cohaeret cum vagina nervum opticum continente, portionibus tendineis exiguis, tanquam excurſu quodam tendineo.
b Pars carnea.
c Aponeuroſis, in quam abit; pertinens ad palpebrae ſuperioris cartilaginem, cui tarſi nomen.
d Tarſus palpebrae ſuperioris.
e e Globus oculi.
f f Nervus opticus.
*In Syntaxi*, Fig. 17. a; ubi principium ejus ex parte ſubjacet principio Obliqui ſuperioris d.
Adde & Fig. 27. a.

### FIGURAE XXII.

*Obliquus ſuperior.*

a Principium tendineum, quo oritur à ſuperiore & eadem laterali exteriore parte ambitus foraminis, quo nervus opticus intrat; & ſubtus etiam quodam veluti excurſu tendineo cum vagina nervi optici cohaeret.
b Venter carneus.
c Tendo, qui d curvat ſe circum cartilaginem orbiculi, quem tranſit: poſt recurrit ad ſuperiorem partem globi; ad quem appropinquans lateſcit & extenuatur, ad poſtremumque ſe ſcleroticae oblique inſerit e; & quidem, ſi globum à priore parte in poſteriorem metiaris, paullo poſt mediam ſummam partem ejus: ſi per tranſverſum, aliquanto ultra medium, in latus externum.
f Cartilago orbiculi alicujus, oſſi frontis juxta canthum majorem ſub ſupercilio affixi: quem tendo Obliqui ſuperioris tranſit.
*In Syntaxi*, Fig. 17. d; ubi tendo ſub Levatore palpebrae ſuperioris a primum, dein Recto attollente, incedit. Adde Fig. 27. d.
g h Globus oculi. h cornea.
i Nervus opticus.

### FIGURAE XXIII.

*Rectus attollens.*

a a Principium tendineum, quod ab initio cohaeret cum Levatore palpebrae ſuperioris, unaque cum eo oritur ab interno latere partis ſuperioris foraminis optici: praetereaque à margine oſſis multiformis, qui inter foramen optici, & quod mox infra illud ſequitur, medius: & ſubtus etiam exiguis portionibus tendineis, tanquam tendineo quodam excurſu, cohaeret cum vagina nervi optici.
b Venter carneus.
c Superficies tendinoſa, qua tendo d hic incipit, ſcleroticae extremo ſuo innexus.
*In Syntaxi*, Fig. 17. c; ubi ex parte tectus Levatore palpebrae ſuperioris a.
Adde Fig. 27. b c c.
e f Globus oculi. f cornea.
g Nervus opticus.

### FIGURAE XXIV.

*Rectus deprimens, ab inferiore parte.*

a Principium tendineum, nihil quicquam cum optici nervi vagina cohaerens, orienſque ab inferiore & eadem cavum oſſeum oculi reſpiciente parte portionis oſſeae, quae foramen optici, & quod mox infra illud ſequitur, diſcriminat. Animadverti & exigua parte oriens à ligamento illo, quod à latere inferioris partis foraminis optici, qua reſpicit foramen, quod mox infra ſequitur, pertinet ad illius foraminis marginem oppoſitum, qua foramen illud rotundum eſt, juxta principii rimae, in quam abit, marginem inferiorem.
b Venter carneus.
c Superficies tendinoſa, qua tendo d hic incipit, extremo ſuo ſcleroticae innexus.
*In Syntaxi*, Fig. 20. g g, & Fig. 19. i k, ubi à ſuperiore parte à principio tectus Recto adducente e, & abducente a. Adde & Fig. 18. d d, & Fig. 17. g. Adde & Fig. 27. l.
e f Globus oculi. f cornea.
g Nervus opticus.

### FIGURAE XXV.

*Rectus adducens, à latere.*

a Caput craſſum, idque tendineum; quo oritur ab inferiore parte foraminis optici, & à proxima lateris ejus illius, quo reſpicit naſum. Cum vagina nervi optici nihil quicquam cohaeret.
b Caput gracile, pariter tendineum; quod ab initio cohaerens cum Levatore palpebrae ſuperioris & Recto attollente, unaque cum iis cum Obliquo ſuperiore; cum iis & à foramine optici oritur, & cum nervi illius vagina cohaeret.
c Venter carneus.
d Superficies tendinoſa, qua tendo e hic incipit, ſcleroticae innexus extremo ſuo.
*In Syntaxi*, Fig. 17. e; ubi ſubjacet majorem partem Obliquo ſuperiori d, & à principio etiam Levatori palpebrae ſuperioris. Dein Fig. 18. c, & Fig. 19. e, & Fig. 20. a. Adde Fig. 27. e f g.
f g Globus oculi. g cornea.

### FIGURAE XXVI.

*Rectus abducens, à latere.*

a Caput craſſius, à principio tendineum: quod primum cum Recto depreſſore oritur, ab inferiore autem parte foraminis optici, juxta latus externum: continuoque inde inferiore parte ſui à ligamento i, & ubi ligamentum illud definit, continuo inferiore pariter parte ſui (hic truncata b) oritur à proxima parte marginis foraminis, quod mox infra opticum ſequitur. Atque hoc caput nihil quicquam cum optici vagina cohaeret.
c Caput gracilius, tendineum; quod ab initio cohaeret cum Recto attollente,

© BIUM / R. Cauſſimon



te, unaque cum eo & à foramine optici oritur, & cum vagina nervi illius cohaeret.

d Venter carneus.

e Superficies tendinoſa, qua tendo f hic incipit, extremo ſuo innexus ſcleroticae.

*In Syntaxi*, Fig. 17. f, & Fig. 18. a, & Fig. 19. a, & Fig. 20. d. Adde Fig. 27. h i k.

g h Globus oculi. h cornea.

i Ligamentum, quod à latere inferioris partis foraminis, quo nervus opticus intrat, qua parte foramen illud reſpicit foramen quod mox infra ſequitur, incipit, indeque pertinet ad oppoſitum ſibi marginem foraminis illius, qua id rotundum eſt, juxta inferiorem marginem principii rimae, in quam abit.

## FIGURAE XXVII.

*Muſculi oculi omnes cum Levatore palpebrae ſuperioris, in cavo oſſeo oculi, à priori parte. Reſciſſae partes anteriores Rectorum, Obliqui ſuperioris, & Levatoris palpebrae.*

Haec Figura aliquantum differt à Tab. IV. quemadmodum in aliis animadverti.

a *Levator palpebrae ſuperioris.* Cujus origo ob Rectum attollentem exhiberi nequivit. Confer Fig. 21. a a.

*In Syntaxi*, Tab. IV. a b b in capite. Reſciſſa autem pars anterior, Tab. II. c d in capite: quae in Tab. I. jacet poſt Orbicularem palpebrarum, o in capite.

b *Rectus attollens*, c c oriens à ſuperiore parte foraminis optici, & à margine oſſis multiformis, qui inter foramen illud, illudque, quod mox infra ſequitur, medius. Adde Fig. 23. a a.

*In Syntaxi*, Tab. IV. e f in capite. Reſciſſa pars anterior, Tab. III. e in capite: quae in Tab. II. jacet poſt Levatorem palpebrae ſuperioris, c d in capite.

d *Obliquus ſuperior.* Exhiberi origo nequivit, utpote hic deliteſcens poſt principia Recti adducentis, & attollentis, Levatoriſque palpebrae. Adde Fig. 22. a.

*In Syntaxi*, Tab. IV. c d in capite. Reſciſſa pars anterior, Tab. III. c d in capite: quae ibi ſubit Rectum attollentem e, & qua parte nuda, ea in Tab. II. jacet poſt Levatorem palpebrae ſuperioris, c d in capite

e f g Rectus adducens, f capite graciliore oriens à ſuperiore parte lateris externi foraminis optici: ubi ab initio cohaeret cum Recto attollente, Levatore palpebrae ſuperioris, & Obliquo ſuperiore. Adde Fig. 19. g, & Fig. 25. b.

g Craſſiore capite oritur ab inferiore parte foraminis optici, & à proxima lateris ejus illius, quo reſpicit naſum. Adde Fig. 19. f, & Fig. 25. a.

Inter caput craſſius & nervum opticum procedit arteriola à carotide interna.

*In Syntaxi*, Tab. IV. g h in capite. Reſciſſa pars anterior, Tab. III. f in capite.

h i k *Rectus abducens*, i capite graciliore oriens à margine oſſis multiformis, qui inter foramen optici, & quod mox infra illud ſequitur, medius: eoque capite cohaerens cum Recti attollentis initio. Adde Fig. 19. b, & Fig. 26. c.

k Craſſiore, ab inferiore parte foraminis optici, juxta latus externum. Adde Fig. 19. c, & Fig. 26. a b.

Inter illa capita procedit, oſſeumque oculi cavum intrat truncus ſexti paris nervorum cerebri, & tertii, ejuſque ramus ad Rectum attollentem.

*In Syntaxi*, Tab. IV. i l in capite. Reſciſſa pars anterior, Tab. III. g in capite.

l *Rectus deprimens*; cujus origo exhiberi hic nequivit, quippe quae deliteſcit ſub principiis adducentis & abducentis, g k. Vide Fig. 24. a.

*In Syntaxi*, Tab. IV. m n in capite. Reſciſſa pars anterior, Tab. III. h in capite.

m n o p *Obliquus inferior.* m Pars exterior, n interior. o principium tendineum, oriens in fundo foraminis oculi, juxta oram ejus, ab oſſe maxillari ſuperiore, inter ſuturam ibi loci oſſis illius propriam, & os unguis. Adde Fig. 19. l l m.

p Extremum à globo reſectum.

*In Syntaxi*, Tab. IV. o p q in capite. Et Tab. III. i k in capite; ubi extremo ſuo Rectum abducentem g ſubit.

q Foramen, quo nervus opticus intrat.

r Foramen, quod mox infra opticum ſequitur.

## *MALLEI & MEMBRANAE TYMPANI. STAPEDIS.*

Hi in Tabulis ſuperioribus exhiberi nulla ex parte potuerunt. In hac, ob parvitatem, magnitudine naturali exhibiti.

## FIGURAE XXVIII.

*Muſculi, qui vocantur auris internae, una cum oſſiculis auditus, oſſeque temporis, in quo ſiti; & multiformis parte.*

a *Laxator tympani*, oriens à ſuperiore parte marginis tympani, juxta finem pori acuſtici, ibi ubi membrana tympani adhaeret. Inſertus manubrio mallei juxta radicem proceſſus brevioris. Confer Fig. 30.

b c d *Externus mallei.*

b Origo ab exteriore parte acuti proceſſus, quem ultimus oſſis multiformis angulus, inter os ſquamoſum & petroſum interſertus, exigit.

c Venter tumidulus.

d Tendo, qui intrat rimam s, quae ad finem commiſſurae oſſis ſquamoſi & petroſi relicta: poſteaque pergit per eum extremi oſſeae partis illius, quae porum acuſticum continet, ſinum, per quem malleus proceſſum ſuum longiſſimum eundemque gracillimum porrigit, totique ſe proceſſus illius longitudini affigit. Confer Fig. 31.

Mox ſupra e *Tenſoris tympani* tendo, exeuns ex oſtiolo canalis oſſei, in quo continetur. Vide & Fig. 29. d: & confer Fig. 32.

Mox infra i *Stapedii* tendo, exeuns ex oſtio colli cavernulae, in qua Stapedius ille continetur; decurrenſque ad ſtapedem. Confer Fig. 29. f, & Fig. 34.

k Tympanum.

n Canalis oſſeus continens Tenſorem tympani. Vide Fig. 29. s

o Collum cavernulae, quae continet Stapedium.

p Pori acuſtici pars integra, quae eſt in oſſe ſquamoſo, & mammillari.

q q Hinc reſciſſa pori acuſtici pars, quae fit ab oſſe petroſo: r hic illa ab oſſe ſquamoſo reſciſſa.

s Rima, ad finem commiſſurae oſſis ſquamoſi & petroſi (quae commiſſura hic tecta muſculo Externo mallei) relicta; quam rimam intrat Externus mallei.

Supra rimam illam s, qua tendo d conſpicuus, ut conſpicuus ſit, per longitudinem inciſus & apertus ſinus, qui in extremo oſſeae partis illius eſt, quae porum acuſticum continet; is, per quem malleus proceſſum ſuum longiſſimum eundemque gracillimum porrigit, tendoque procedit d Externi mallei, proceſſui illi inſertus.

t Os ſquamoſum.

u u Os petroſum.

v Pars oſſis multiformis. w acutus proceſſus, quem ultimus oſſis multiformis angulus, inter os ſquamoſum & petroſum interſertus, exigit.

x Foramen, quo exit tertius ramus quinti paris nervorum cerebri.

Malleus, incus, ſtapes, feneſtrae, aquaeductus, in Figura proxime ſequente indicata.

## FIGURAE XXIX.

*Tenſor tympani, & Stapedius, una cum oſſiculis auditus, oſſeque temporis, in quo ſita; & portione partis mollis tubae Euſtachianae. Remotus Laxator tympani, & Externus mallei.*

a b c d *Tenſor tympani.*

a Principium tendineum, tenuiſſimum, oriens b à ſuperiore parte tubae Euſtachianae, qua tuba illa calvariae baſem ſpectat, aſſimiliſque eſt naturae cartilagineae, circa oſſis multiformis foramen admittens vaſa ad duram matrem, ſub ſquama oſſis multiformis, quae ad internum latus foraminis illius cum oſſe petroſo connexa.

c Pars carnea, qua illa procedit per canalis oſſei principium, quod ſemicanalis eſt: unde porro per canalem illum pergit: poſt tendine ſuo ex oſtio canalis illius exit, juxta d; flectitque ſe circum illud, ac deinde procedit, pertinetque ad mallei manubrium, infra proceſſum ejus gracillimum, qua manubrium illud ſpectat fundum tympani, oppoſitum membranae. Vide Fig. 32. & 33.

e f *Stapedius.*

e Venter, haerens in cavernula oſſis petroſi, quae in tympano ante inferiorem partem aquaeductus Falloppii eſt: & ab ea à principio oriens. f Tendo, qui in cavernula ortus, exit deinde ex ejus rotundo ore, & quamprimum exiit, flectit ſe, rectaque deinde petit poſteriorem partem capituli ſtapedis, cui ſe inſerit. Adde Fig. 28. i: & confer Fig. 34.

g Incus.

h Malleus. Vide Fig. 32. d e f g.

i Stapes, baſe ſua inſidens feneſtrae ovali. Confer Fig. 34. d e.

k Aquaeductus Falloppii; cujus etiam pars apparet inter malleum & incudem.

l Cavernulae, quae Stapedium continet, paries anterior, intra tympanum eminens, per longitudinem à fundo cavernulae, ad oſtiolum ejus uſque truncatus.

m Truncatum os petroſum, qua hic finem facit pori acuſtici. Truncatum uſque ad poſteriorem partem cavernulae, quae Stapedium continet: eaque oſſis pars craſſa eſt.

Itaque inter l & m aperta cavernula eſt, exſciſſo oſſe intermedio; quo cerni Stapedius integre poſſit.

n Feneſtra rotunda.

o Oſſis petroſi pars uſque ad tubae Euſtachianae oſſeam partem truncata.

p Truncatum os ſquamoſum. Confer Fig. 28.

Quicquid oſſis eſt inter duas illas truncatas partes, o & p, id remotum, quo cerni integre poſſit canalis r r s, & muſculus c.

q Hinc reſciſſa ſquama oſſis petroſi, quae cum oſſe ſquamoſo conveniens, tympanum hic loci à cavo calvariae diſcernit.

r r s Canalis oſſeus, hic à principio ſemicanalis r r, poſt integer s, (in aliis autem in totum ſemicanalis eſt) qui, recipiendo Tenſori tympani paratus, partim ſupra tubae Euſtachianae oſſeam partem eſt, partim in ſuperiore & eadem priore parte tympani, è regione membranae tympani.

t u Pars oſſea tubae Euſtachianae. u hic ad tympanum patet.

v v w Tubae Euſtachianae pars, quae aſſimilis naturae cartilagineae. x x x x hinc reſecta pars membranacea. y portio partis membranaceae, quae continuo ductu ad finem tubae uſque truncata. v v partis, quae naturae cartilagineae aſſimilis, partes exteriores: w pars interior, magnam partem concavi tubae efficiens.

z Oſſis petroſi pars ad cavum calvariae pertinens.

α Tympani concavum.

β β Hinc reſciſſa pori acuſtici pars, quae fit ab oſſe petroſo: ut q q Fig. 28.

γ Hinc reſciſſa pori acuſtici pars, quae continuata oſſi ſquamoſo: ut r Fig. 28.

δ Pori acuſtici pars integra, quae eſt in oſſe ſquamoſo, & mammillari.

ε Os petroſum.

## FIGURAE XXX.

*Laxator tympani.*

a Laxator tympani inſertus manubrio mallei, juxta radicem proceſſus brevioris.

*In Syntaxi*, Fig. 28. a, poſitu eodem.

De malleo vide Fig. 32. d e f g.

## FIGURAE XXXI.

*Externus mallei.*

a Venter.

b Tendo, inſertus longitudini toti proceſſus mallei gracillimi longiſſimique.

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM UNDECIMAE EXPLANATIO.

*In Syntaxi*, Fig. 28. bcd, poſitu eodem.
De malleo vide Fig. 32. defg.

## FIGURAE XXXII.

### *Tenſor tympani.*

a Principium tendineum.
b Venter.
c Tendo.
*In Syntaxi*, Fig. 29. abcd, poſitu eodem. Adde Fig. 33.
defg Malleus. d caput. e proceſſus gracillimus idemque longiſſimus. f proceſſus brevior. g manubrium.

## FIGURAE XXXIII.

### *Tenſor tympani, à parte oppoſita Fig. 32.*

a Principium tendineum.
b Venter.
c Tendo, d inſertus manubrio mallei, infra proceſſum gracillimum, qua manubrium ſpectat fundum tympani, oppoſitum membranae.
De malleo vide Fig. 32. deg.

## FIGURAE XXXIV.

### *Stapedius.*

a Venter.
b Tendo, c inſertus capitulo ſtapedis, qua illud poſteriora ſpectat.
*In Syntaxi*, Fig. 28. i, & Fig. 29. ef, poſitu eodem.
d Stapedis capitulum, unde crura duo procedunt ad baſem e.

## *OSSIS HYOIDIS.*

## FIGURAE XXXV.

### *Coracohyoïdeus.*

aa Principium, oriens à ſumma ora ſuperioris marginis ſcapulae, juxta lunulam, quae ad radicem proceſſus coracoïdei eſt. Unde ſe flectit b.
c Venter primus.
d Tendo medius.
e Venter ſecundus.
f Inſertus baſis oſſis hyoïdis inferiori eidemque priori parti, juxta cornu; extremo tendinoſo.
*In Syntaxi*, Tab. II. ααβ in collo; ubi tectus Sternocleidomaſtoïdeo κδικ, & à principio pone claviculam, Subclavium σ, & Serratum magnum Ψ deliteſcit. Et quibus partibus nudus in Tab. II. iis ſubjacet Latiſſimo colli Tab. I. Ω in collo. Subjacet & Cucullari.

## FIGURAE XXXVI.

### *Geniohyoïdeus, à parte inferiore.*

a Principium tendinoſum, quo oritur ab inferiore parte aſperae eminentiae b, quam maxilla inferior ex interiore parte ex adverſo menti habet.
c Corpus carneum.
de Extremum, inſertum d ſcrobi, quae in ſuperiore & eadem priore parte baſis hyoïdis, juxta baſis illius medium eſt; continuoque reliquae parti baſis, à ſcrobe ad cornu uſque, e proximaeque parti cornu. Craſſius qua ſcrobi inſertum, tenuius qua reliquae parti baſis, cornuque.
*In Syntaxi* à latere exhibitus Tab. X. Fig. 2. rs; ubi parte extremi ſui ſitus pone Baſiogloſſum o. In Fig. 1. non apparet, utpote jacens poſt Mylohyoïdeum d.
ff Maxilla à parte inferiore: eadem quae in Tabulis oſſium exhibita.
ghhiikk Os hyoïdes à parte inferiore. ghh baſis; g pars anterior hh poſterior. ii cornua. kk oſſicula graniformia.

## FIGURAE XXXVII.

### *Stylohyoïdeus.*

a Exilis tendo, quo incipit, quique oritur à poſteriore parte proceſſus ſtyliformis oſſis temporis, juxta oſſiculum, quod illi proceſſui adjunctum, in multis mobile eſt.
b Venter carneus.
c Tendo, d inſertus priori & eidem inferiori parti baſis hyoïdis, qua cornu cum ea connexum.
e Fiſſura in carne, inque tendine, per quam tranſit Biventer maxillae inferioris: ſupra quam fiſſuram ſinus impreſſus ab adjacente Biventre illo.
*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 1. ef; ubi ex parte tectus Biventre maxillae gi. Dein Tab. IX. λ in capite; ubi ex parte tectus Latiſſimo colli μ, ex parte Sternocleidomaſtoïdeo ξ. A priori parte, Tab. II. R in collo.
ghi Os hyoïdes. g baſis, h cornu, i oſſiculum graniforme.
k Hic proceſſus mammillaris reſectus juxta radicem proceſſus ſtyliformis.
ll Proceſſus ſtyliformis oſſis temporis.

## FIGURAE XXXVIII.

### *Mylohyoïdei, à parte inferiore.*

aa Principium majorem partem tendinoſum, oriens ab eminentia b per longitudinem maxillae, à dente molare intimo fere uſque ad ſymphyſem maxillae, ex inferiore parte oblique porrecta.
c Hic ſe dexter cum ſiniſtro conjungit, continuatque, parte carnea. cd hic lineam tendineam cum eo efficit. e hic aponeuroſem.
f Aponeuroſis inſertio priori eidemque inferiori parti baſis hyoïdis.
g Hic eminet, qua circum Geniohyoïdeum incedit.
*In Syntaxi*, à latere exhibitus Tab. X. Fig. 1. d; ubi partem Biventer maxillae hi tegit. In Fig. IX. ob ſuperinductum Latiſſimum colli, μ in collo, nihil ejus apparet. A priori parte, Tab. III. ν in collo, & Tab. II. Q in collo.
De maxilla & oſſe hyoïde vide Fig. 36.

## FIGURAE XXXIX.

### *Sternohyoïdeus.*

abcd Principium tendineum, oriens a ab oſſis pectoris interiore parte, & quidem ab eminente margine partis ejus illius, qua ſuſtinet claviculam, juxta cartilaginem coſtae primae: b continuoque à cartilaginis illius finitima ſuperiore eademque poſteriore parte, c ligamentoque, quo clavicula cartilagini illi alligatur, d & praeterea à capitis claviculae parte proxima, eadem & poſteriore & inferiore.
e Extremo tendinoſo inſertus inferiori parti baſis hyoïdis, juxta ejus medium.
*In Syntaxi*, Tab. II. γγδ in collo; ubi ex parte tectus Sternomaſtoïdeo κδ, & clavicula, ſterno, coſtae primae cartilagine. Dein Tab. I. ι in collo; ubi maximam partem Latiſſimus colli Ω ſuperinductus.
ffgh Truncatum ff ſternum, g coſtae primae cartilago, h clavicula: quo apparere poſſit principium Sternohyoïdei, pone ea ſitum.

## *LINGUAE.*

## FIGURAE XL.

### *Stylogloſſus. Ceratogloſſus. Baſiogloſſus.*

abcd *Stylogoſſus.*
a Hic oritur à priore eademque interiore parte extremae fere illius partis proceſſus ſtyliformis, quae mobilis in junioribus.
b Hic ſe primum ad linguam applicat, juxta finem Ceratogloſſi: indeque juxta eum, juxtaque finem Baſiogloſſi, ulteriuſque in priora ad apicem linguae excurrit c.
d Hic partem aliquam deorſum curvat, eaque ſe continuat Ceratogloſſo.
Adde Fig. 43. efg.
*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 2. klm; ubi à principio deliteſcit pone proceſſum mammillarem oſſis temporis. Dein Fig. 1. mox ſupra k; ubi maximam partem tectus Mylohyoïdeo d, & Stylohyoïdeo e, & Biventre maxillae g. Dein Tab. IX. inter κ & λ in collo; ubi tectus Stylohyoïdeo λ.
eef *Ceratogloſſus.*
ee Origo à parte exteriore marginis inferioris cornu hyoïdis, ab ipſo ejus extremo ad eam partem fere uſque, qua cum baſi connexum.
f Hic ad linguam pertinet.
d Hic continuat ſe Stylogloſſo.
Adde Fig. 43. h.
*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 2. n. Dein Fig. 1. m; ubi tectus ex parte Biventre maxillae gi, ex parte Stylohyoïdeo e. In Tab. IX. poſt Sternomaſtoïdeum, ξ in collo, deliteſcit. A parte priore, Tab. III. ι in collo, & Tab. II. T in collo.
ghi *Baſiogloſſus.*
gh Origo, g à baſis hyoïdis inferiore & eadem priore parte, juxta cornu; & h ab ipſius cornu proxima priore.
i Hic ad linguam pertinet.
Adde Fig. 43. h.
*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 2. o; ubi pars principii, quae à baſi hyoïdis oritur, tecta Geniohyoïdeo r. Dein Fig. 1. kl; ubi ex parte tectus Mylohyoïdeo d, & Stylohyoïdeo ef, & Biventre maxillae inferioris i. Dein Tab. IX. mox infra Stylogloſſum, qui inter κ & λ in collo.
k Pars Lingualis. Vide Fig. 41. e.
lm Lingua. l pars, quae in ore eſt. m pars, quae ſe in fauces curvat. Confer Tab. X. Fig. 5. hi.
n Hic truncatus proceſſus mammillaris, ut Fig. 37. k.
o Proceſſus ſtyliformis oſſis temporis.
Os hyoïdes eſt idem, quod Fig. 37.

## FIGURAE XLI.

### *Chondrogloſſus. Geniogloſſus. Lingualis.*

ab *Chondrogloſſus.*
a Origo à ſuperiore parte principii oſſiculi graniformis oſſis hyoïdis.
b Hic ſe Geniogloſſo intermiſcet, immergitque deinde linguae, juxta Lingualis initium.
*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 4. t. Dein Fig. 3. mox ſupra ν; ubi maximam partem tectus faſciculis Geniogloſſi, quos per latus pharyngis curvat l: & quod in ea nudum, id in Fig. 2. poſt Ceratolgoſſum o deliteſcit.
cd *Geniogloſſus.*
d Principium tendinoſum, quo ſtatim ſupra Geniohyoïdeum oritur ab aſpera eminentia k, quae in interiore parte maxillae inferioris eſt, propter ejus ſymphyſem. Inde ad linguam pertinet.
Remotus autem ab eo faſciculus, quem inſerit oſſiculo graniformi hyoïdis. Remoti & tenues illi, quos in latus per membranam pharyngis curvat.
Adde Fig. 42. & Fig. 43. klllmnop.
*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 5. opq. Dein Fig. 4. sſ. Dein Fig. 3. ik. Dein Fig. 2. q; ubi pars tecta Baſiogloſſo o: & quod nudum eſt, id in Fig. 1. jacet poſt Mylohyoïdeum d.

e *Lin-*

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM UNDECIMAE EXPLANATIO.

e *Lingualis.* Vide Fig. 43. abcd.

*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 5. n. Dein Fig. 4. r, & Fig. 3. h. Dein Fig. 2. p; ubi pars tecta Baſiogloſſo o.

f Styloglоſſus. Vide Fig. 40. abc.

Inter Stylogloſſum f, Chondrogloſſum ab, & Lingualem e, truncatus Ceratogloſſus, & Baſiogloſſus. Confer Fig. 40. f. i.

g Epiglottis.

h Maxillae inferioris pars interior. i pars ſecta, ut Tab. X. Fig. 2. t.

k Aſpera eminentia, quae in interiore parte maxillae inferioris eſt, propter ejus ſymphyſem.

De Lingua vide Fig. 40. lm. De oſſe hyoïde, Fig. 37. ghi.

## FIGURAE XLII.

### *Geniogloſſus, ab inferiore parte.*

a Principium tendinoſum, quo ſtatim ſupra Geniohyoïdeum oritur ab aſpera eminentia b, quae in interiore parte maxillae inferioris eſt, propter ejus ſymphyſem.

cdde Tendinoſa tenuitas, quae dd ad baſem hyoïdis pertinet; inſeritque ſe e oſſiculo graniformi.

f Hic truncati faſciculi tenues, qui accedunt ad interiorem partem Ceratogloſſi.

g Hic, qui per latus pharyngis decurrunt, & qui ſe Conſtrictori ſuperiori pharyngis continuant.

Adde Fig. 41. cd, & Fig. 43. klllmnop.

Maxilla, & os hyoïdes, cognoſcentur ex Fig. 36.

## FIGURAE XLIII.

### *Linguam in longitudinem porrectam exhibet à parte inferiore, cum Lingualibus, Geniogloſſis, Stylogloſſorum, & Ceratogloſſorum, Baſiogloſſorumque extremis.*

abcd *Lingualis.*

ab Duo principia, quibus hac in lingua, circa radicem ejus, inter Geniogloſſi fibras prodibat: & primo quidem a, inter Geniogloſſi partem illam, quae ſe in latus curvans, accedit ad Ceratogloſſum; illamque, quae ſe linguae ibidem inſerit.

c Hic conjungit ſe cum Stylogloſſo, cum eoque deinde decurrit ad apicem linguae d.

Vide Fig. 41. e.

efg *Stylogloſſus.*

e Hic truncatus.

f Hic conjungit ſe cum Linguali, cum eoque decurrit ad apicem linguae g.

Vide Fig. 40. abc.

hi *Ceratogloſſus* cum *Baſiogloſſo*, qui ad linguam accedunt inter Stylogloſſum & Lingualem. i hic truncati.

Vide Fig. 40. eef. ghi.

klllmnop *Geniogloſſus.* Quia autem reſciſſus ab origine ſua, linguaque in longitudinem tota porrecta, mutavit figuram ſuam; ut apparet, ſi conferatur Fig. 41. cd.

k Principium à maxilla reſciſſum.

lll Hic ad linguam pertinet, juxta Lingualem.

m Fibrae, quae ſe ad interiorem partem Ceratogloſſi adjungunt, & cum eo ad linguam pergunt.

n Fibrae, quas per latus pharyngis curvat; quarum aliquae ad Conſtrictorem ſuperiorem pharyngis accedunt.

o Tendinoſa tenuitas, ad baſem hyoïdis pertinens. p portio, inſerta ſuperiori parti principii oſiculi graniformis hyoïdis.

Vide Fig. 41. cd.

q Lingua.

De oſſe hyoïde vide Fig. 36.

## *LARYNGIS.*

Adde *Stylopharyngeum* Fig. 27. 28. & 30. Tab. XII.

## FIGURAE XLIV.

### *Sternothyreoïdeus.*

abc Principium latum, ab oriens ab amplitudine interna oſſis pectoris, è regione inferioris partis cartilaginis coſtae primae; & à margine ejuſdem oſſis, juxta eandem dictae cartilaginis partem: atque bc ab illius etiam ipſius cartilaginis finitima interiore parte.

de Principium alterum, anguſtius, oriens d à ſuperiore & eadem poſteriore parte mediae longitudinis cartilaginis coſtae primae, & e à vicino ligamento, quo clavicula ad cartilaginem illam alligata.

fg Extremi pars lata tenuiſque; g hic tendinea: eaque inſerta externae parti lateris cartilaginis thyreoïdeae, primum mox ſupra marginem inferiorem juxta partem priorem; indeque oblique retrorſum ſurſumque, tuberculum verſus, quod cartilago illa ad priorem partem proceſſus ſuperioris habet; quo loci thyreoïdea in quibuſdam eminet.

h Extremi pars anguſtior, craſſiorque, i extremo tendineo inſerta k tuberculo modo dicto.

*In Syntaxi*, Tab. III. π π σ ς ρ in collo; ubi principium poſt claviculam, ſternum, coſtae primae cartilaginem. Dein Tab. II. ι ι ι in collo; ubi tectus Sternohyoïdeo γ γ, & Coracohyoïdeo α β, & Sternocleidomaſtoïdeo κ κ: & quod ejus ibi tum ſupra tum infra Sternomaſtoïdeum nudum eſt, id in Tab. I. poſt Latiſſimum colli, Ω in collo. Dein Tab. I. ρ in collo.

lmmn Cartilago thyreoïdea. mm proceſſus ſuperiores, n inferior.

o Cartilago cricoïdea.

ppp Truncatum ſternum: qrs truncata coſtae primae cartilago; ut appareat hujus muſculi principium, quod poſt ea ſitum

## FIGURAE XLV.

### *Hyothyreoïdeus.*

ab Origo, a ab inferiore & eadem interna parte baſis hyoïdis juxta cornu, b & baſi propinquae ipſius cornu longitudinis fere dimidiae.

cde Inſertio, cd inferiori parti lateris externi cartilaginis thyreoïdeae, mox ſupra inſertionem extremi latioris Sternothyreoïdei, fg Fig. 44: & ante inſertionem illam, exteriori parti imi marginis thyreoïdeae de, juxta partem priorem mediam.

*In Syntaxi*, Tab. III. σ in collo. Dein Tab. II. Y in collo; ubi majorem partem tectus Coracohyoïdeo α β, & Sternohyoïdeo γ δ: & qua parte ibi nudus, ea poſt Latiſſimum colli, Ω in collo Tab. I. A latere, Tab. X. Fig. 1. q.

## FIGURAE XLVI.

### *Cricothyreoïdeus, à parte priore.*

Hic è duabus partibus conſtat, priore & poſteriore.

ab Pars prior, quae a oritur à ſuperiore margine cartilaginis cricoïdeae, in latere partis prioris: b inſeritur exteriori parti marginis inferioris thyreoïdeae, juxta partem ejus mediam priorem.

cdd Pars poſterior, quae c oritur in exteriore parte cricoïdeae, à media longitudine lateris ejus, fere per totam illius latitudinem: dd in fine ſe exteriore parte ſui adjungit ad Conſtrictorem inferiorem pharyngis.

Adde Fig. 47. & 48.

*In Syntaxi*, Tab. III. ε in collo; ubi tecta pars magna Sternothyreoïdeo π σ: & quod nudum, id in Tab. II. jacet poſt Sternohyoïdeum, γ in collo.

## FIGURAE XLVII.

### *Cricothyreoïdeus, à latere.*

ab Pars prior, quae hic a oriebatur ab ipſo uſque inferiore margine partis prioris lateris externi cricoïdeae. b inſerta exteriori parti marginis inferioris thyreoïdeae, juxta partem ejus mediam priorem.

cdd Pars poſterior, quae ſe in fine dd exteriore parte ſui adjungit ad Conſtrictorem inferiorem pharyngis; unde hic reſciſſa.

Adde Fig. 48. & 46.

*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 1. vwxy.

e Cartilago thyreoïdea.

f Cartilago cricoïdea.

## FIGURAE XLVIII.

### *Cricothyreoïdei pars poſterior, à latere.*

aa Oritur in exteriore parte crioïdeae, à media longitudine lateris ejus, fere per totam lateris illius altitudinem.

b Hic reſecta pars ejus exterior, quae ſe adjungit ad Conſtrictorem inferiorem pharyngis: ſub qua ſe inſerit thyreoïdeae, ccc implens totum lunatum marginem, qui fit tum à proceſſu inferiore thyreoïdeae, tum ab ipſo cartilaginis illius margine imo, à proceſſu mododicto uſque ad tuberculum, quod è media fere marginis longitudine eminet.

Pars, quae ad interiorem marginem thyreoïdeae ibi pertinet, exhiberi hac in Figura non potuit.

Adde Fig. 47.

© BIUM / R. Caussimon





© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE ANATOMICAE DUODECIMAE
# MUSCULORUM HOMINIS
# EXPLANATIO.

## *GLOTTIDIS & EPIGLOTTIDIS.*

### FIGURAE I.

*Arytaenoïdeus tranſverſus, à poſteriore parte.*

aa Hic affixus cartilagini arytaenoïdeae ſiniſtrae, margini interiori partis ejus poſterioris, qui ſupra baſem eſt.

bb Hic eidem margini dextrae.

*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 13. ϑϑϑϑ; ubi ex parte tectus Arytaenoïdeis obliquis κ.κ. Caeterum in Fig. 12. velatus membrana pharyngis v. A latere, Tabula eadem, Fig. 6. o, pariter ex parte tectus obliquis l.mm.

Laryngis cartilagines tum hujus, tum proxime ſequentis Figurae, cognoſcentur ex Fig. 14. Tab. X.

### FIGURAE II.

*Arytaenoïdeus obliquus, & Cricoarytaenoïdeus poſticus, à poſteriore parte.*

abc *Arytaenoïdeus obliquus.*

a Origo à ſuperiore parte partis poſterioris ejuſdemque exterioris baſis cartilaginis arytaenoïdeae.

b Extremi pars inferior, quae ſe Thyreoarytaenoïdeo continuat.

c Extremi pars ſuperior, ad epiglottidem procedens.

Antequam in extrema illa abeat, flectit ſe in priora tum circum poſteriorem partem verticis arytaenoïdeae, tum circum cartilagineum verticis illius additamentum.

Adde Fig. 3. abcd.

*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 13. κ; ubi dextrum decuſſat ſiniſter. In Figura autem 12. velati membrana pharyngis v.

ddde *Cricoarytaenoïdeus poſticus.*

ddd Origo à cartilagine cricoïdea, cujus occupat ſinuatam ſuperficiem, quam in poſtica parte à latere eminentiae mediae habet.

e Extremum inſertum extremo tuberculo, quod baſis arytaenoïdeae à poſtica parte in latere externo exigit.

Adde Fig. 4. ffg.

*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 13. ι; ex parte ſubeuns cartilaginem thyreoïdeam μ. In Fig. 12. velatus membrana pharyngis v, praeter partem exiguam, infra χ; quae & in Fig. 11. A, & in Fig. 10. κ, & in Fig. 9. I.

### FIGURAE III.

*Arytaenoïdeus obliquus, Thyreoarytaenoïdeus, Thyreoëpiglotticus major, & minor, à latere.*

abcd *Arytaenoïdeus obliquus.*

b Extremi pars inferior, quae ſe Thyreoarytaenoïdeo e continuat.

cd Extremi pars ſuperior, quae ſecundum glottidis marginem, qui inter arytaenoïdeam & epiglottidem intercedit, porrigit ſe ad epiglottidem, ad marginem ejus lateralem pertinens d.

Adde Fig. 2. abc.

*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 6. l.mm; ubi ſiniſter l decuſſat dextrum mm.

e *Thyreoarytaenoïdeus.* Vide Fig. 4. aabcde.

fgh *Thyreoëpiglotticus major.*

g Origo ejus à cartilagine thyreoïdea juxta exteriorem partem partis ſuperioris originis Thyreoarytaenoïdei: unde primum per exteriorem partem Thyreoarytaenoïdei illius, & per ſuperiorem quidem partis illius, adſcendit, dein ſecundum latus glottidis; h pertinetque ad marginem lateralem epiglottidis, adjungens ſe extremo Arytaenoïdei obliqui, ad eundem marginem pertinenti.

Adde Fig. 7. aabcddefg.

*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 6. fg; ex parte tectus Thyreoarytaenoïdeo altero c.

i *Thyreoëpiglotticus minor*, ſive depreſſor epiglottidis.

k Origo ejus ab interiore parte cartilaginis thyreoïdeae, juxta ejus medium.

l Pertinet ad marginem lateralem epiglottidis, ſupra radicem ejus.

*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 6. i, extremo ſuo ibi deliteſcens poſt Thyreoarytaenoïdeum alterum c.

Cartilagines laryngis tum hujus, tum proxime ſequentium quatuor Figurarum, cognoſcentur ex Fig. 7. Tab. X.

### FIGURAE IV.

*Thyreoarytaenoïdeus, Cricoarytaenoïdeus poſticus, à latere.*

aabcde *Thyreoarytaenoïdeus.*

aa Origo ab inferiore parte partis internae thyreoïdeae, juxta ejus medium.

b Principium alterum, oriens à ligamento, quo colligatae à priori parte ſunt cricoïdea & thyreoïdea.

c Pars exterior, quae magis adſcendit.

d Pars, quae praecedentem ſubeuns, magis tranſverſa, decuſſat eam. Et pars ejus major exteriori illi ſubjacet.

e Extremum inſertum exteriori parti marginis prioris cartilaginis arytaenoïdeae, ſupra baſem ejus, atque adeo ſupra finem Cricoarytaenoïdei lateralis, b Fig. 5.

Adde Fig. 3. e.

*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 6. e; ubi partem ejus integit Thyreoëpiglotticus major fg, & Thyreoarytaenoïdeus alter c.

ffg *Cricoarytaenoïdeus poſticus.*

ff Origo à cartilagine cricoïdea.

g Extremum inſertum extremo tuberculo, quod baſis arytaenoïdeae à poſtica parte in latere externo exigit.

Adde Fig. 2. ddde.

*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 6. a. Et in Fig. 5. ϑ; ubi maximam partem deliteſcit poſt cartilaginem thyreoïdeam α, & poſt membranam pharyngis. Sic & Fig. 4. ϑ. Et quod nudum, id in Fig. 3. deliteſcit poſt Conſtrictorem inferiorem pharyngis zϑ.

### FIGURAE V.

*Cricoarytaenoïdeus lateralis.*

aa Origo à cricoïdeae ſummi marginis exteriore parte, in latere, ſtatim juxta inſidentem ei arytaenoïdeam.

b Extremum inſertum baſi arytaenoïdeae, à latere, mox ante finem Cricoarytaenoïdei poſtici, g Fig. 4.

*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 6. b; ubi extremo majorem partem ſubit Thyreoarytaenoïdeum alterum c.

### FIGURAE VI.

*Thyreoarytaenoïdeus alter, minor.*

a Origo ab interiore eademque ſuperiore parte thyreoïdeae, non longe à fiſſura cordiformi.

c Extremum inſertum arytaenoïdeae, mox ſupra Cricoarytaenoïdeum lateralem, b Fig. 5.

Adde Fig. 7. h i.

*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 6. cd.

d Ala ſiniſtra cartilaginis thyreoïdeae, e hic truncata.

### FIGURAE VII.

*Thyreoëpiglotticus major, & Thyreoarytaenoïdeus alter.*

aabc *Thyreoëpiglotticus major;* qualis nonnunquam animadverſus.

b Origo ejus à cartilagine thyreoïdea, juxta exteriorem partem partis ſuperioris originis Thyreoarytaenoïdei: unde primum per exteriorem partem Thyreoarytaenoïdei illius adſcendit, dein ſecundum latus glottidis, ad epiglottidem.

c Faſciculus ejus, qui per Thyreoarytaenoïdeum alterum h tranſit: cum caeterum procedat pone eum.

dde Portio acceſſoria, d oriens ab exteriore parte marginis ſuperioris cartilaginis cricoïdeae, à latere.

f Commune extremum, g pertinens ad marginem epiglottidis.

Adde Fig. 3. fgh.

h *Thyreoarytaenoïdeus alter*, i hic ab ortu reſciſſus. Vide Fig. 6. ac.

## *UVULAE.*

### FIGURAE VIII.

*Azygus uvulae, à parte ſuperiore eademque poſteriore.*

a Principium, quod initio tendineo tenui implicatum membranae tendinoſae dd, & extremis tendineis Levatorum palati illius, juxta ſuturam palati oſſei, ut ab eo procedere videatur.

b Hinc decurrit per medium palatum molle, c perque uvulae longitudinem.

*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 13. m.

dd Membrana tendinoſa, quae ex naribus veniens, incedit per ſuperiora palati mollis, ſub ejus tegumento, quod per membranae illius ambitum hic tanquam inciſum exhibitum. Vide Tab. X. Fig. 14. m.

ee Palatum molle.

f Uvula.

g.g Arcus poſteriores, qui ſe à palato molli per latera faucium demittunt.

Caetera cognoſci poterunt ex Fig. 27.

## *PALATI MOLLIS.*

Adde *Palatopharyngeum* Fig. 27. h &c. & Fig. 28. f &c. & Fig. 29. a &c. & Fig. 11. fg.

### FIGURAE IX.

*Levator palati mollis, & Circumflexi palati, à parte inferiore, una cum palato molli, uvula, faucium in narium concavum aditu, tubis Euſtachianis.*

abcdef *Levator palati mollis.*

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM DUODECIMAE EXPLANATIO.

a Principium tendinoſum, quo oritur ab extremo oſſe petroſo, qua id tuba Euſtachiana perforatum eſt; & ab inferiore quidem parte canalis illius extremi, ſtatim ſub principio partis tubae ejuſdem illius, quae tota mollis.

b Hac parte ad palatum procedit. c hac per palatum, lateſcens magis magiſque.

d Pertinetque ad mediam palati longitudinem, fere à poſtico margine palati oſſei, uſque ad radicem uvulae: ubi ſe dexter ſiniſterque continuant inter ſe. Vide Tab. X. Fig. 14. k.

e Pars inferior, ſeparatum lacertum efficiens.

f Portio, quae ſe fine tendineo tenui innectit membranae tendinoſae, quae incedit per ſuperiora palati mollis, veniens è naribus; cum eaque ad medium poſticum marginem palati oſſei pertinere videtur. Vide Tab. X. Fig. 14. i.

*In Syntaxi*, à parte poſteriore, Tab. X. Fig. 14. ghikl. Dein Fig. 13. ghi; ubi pars pone Salpingopharyngeum q; caeterum ſub Palatopharyngeo n. Dein Fig. 12. parva pars w à latere membranae pharyngis. Sic & Fig. 11. b, & Fig. 10. i, & Fig. 9. k. A latere, Tab. X. Fig. 5. b, & Fig. 4. b, & Fig. 3. b; ubi pars deliteſcit poſt Conſtrictorem ſuperiorem pharyngis q: & Fig. 2. g.

ghik. ghikl *Circumflexi palati.*

h Origo ab extremo oſſe petroſo, juxta externum latus Levatoris palati mollis.

i Ejus latus tendo, per palati mollis initium procedens, k inſertuſque poſtico lunato margini palati oſſei.

l Hic lati tendines, dexter & ſiniſter, conveniunt, & ſe conjungunt.

Adde Fig. 10.

*In Syntaxi*, à parte poſteriore, Tab. X. Fig. 16. i--n. Dein Fig. 15. hik; ubi pars quae in palato eſt, tecta membrana tendinoſa n, quae ex naribus veniens, procedit per ſuperiora palati mollis: tecta & principio Palatopharyngei q, & Conſtrictoris pharyngis ſuperioris o. Dein Fig. 14. n; ubi praeterea majorem partem tectus Levatore palati mollis g. Sic & Fig. 13. k; & Fig. 12. x, à latere membranae pharyngis: & Fig. 11. c: & Fig. 10. k; ubi & poſt Conſtrictorem ſuperiorem pharyngis b deliteſcit: quemadmodum & Fig. 9. l, & Fig. 8. t.

A latere, Tab. X. Fig. 5. a, & Fig. 4. a, & Fig. 3. a, & Fig. 2. f.

mm Membrana ſuperior palati mollis.

n Uvula.

oooo Hic membrana faucium per ambitum reſciſſa.

p Hic fauces in nares patent.

q Tuba Euſtachiana. Quae & in altero latere.

r Pars membranacea tubae Euſtachianae.

u Extremum os petroſum, qua id tuba Euſtachiana perforatum eſt; unde v in dextro latere tuba r procedit. Eſt o Fig. 10.

Caetera capitis oſſei ſunt eadem, quae in Tabulis Oſſium.

## FIGURAE X.

### *Circumflexus palati, à parte inferiore.*

a Principium tendineum, b oriens ab extremo oſſe petroſo, qua id tuba Euſtachiana perforatum eſt; & ab inferiore quidem parte canalis illius extremi, ſtatim à latere externo partis tubae ejuſdem illius, quae tota mollis; itemque principii Levatoris palati mollis. Confer h Fig. 9.

ac Inde à ſuperiore parte tendineum illud principium per marginem muſculi excurrit, uſque ad c. Qui principii excurſus tendineus ab exteriore latere muſculi latior fuit, adhaeſitque ligamento cuidam tendineo tenui anguſto, quod à primo muſculi ortu, ſecundum radicem internam eminentiae acutae oſſis multiformis, quae eſt pone foramen tertii rami quinti nervorum paris; porroque ſecundum interiorem partem eminentiae illius oblongae, quae ex eodem oſſe inter foramen mododictum & os petroſum eminet, porrectum erat.

d Principium anterius, e oriens ab interiore eminente pariete (p Fig. 15.) ſinus oblongi, impreſſi radici parietis interni proceſſus pterygoïdei oſſis multiformis, ab exteriore parte, q Fig. 15.

f Principium tendineum lamellae alterius, adhaerens ſuperiori parti lateris externi cartilagineae naturae, quae adſcribitur tubae Euſtachianae: unde hic gg reſciſſum.

h Caro communis.

i Principium tendinis, in quem abit. Qui poſt circum hamulum k proceſſus pterygoïdei oſſis multiformis ſe flectit; latus ibi, ſed in anguſtum corrugatus.

l Et poſtea quam ſe flexit, explicat per palati mollis initium, ſpecie aponeuroſis, inſeritque m poſtico lunato margini palati oſſei, uſque ad ſuturam palati: ad poſtremumque conjungit cum pare ſui, l Fig. 9, à quo hic n reſciſſus.

Pars ejus, quae ſe fine tendineo inſerere viſa imae parti proceſſus pterygoïdei, ad externum latus radicis hamuli, non exhibita. Et fortaſſe pro aberratione quadam ab inſtituto naturae haberi poteſt.

Adde Fig. 9. g--l.

o Extremum os petroſum, qua id tuba Euſtachiana perforatum eſt. Confer v Fig. 9.

## FIGURAE XI.

### *Conſtrictores iſthmi faucium, cum Palatopharyngeis, à parte priore.*

abcde *Conſtrictor iſthmi faucium.*

a Hic ſurgit à ſuperiore parte marginis linguae circa radicem ejus.

b Hac parte à lingua ad palatum ante tonſillam procedit, per arcum illum, qui in faucibus à latere linguae pertinet ad palatum molle.

c Hac per palatum molle.

d Hic dexter cum ſiniſtro convenit, unaque ſubtilibus praeterea portionibus in uvulam excurrunt e.

*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 17. fg. A latere, Tab. X. Fig. 5. g: & Fig. 4. l: & Fig. 3. c; ubi maximam partem deliteſcit poſt Conſtrictorem pharyngis ſuperiorem s: ſimiliterque Fig. 2. i.

fg *Palatopharyngei* pars, quae per palatum molle decurrit ſupra Conſtrictorem iſthmi, ſub Levatore palati mollis. f pars, quae ante Conſtrictorem illum nuda eſt ab eo. g pars, quae poſt eum nuda.

Adde Fig. 27. h &c. & Fig. 28. f &c. & Fig. 29. & Fig. 30. d &c.

*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 17. kl; ubi (ut hic) magnam partem tectus Conſtrictore iſthmi faucium g.

Ex qua Figura reliqua hujus intelligentur.

## *MAXILLAE INFERIORIS.*

## FIGURAE XII.

### *Temporalis, à parte priore.*

abbcdd Primum originis initium, a procedens à proceſſu ſuperiore oſſis jugalis, bbc ab eminentia, quae eſt bb in latere oſſis frontis, c in oſſe verticis; dd ab oſſe temporis.

e Tendo.

fgh Affixus, f vertici proceſſus coronoïdei maxillae inferioris, g marginique poſteriori, & h priori, ibi in mucronem exeuns: i alteroque mucrone, & eo longiore craſſioreque, affixus eminentiae k, quam proceſſus coronoïdeus juxta priorem partem radicis ſuae ex interiore parte habet.

Juxta mn pars ejus poſterior & eadem inferior, ſub zygomate ad maxillam deſcenſura, ſe circum ſinuatam radicem proceſſus zygomatici inflectit.

Adde Fig. 13. & 14.

*In Syntaxi*, Tab. II. i &c. in capite; ubi zygoma ſubit, poſt ſubjectus Maſſeteri or. In Tab. I. ſubjectus praeterea aponeuroſi Epicranii a in capite, & cum ea Attollenti auriculae ΓΔ, & anteriori ejuſdem Z, itemque Frontali bd, & Orbiculari palpebrarum mn.

ll Truncatum os jugale. m truncatus proceſſus ejus, qui cum zygomatico oſſis temporis convenit. n truncatus zygomaticus.

## FIGURAE XIII.

### *Temporalis, à parte poſteriore.*

aaab Primum originis initium ab eminentia aaa oſſis verticis, b mammillaris.

Reliquum originis, ab amplitudine lateris calvariae, quae fit à proceſſu ſuperiore oſſis jugalis, à finitimo latere oſſis frontis, ab oſſe verticis & ſquamoſo, à proceſſu maximo oſſis multiformis, ejuſque eminentiis, quae in inferiore parte lateris ejus ſunt; exhiberi his in Figuris nequivit; ut à quibus partibus ſubtus oritur.

Extrinſecus pars ſe demittit à membrana tendinea, qua ibi veſtitus; hic remota.

c Tendo.

Adde Fig. 12. & 14.

*In Syntaxi*, Tab. VI. A &c. in capite; ubi ſubit zygoma, & deinde ſubjacet Maſſeteri EG. In Tab. V. praeterea ſubjacet aponeuroſi Epicranii dd, & cum ea Attollenti auriculae fg, & anteriori k.

## FIGURAE XIV.

### *Temporalis extremum à parte interiore.*

a Pars extremi tendinea tenuis, inſerta margini poſteriori radicis proceſſus coronoïdei maxillae inferioris.

bb Carneae partis inſertio amplitudini interiori radicis proceſſus coronoïdei.

c Tendinis mucro craſſior, d inſertus eminentiae, quam proceſſus coronoïdeus juxta priorem partem radicis ſuae habet.

e Tendinis mucro tenuior.

Adde Fig. 12. & 13.

f Maxillae inferioris pars ſiniſtra, ex interiore parte.

## FIGURAE XV.

### *Pterygoïdeus internus, & externus, à parte inferiore.*

a *Pterygoïdeus internus.*

b Origo è fundo cavi proceſſus pterygoïdei oſſis multiformis, principio tendinoſo; oriens porro ab interiore parte parietis externi proceſſus ejuſdem paullo minus quam tota.

c Pars originis, quae eſt ab inferiore parte oſſis palati, qua dehiſcenti proceſſui pterygoïdeo interſertum. Unde à principio tendinoſus. Juxta quam originem oritur etiam d ab oſſe maxillari ſuperiore.

e Extremum tendinoſum, quod inferiori parti amplitudinis internae illius partis maxillae inferioris, quam ea ad caput erigit, ad imum angulum uſque inſertum ff.

Adde Fig. 17.

g *Pterygoïdeus externus.*

h Ab hujus parietis externi proceſſus pterygoïdei amplitudine exteriore prope tota oritur.

i Origo ab inferiore parte marginis parietis mododicti, qui margo ſpectat cavum pterygoïdis.

k Origo à margine inferiore parietis mododicti.

l Hac parte oritur ab exteriore parte portionis pterygoïdeae oſſis palati, & à finitima parte oſſis maxillaris ſuperioris.

kl Principii pars tendinoſa.

m Pars, quae procedit ab inferiore parte oſſis multiformis, ab externo latere radicis proceſſus pterygoïdei.

nno Extremum tendinoſum, inſertum nn collo maxillae inferioris, ubi id ab interiore parte partis prioris, ſtatim ſub capitulo ſuo ſinuatum eſt: & priori & eidem internae parti marginis lamellae cartilagineae o, quae articulo maxillae interjecta.

Adde Fig. 16.

p Eminens interior paries ſinus oblongi q, impreſſi radici parietis interni proceſſus pterygoïdei oſſis multiformis, ab exteriore parte. A quo pariete eminente oritur Circumflexus palati, e Fig. 10.

Caetera capitis oſſei ſunt eadem, quae in Tabulis Oſſium.

F I-

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM DUODECIMAE EXPLANATIO.

## FIGURAE XVI.

### *Pterygoïdeus externus, à parte priore.*

a Pars inferior.
bc Hic ſubtus oritur à parietis externi proceſſus pterygoïdei amplitudine exteriore prope tota: & infra quoque, juxta c, ab exteriore parte portionis pterygoïdeae oſſis palati, finitimaque maxillaris ſuperioris.
d Pars tendinoſa.
e Extremum, inſertum collo maxillae inferioris, ubi id ab interiore parte partis prioris, ſtatim ſub capitulo ſuo ſinuatum eſt.
f Pars ſuperior, cujus fibrae cum fibris inferioris ad angulos acutos conveniunt.
gg Origo ejus ab inferiore parte oſſis multiformis, juxta externum latus radicis proceſſus pterygoïdei.
h Extremum, maxillae ſupra partem inferiorem inſertum.
Adde Fig. 15. g--o.
*In Syntaxi*, Tab. III. ιι in capite, ubi ex parte deliteſcit poſt Buccinatorem v, os maxillare ſuperius, & jugale, poſtque zygoma, & proceſſum coronoïdeum maxillae inferioris, circa quem poſt Temporalis extremum ſequitur. Dein Tab. II. A in capite; ubi pariter poſt os maxillare ſuperius deliteſcit, & poſt jugale, poſtque Buccinatorem z; praetereaque poſt Maſſeterem r.
A latere, Tab. X. Fig. 1. a, partim tectus Pterygoïdeo interno b, partim ſubjectus maxillae inferiori.
i Hic truncatum os jugale, k hic maxillare ſuperius, l hic proceſſus zygomaticus oſſis temporis, m hic proceſſus coronoïdeus maxillae inferioris, quo, exciſſo oſſe intermedio, cerni muſculus queat.
n Proceſſus lateralis maximus oſſis multiformis.
o Os maxillare ſuperius.

## FIGURAE XVII.

### *Pterygoïdeus internus, à parte priore.*

aa Hic ſubtus principium ejus inhaeret cavo proceſſus pterygoïdei oſſis multiformis.
b Extremum tendinoſum, quod hic cc inſerere ſe incipit inferiori parti amplitudinis internae illius partis maxillae inferioris, quam ea ad caput erigit: cui ſe porro ad imum angulum uſque inferit. Confer ff Fig. 15.
Adde Fig. 15. a--f.
*In Syntaxi*, Tab. IV. r in capite; ubi (ut hic) à principio deliteſcit pone proceſſum pterygoïdeum, & praeterea pone maxillam inferiorem, circa quam ſequitur poſt Temporalis extremum. Dein Tab. III. ζ in capite; ubi inſuper pone Buccinatorem v deliteſcit, & tectus Pterygoïdeo externo ι. Quodque in Tab. III. nudum, id in Tab. II. poſt Maſſeterem r in capite.
A parte poſteriore, Tab. VII. c in capite; ubi porro poſt proceſſum mammillarem deliteſcit, & Trachelomaſtoïdeum zB in cervice. Dein Tab. VI. I in capite, porro deliteſcens poſt Splenium capitis P in cervice. Dein Tab. V. ρ in capite; ubi ex parte tectus Latiſſimo colli t, & porro deliteſcit poſt Sternomaſtoïdeum u in collo, & poſt auriculam.
A latere, Tab. X. Fig. 1. bc, à principio deliteſcens poſt proceſſum mammillarem. Dein Tab. IX. ια in capite; ubi partem integit Latiſſimus colli πξ; pars deliteſcit poſt Sternomaſtoïdeum ρ in collo, pars poſt auriculam.
dddd Hic truncata maxilla inferior, ut appareat pars muſculi, quae pone eam ſita.

## FIGURAE XVIII.

### *Biventer maxillae, à latere.*

a Venter primus.
b Tendo medius.
c Venter ſecundus, d inſertus poſteriori parti imi marginis maxillae inferioris, juxta menti medium.
Adde Fig. 19.
*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 1. ghii; ubi principium (ut hic) poſt proceſſum mammillarem: partemque integit Stylohyoïdeus ef. In Tab. IX. totus tectus Latiſſimo colli μ in collo, Sternocleidomaſtoïdeo ρ, Splenio capitis υ, Stylohyoïdeo λ, &c.
A parte priore, Tab. II. y P in capite; ubi partim poſt maxillam inferiorem deliteſcit, partim tectus Sternocleidomaſtoïdeo λ in collo, partim Stylohyoïdeo R. Dein Tab. I. Σ in capite; ubi pariter poſt maxillam inferiorem deliteſcit, & tectus Sternocleidomaſtoïdeo Φ in collo, & praeterea poſt auriculam: infraque, qua nudus in Tab. II., tectus Latiſſimo colli Ω.
A parte poſteriore, Tab. VI. L in capite; ubi porro poſt Splenium capitis P in cervice, & Levatorem ſcapulae Z deliteſcit. Et quod nudum, id in Tab. V. poſt Sternocleidomaſtoïdeum u in collo.

## FIGURAE XIX.

### *Biventer maxillae, à parte inferiore.*

a Venter primus, b principio tendinoſo oriens cc ex incili, quod radicem proceſſus mammillaris oſſis temporis ex interiore parte findit; & praecipue quidem ab interiore eodemque humiliore margine ejus.
d Tendo medius.
e Venter ſecundus, f extremo tendinoſo inſertus gg poſteriori parti imi marginis maxillae inferioris, juxta menti medium.
h Aponeuroſis, è tendinis extremo, tendinoſoque initio ventris ſecundi, ab inferiore parte exeuns, adnectenſque ſe i priori parti baſis hyoïdis, juxta partem inferiorem, à latere, inter extrema Mylohyoïdei, Sternohyoïdei, Coracohyoïdei.
Adde Fig. 18.
Oſſa cognoſcentur ex Tabulis Oſſium.

## FIGURAE XX.

### *Maſſeter, à parte priore.*

a Pars exterior eademque major.
b Principii pars tendinea extrinſecus.
c Oritur ab inferiore & eadem priore parte extremi proceſſus oſſis maxillaris ſuperioris, cui os jugale innixum; dd continuoque ab exteriore parte marginis inferioris oſſis jugalis, qua illud zygomatis partem efficit; aliquanto ante inferiorem partem ſuturae zygomatis oriri deſinens.
ef Extremum tendinoſum, inſertum amplitudini exterioris partis lateris maxillae inferioris, uſque ad angulum maxillae gg.
h Pars interior & eadem minor, qua nuda.
i Origo ejus ab inferiore margine oſſis jugalis, juxta proceſſum zygomaticum oſſis temporis: k & porro ab inferiore margine proceſſus zygomatici, uſque ad tuberculum committendae maxillae inferioris cauſſa eminens.
l Portio, quae ſupra zygoma abſcedit ab interiore parte membranae tendineae, qua Temporalis extrinſecus obductus, affixae zygomati: à qua membrana portio haec reſciſſa.
Adde Fig. 21. & 22.
*In Syntaxi*, Tab. II. o--x in capite. Dein Tab. I. VWXY in capite; ubi partem tegit Zygomaticus major E, & Latiſſimus colli γγ.

## FIGURAE XXI.

### *Maſſeteris pars interior eademque minor, à parte priore.*

aab Origo à tota longitudine zygomatis: aa ab inferiore parte marginis inferioris oſſis jugalis, qua illud ad zygoma pertinet: b porroque ab inferiore margine proceſſus zygomatici oſſis temporis, uſque ad tuberculum maxillae inferioris committendae cauſſa eminens.
c Pars tendinoſa principii.
d Extremum tendinoſum, inſertum exteriori parti proceſſus coronoïdei, à ſummo ejus ad imum, porroque proximae infra radicem ejus maxillae parti eee.
f Portio, quae ſupra zygoma abſcedit ab interiore parte membranae tendineae, qua Temporalis extrinſecus obductus, affixae zygomati: à qua membrana, hic remota, portio haec abſciſſa.
Ortus ab interiore parte zygomatis cerni in Figura nequit.
Adde Fig. 20. & 22.

## FIGURAE XXII.

### *Maſſeter, à parte poſteriore.*

a Pars exterior eademque major, bb inſerta maxillae ad angulum imum.
cd Pars interior eademque minor. c pars ejus exterior, quae nuda. d pars interior.
e Origo à proceſſu zygomatico oſſis temporis.
Adde Fig. 20. & 21.
*In Syntaxi*, Tab. VI. EFGH in capite. Dein Tab. V. pq in capite; ubi partem tegit Latiſſimus colli t, partem Zygomaticus major r; pars deliteſcit pone auriculam.
A latere, Tab IX. δ--θ in capite; ubi partem integit Latiſſimus colli ξο, partem Zygomaticus major yz.

## *PHARYNGIS.*

Adde *Palatopharyngeos* fg Fig. 11.

## FIGURAE XXIII.

### *Conſtrictor pharyngis inferior, medius, & ſuperior, cum Buccinatore, à latere.*

a *Conſtrictor inferior pharyngis.*
bbcd Caput, quod à cartilagine thyreoïdea oritur: & quidem bb ab exteriore parte marginis ſuperioris, ante proceſſum ſuperiorem; proximoque tuberculo, quod ad radicem proceſſus illius eſt; eminentia deinde oblonga, quae eſt in latere thyreoïdeae. c à margine inferiore ante proceſſum inferiorem. d ab exteriore parte proceſſus inferioris.
ee Caput, oriens ab inferiore parte lateris externi cartilaginis cricoïdeae, juxta partem ejus poſteriorem, mox infra proceſſum inferiorem thyreoïdeae, qui cricoïdeam continet.
Inter capita haec duo, juxta d, accipit portionem à Cricothyreoïdeo, dd Fig. 47. Tab. XI.
Adde Fig. 24. a.
*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 3. z. & Fig. 2. δ. Dein Fig. 1. β; ubi pars principii ſub Hyothyreoïdeo q.
A parte priore, Tab. III. ϖ in collo; ubi partem integit Hyothyreoïdeus τ, pars deliteſcit poſt Sternothyreoïdeum π. Dein Tab. II. X in collo; ex parte pariter tectus Hyothyreoïdeo Y, praetereaque deliteſcens poſt Sternocleidomaſtoïdeum λ. Quae autem pars ibi nuda, ea in Tab. I. deliteſcit poſt Latiſſimum colli Ω in collo.
f *Conſtrictor medius pharyngis.*
g Caput alterum, quod latius; oriens à ſuperiore & eadem exteriore parte extremi cornu oſſis hyoïdis.
h Caput alterum, oriens ab oſſiculo graniformi hyoïdis.
Adde Fig. 24. i. & Fig. 25.
*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 3. wxy; ubi (ut hîc) pars ejus inferior tecta Conſtrictore inferiore z. Dein Fig. 2. αβγ; ubi pariter pars ejus inferior tecta Conſtrictore inferiore δ, & à principio praeterea Ceratogloſſo n, & Baſiogloſſo o tectus. Dein Fig. 1. δεζ; ubi ſimiliter pars inferior tecta Conſtrictore inferiore β, & à principio Ceratogloſſo m tectus, & Baſiogloſſo l, & Biventre maxillae g.
i *Conſtrictor ſuperior pharyngis.*

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM DUODECIMAE EXPLANATIO.

k Pars ſumma, quae è parte ſuperiore marginis poſtici tendinis Circumflexi palati exit, ubi ille ultra hamulum jam proceſſit in palatum. Vide ejus ortum Tab. X. Fig. 15. o.

l Pars, quae oritur ab interiore parte totius longitudinis hamuli proceſſus pterygoïdei oſſis multiformis, & à lamella interna proceſſus illius, ad hamuli radicem.

m Hic medio Buccinatoris principio continuatus.

n Pars, quae oritur ab interna parte maxillae inferioris, juxta ſuperiora foſſulae molaris poſtremi: unde reſciſſa.

o Pars pertenuis, quae procedit à latere radicis linguae, ubi primum Styloglossus attingit Ceratogloſſum.

p Pars, quae accedit à Genioglоſſi fibris, quas ille per latus pharyngis curvat.

Adde Fig. 24. l. & Fig. 26.

*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 3. pqrstun; ubi (ut hic) partem integit Conſtrictor medius w. Dein Fig. 2. yyz; ubi ſimiliter partem integit Conſtrictor medius α; & praeterea delitеſcit poſt Stylopharyngeum w, & Stylogloſſum k. Dein Fig. 1. η; ubi eodem modo pars tecta Conſtrictore medio δ, & praeterea pone Biventrem maxillae g deliteſcit.

q *Buccinator.*

r Origo ab exteriore parte extremi hamuli proceſſus pterygoïdei oſſis multiformis.

s Origo à fundo intercapedinis, quae eſt inter hamulum & lamellam externam proceſſus mododicti.

t Hic à maxilla ſuperiore oritur extrinſecus pone molarem intimum, ſtatim ſupra gingivam.

u Hac parte oritur à maxilla inferiore, ab eminentia oblonga, quam ejus illa cauſſa habet inter intimi molaris exteriorem partem & radicem proceſſus coronoïdei: unde reſciſſus.

m Intermedio loco continuatus Conſtrictori ſuperiori pharyngis.

Adde Tab. XI. Fig. 14. a--e. & Fig. 13. kk.

*In Syntaxi*, Tab. IX. γ in capite; tectus porro Zygomatico majore y, Maſſetere δ, Latiſſimo colli ξ ε.

v Lingua. Confer Tab. XI. Fig. 41.

w Stylogloſſus, x hic truncatus. Confer Tab. XI. Fig. 41. f.

y Lingualis. Confer Tab. XI. Fig. 41. e.

z Truncatus Ceratogloſſus cum Baſioglоſſo. Confer Tab. XI. Fig. 41. inter f b e.

α Geniogloſſus, ββ oriens ab aſpera eminentia, quae in interiore parte maxillae inferioris eſt, propter ejus ſymphyſem. γ hic tenues faſciculos per latus pharyngis curvat, quorum alii δ accedunt ad Ceratogloſſum & Stylogloſſum, alii ε in membrana pharyngis evaneſcunt, alii p accedunt ad Conſtrictorem ſuperiorem pharyngis. Confer Tab. XI. Fig. 41. cd, & Fig. 42.

ζ Maxilla inferior, ηη hic truncata.

Caetera cognoſcentur ex Fig. 2. Tab. X.

## FIGURAE XXIV.

### *Conſtrictores pharyngis inferiores, medii, & ſuperiores, à parte poſteriore.*

a.a *Conſtrictores inferiores pharyngis.*

b.b Origo à cartilagine cricoïdea.

c Mucro, in quem à ſuperiore parte deſinunt.

c--d Hic fibrae convenientes, angulos efficiunt, eo minores, quo quaeque ſuperiores.

e Hic dextrae ſiniſtris incurvo ductu continuatae.

Adde Fig. 23. a.

*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 8. ab. abcde.

f Stomachi fibrae interiores, tranſverſae, hac parte nudae. g.g exteriores, ex lateribus oblique retrorſum deſcendentes.

h Stomachus, truncatus.

*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 8. f.g.g.

i.i *Conſtrictores medii pharyngis*, qui magnam partem ſubjacent inferioribus aac.

k Mucro, in quem à ſuperiore parte deſinunt: qui in multis tendineus tenuis repertus, affixuſque oſſi occipitis, ante foramen magnum, à parte inferiore.

Adde Fig. 25. & Fig. 23. fgh.

*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 9. a.abc. Dein Fig. 8. n.no; ubi (ut hic) magnam partem ſubjacent Conſtrictoribus inferioribus aae.

l.l *Conſtrictores ſuperiores pharyngis*, qui magnam partem ſubjacent mediis i.ik.

m.m Partes, quae n.n oriuntur à maxilla inferiore, juxta dentes molares intimos.

o.o Hic reſciſſi à Buccinatoribus.

Vide Fig. 26. & adde Fig. 23. i--p.

*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 10. a--g. a--g; ubi ex parte poſt Stylopharyngeos op. op. Dein Fig. 9. def. def; ubi pariter poſt Stylopharyngeos rq. rq, & praeterea magnam partem (ut hic) ſubjecti Conſtrictoribus mediis a.a. Eodem modo Fig. 8. pqr. pqr; magnam partem ſubjecti mediis nno; & praeterea Stylopharyngeis vw. vw.

p.p Dentes molares intimi.

Caetera ex Tab. X. Fig. 8. ſi opus, cognoſcentur.

## FIGURAE XXV.

### *Conſtrictores pharyngis medii, à parte poſteriore.*

a Mucro ſuperior, in quem conveniunt.

b Mucro inferior.

Inter quos mucrones, à b ad c, fibrae in angulos conveniunt: ſupremae in acutos deorſum patulos: ſequentes, ut ſequuntur, in majores, donec directo conveniant: poſt has ſequentes in angulos ſurſum patulos, eoque minores, quo inferiores.

Adde Fig. 24. i.ik, & Fig. 23. fgh.

c.c Cornua extrema oſſis hyoïdis.

## FIGURAE XXVI.

### *Conſtrictores pharyngis ſuperiores, à poſteriore parte.*

a Pars inferior, quae partem ſuperiorem b decuſſat.

c Pars, quae d oritur ab interna parte maxillae inferioris, juxta dentem molarem intimum.

e Hic reſciſſa à Buccinatore.

f Mucro, in quem dexter ſiniſterque à ſuperiore parte conveniunt.

Inter f & g fibris ſuis in angulos conveniunt.

Adde Fig. 24. lmno. lmno. & Fig. 23. i &c.

h.h Dentes molares intimi inferiores.

## FIGURAE XXVII.

### *Stylopharyngei, Palatopharyngei, Salpingopharyngei.*

a *Stylopharyngeus.*

b Principium tendineum, c oriens ab interiore parte partis poſterioris principii portionis illius, quae adjuncta proceſſui ſtyliformi oſſis temporis, mobilis eſt aetate junioribus.

d Pars ſuperior & eadem minor, quae ſe ad Palatopharyngeum l adjungit.

e Pars inferior & eadem major; cujus portio f inſerta lateri externo marginis cartilaginis thyreoïdeae, ad radicem proceſſus ſuperioris: portio g inſerta ſubſequenti parti marginis uſque ad radicem proceſſus inferioris.

Adde Fig. 28. a &c. & Fig. 30. a &c.

*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 11. f &c. Dein Fig. 10. l &c. ubi ex parte tectus Conſtrictore pharyngis ſuperiore aee. Dein Fig. 9. o &c. ubi pariter ex parte tectus Conſtrictore ſuperiore d, & praeterea medio a. Eodemque modo Fig. 8. u &c.

h--l *Palatopharyngeus.*

h Pars, quae per palatum molle incedit, ſupra Levatorem palati illius.

i Hic juxta poſticum marginem palati oſſei exit ex membrana tendinoſa, quae è naribus veniens, procedit per ſuperiora palati mollis.

Caeterum in medio latitudinis palati mollis, fere à palati oſſei poſtico margine uſque ad radicem uvulae, dexter ſiniſterque continuati inter ſe.

k Pars, quae ſub Levatore palati mollis à principio jacens, exit ex aponeuroſi Circumflexi palati. Vid. Fig. 29. b.

l Hic è palato molli veniens, ſe curvat per lateralem pharyngis partem, porroque per poſteriorem pergit, conjungens ſe cum Stylopharyngeo d.

Adde Fig. 28. f &c. & Fig. 29. & Fig. 30. d &c. & Fig. 11. fg.

*In Syntaxi*, pars, quae in pharynge eſt, Tab. X. Fig. 11. e: quae in Fig. 10. poſt Conſtrictorem pharyngis ſuperiorem a. Pars, quae in palato eſt, Tab. X. Fig. 13. nop; ubi ex parte poſt Salpingopharyngeum q deliteſcit, & Azygo uvulae m ſubjacet.

m Commune extremum Stylopharyngei & Palatopharyngei, per poſteriora membranae pharyngis incedens.

no Hic extrema illa, dextrum ſiniſtrumque, fibris ſuis conveniunt inter ſe, per pharyngis longitudinem mediam. pop hic in poſticam partem membranae pharyngis evaneſcunt, & ad p.p inſeruntur cartilagini thyreoïdeae.

Adde Fig. 30. i.

*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 11. o. Dein Fig. 10. t; ubi à ſuperiore parte ſubjacet Conſtrictori pharyngis ſuperiori a. Dein Fig. 9. s; ubi praeterea ſubjacet Conſtrictori medio a: & quod nudum, id in Fig. 8. tectum Conſtrictore inferiore a.

q *Salpingopharyngeus*, qui ſe ad interiorem partem Palatopharyngei adjungit.

r Origo ab inferiore eademque priore parte cartilagineae, quae tubae Euſtachianae ineſt, naturae prope extremae.

Adde Fig. 28. kl.

*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 13. q.

Pharynx à ſuperiore parte aperta eſt, reſciſſo quicquid à baſi cranii uſque ad Palatopharyngeorum marginem ſuperiorem lnl eſt.

ss Hinc reſciſſa pharyngis pars poſterior.

tuv Tuba Euſtachiana, t hic adhuc tecta membrana, quae interiora faucium efficit, aut veſtit. u hic nuda, qua parte adjacebat Levator palati mollis. v oſtium, quo ad latus narium foraminis poſtici pertinet.

w Septum narium, veſtitum membrana mucipara.

x.x Concava narium.

y Os ſpongioſum inferius, veſtitum membrana mucipara.

zz Hinc reſecta membrana, quae narium concavum ex interiore parte veſtit.

Haec ut Fig. 15. Tab. X.

αα Membrana tendinoſa, quae incedit per ſuperiora palati mollis, veniens ex naribus, m Fig. 14. Tab. X.

β Paries externus proceſſus pterygoïdei oſſis multiformis, cum ſuo hamulo γ, ut Fig. 16. Tab. X.

δ Uvula, ut Fig. 15. Tab. X.

εε Cartilago thyreoïdea.

ζ Pharyngis partis inferioris, eique continuatae ſtomachi partis, membrana nuda; η hic truncata.

Haec ut Fig. 10. Tab. X.

θ Proceſſus ſtyliformis oſſis temporis, ut Fig. 9. Tab. X.

## FIGURAE XXVIII.

### *Stylopharyngei, Palatopharyngei, Salpingopharyngei.*

Poſteriore pharyngis parte tota, à ſummo per laterum longitudinem reſciſſa, remotaque, interior pars, quae tunc apparet, exhibita eſt: detracta etiam membrana, qua pars illa interior obtegitur; ut Fig. 13. Tab. X. Remota etiam cartilago cricoïdea cum arytaenoïdeis, earumque additamentis; ut Fig. 15. Tab. X.

abcde *Stylopharyngeus.*

b Prin-

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM DUODECIMAE EXPLANATIO.

b Principium tendineum, c hic reſciſſum à proceſſu ſtyliformi oſſis temporis.
d Pars Stylopharyngei ſuperior eademque minor. e inferior eademque major.
Adde Fig. 27. a &c & Fig. 30. a &c.
*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 13. r &c. & Fig. 14. p &c. & Fig. 15. x &c.

fgh *Palatopharyngeus.*

f Pars, quae per palatum molle incedit, ſupra Levatorem palati illius: cum pare ſui per mediam palati longitudinem continuata.

g Hic exit ex membrana tendinoſa, quae è naribus veniens, procedit per ſuperiora palati mollis.

h Pars, quae ſub Levatore palati mollis à principio jacens, exit ex aponeuroſi Circumflexi palati. Vide Fig. 29. b.

Ab i ad i reſciſſae Palatopharyngei & Stylopharyngei partes, quae per poſteriora membranae pharyngis decurrunt, Idem Fig. 27.
Adde Fig. 27. h &c. & Fig. 29. & Fig. 30. d &c. & Fig. 11. fg.
*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 13. nop; ubi ex parte (ut hic) poſt Salpingopharyngeum q deliteſcit, & ſubjacet quoque Azygo uvulae m.

k *Salpingopharyngeus*, qui ſe ad interiorem partem Palatopharyngei adjungit.

l Origo ab inferiore eademque priore parte cartilagineae, quae tubae Euſtachianae ineſt, naturae prope extremae.
Adde Fig. 27. qr.
*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 13. q.

m Commune extremum Palatopharyngei & Salpingopharyngei, quod ſe per latus pharyngis demittit, eminetque intra eam, ac facit arcum poſteriorem, qui per latus faucium à palato molli deſcendit.
Adde Fig. 29. c.
*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 13. w.

no Communis extremi Stylopharyngei & Palatopharyngei pars à Stylopharyngeo producta: cujus haec n pars decurrit intus per ligamentum laterale epiglottidis ad lateralem epiglottidis marginem: haec o inſerta margini ſuperiori cartilaginis thyreoïdeae, inter proceſſum ejus ſuperiorem & epiglottidem.
Adde Fig. 29. ef.
*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 13. xy. & Fig. 14. yz.

p Uvula.
q.q Palati mollis margines poſtici.
r.r Tonſillae.
s Lingua.
t Epiglottis.
u Cartilago thyreoïdea.
Ut in Fig. 15. Tab. X.
Caetera hujus Figurae ſunt eadem, quae in Fig. 27.

## FIGURAE XXIX.

### *Palatopharyngei.*

Remotae partes eorum, quae per palatum molle incedunt ſupra Levatores palati illius, fg. fg Fig. 28. Remoti & Salpingopharyngei, k.k Fig. eadem.

a Pars, quae per palatum molle incedit ſub extremo Levatoris palati illius. Quae ſe pari ſui per mediam palati longitudinem continuat.

bb Hic exit ex aponeuroſi Circumflexi palati mollis.
*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 15. p &c. Dein Fig. 14. w; ubi tecta Levatore palati mollis kl.

c Pars, quae ſe per latus pharyngis demittit, eminetque intra eam, arcumque facit poſteriorem, qui per latus faucium à palato molli deſcendit.
*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 15. t, & Fig. 14. x.

Ab d ad d reſciſſae Palatopharyngei & Stylopharyngei partes, quae per poſteriora membranae pharyngis decurrunt, Idem Fig. 27.

ef Communis extremi Stylopharyngei & Palatopharyngei pars à Stylopharyngeo producta: cujus haec e pars decurrit intus per ligamentum laterale epiglottidis ad lateralem epiglottidis marginem: haec f inſerta margini ſuperiori cartilaginis thyreoïdeae, inter proceſſum ejus ſuperiorem & epiglottidem.
*In Syntaxi*, Fig. 15. vw.
Adde Fig. 28. fghiimno: & Fig. 27. hiklm: & Fig. 30. d &c. & Fig. 11. fg.
Caetera hujus Figurae intelligentur partim ex Fig. 27. partim ex 28.

## FIGURAE XXX.

### *Stylopharyngeus & Palatopharyngeus à latere.*

a *Stylopharyngeus*, b hic truncatus. Eſt a &c. Fig. 27. & a &c. Fig. 28.

c Portio ejus, quae ſe adjungit ad ſuperiorem partem Palatopharyngei, d Fig. 27.
*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 4. de. Dein Fig. 2. w; ubi partem integit Conſtrictor pharyngis medius β: & quod nudum, id in Figura 1. ſubjacet Biventri maxillae g.

dæ *Palatopharyngeus*, æ hic truncatus. Eſt l Fig. 27.
*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 4. ff; ubi (ut hic) ex parte deliteſcit poſt Stylopharyngeum d.

e Commune extremum Stylopharyngei & Palatopharyngei.

f Ejus haec pars, ad Stylopharyngeum pertinens, inſerta margini ſuperiori cartilaginis thyreoïdeae, inter proceſſum ejus ſuperiorem & epiglottidem. Adde Fig. 28. no: & Fig. 29. ef.

g.h Hae, ad Stylopharyngeum pariter pertinentes, inſertae margini cartilaginis mododictae: & g quidem lateri externo marginis illius, ad radicem proceſſus ſuperioris; h autem, reliquo margini. Sunt f.g Fig. 27.

i Pars infra in membranam pharyngis evaneſcens, op Fig. 27.
*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 4. gghik; ubi pars pone oſſis hyoïdis cornu w deliteſcit; pars pone ligamentum x, quod ab extremo hyoïdis cornu ad proceſſum ſuperiorem thyreoïdeae pertinet; pars (ut hic) pone cartilaginem thyreoïdeam yz. Dein Fig. 3. inter x & y, itemque ε; ubi pars pariter poſt cornu hyoïdis θ, & ligamentum ι, & thyreoïdeam κ: & praeterea tectum Conſtrictore pharyngis medio wxy, & inferiore z. Dein Fig. 2. inter β & γ, itemque x; ubi praeterquam quod pariter poſt cornu hyoïdis v, ligamentum modo dictum, Conſtrictorem pharyngis medium αβγ, & inferiorem δ, thyreoïdeam ι, etiam poſt Ceratogloſſum n. Dein Fig. 1. inter ι & ζ, itemque p; ubi eodem modo poſt cornu hyoïdis n, ligamentum idem, Conſtrictorem medium διζ, inferiorem β, thyreoïdeam; & praeterea poſt Hyothyreoïdeum qr.

A parte priore, Tab. III. χ in collo, portio nuda inter cornu hyoïdis λ, ligamentum ψ, cartilaginem thyreoïdeam, Hyothyreoïdeum π, & Conſtrictorem pharyngis inferiorem ω; quibus porro ſubjacet. Sic & Tab. II. W in collo, caeterum ſubjacens iiſdem, cornu hyoïdis, ligamento V, thyreoïdeae, Hyothyreoïdeo YZ, Conſtrictori inferiori X. Nudaque in Tabulis mododictis pars, in Tab. 1. deliteſcit poſt Latiſſimum colli Ω in collo.

k Membrana pharyngis cum continuata ipſi membrana ſtomachi.

## *EXTREMI INTESTINI RECTI & ANI. URETHRAE VIRILIS & BULBI EJUS. PENIS.*

## FIGURAE XXXI.

### *Levatores ani cum Sphinctere interno, à parte poſteriore.*

aa--k *Levatores ani*, quandam infundibuli formam referentes, unamque, praeter portiones coccygi affixas, ſimul taeniam efficientes, quae circum inteſtinum rectum inprimis ducta, extremis ſuis pelvis lateribus, angulis penis, & bulbo urethrae, ut indicabitur, affixa. Inque ambitu ejus praeter inteſtinum rectum, etiam inferiora veſicae cum veſiculis ſeminalibus & proſtata continentur: vaginaque in foemina.

a.a Partes priores ex interiore parte.

bcd Origo ab interiore parte oſſis pubis, b circa inferiora ſynchondroſis; indeque, bc parte carnea, cd tendinea, per ſuperiora retrorſum circum principium Obturatoris interni.

e Tendo, qui marginem ſuperiorem facit, à ſummo ortus ab oſſe pubis, per latus pelvis, fere uſque ad acutum iſchii proceſſum.

f Origo ab acuto iſchii proceſſu.

g Pars poſterior, ab exteriore parte.

h Hic ſe ſubtus inſerit priori margini coccygis oſſium ultimi & penultimi h.

i Extremum tendineum, quo ſe alter alteri mox infra coccygem continuat, fibris in ipſo coitu angulos facientibus deorſum patulos.

k Hic ſe carne ſua continuant.
Adde Fig. 32. a--g. a--g: & Fig. 33. & 34.
*In Syntaxi*, Tab. VI. e.e in inferiore trunci parte; ubi ſubeunt Sphincterem ani externum f. Dein Tab. V. ι in natibus; ubi pariter ſubeunt Sphincterem externum ε, & poſt Gluteos magnos γ.γ deliteſcunt.

ll *Sphincter ani internus.*
Adde Fig. 32. l.
*In Syntaxi* non exhibitus.

mm Extremum inteſtini recti.

n Anus.

oo Locus ſynchondroſis oſſium pubis p.p.

## FIGURAE XXXII.

### *Levatores ani cum Sphinctere interno, à parte priore.*

a--g.a--g *Levatores ani.*

abc Origo ab interiore parte oſſis pubis, a circa inferiora ſynchondroſis; indeque, ab parte carnea, c tendinea, per ſuperiora retrorſum circum principium Obturatoris interni.

d Tendo, qui marginem ſuperiorem facit à ſummo ortus ab oſſe pubis per latus pelvis, fere uſque ad acutum iſchii proceſſum.

e Pars tenuis, quae venit f ex angulo, in quem caput penis cum corpore ſpongioſo urethrae coit: porroque, uſque ad g, à latere ſuperioris partis bulbi urethrae.
Adde Fig. 31. a--k. a--k: & Fig. 33. & 34.
*In Syntaxi* non conſpicui ab hac parte, quippe qui in Tab. IV. tecti Erectoribus penis ζ.ζ in trunco, & Tranſverſis perinaei ι.ι.

h Bulbus urethrae, in corpus ſpongioſum urethrae i abeuns.

k Urethra cum corpore ſpongioſo ſuo truncata.

l *Sphincter ani internus.*
Adde Fig. 31. ll.

mm Extremum inteſtini recti.

n Anus.

ooooo. ooooo Hic oſſa pubis truncata, exſciſſaque pars, ad cernendos Levatores.

## FIGURAE XXXIII.

### *Levator ani ſiniſter à latere, ab exteriore parte.*

a Tendo, qui marginem ſuperiorem facit à ſummo ortus ab oſſe pubis, per latus pelvis, fere uſque ad acutum iſchii proceſſum.

bcd Origo ab interiore parte oſſis pubis, bc parte tendinea, cd carnea, circum principium Obturatoris interni.

e Origo ab interiore parte proceſſus acuti iſchii.

f Pars tenuis, quae venit ex angulo, in quem caput penis cum corpore ſpongioſo urethrae coit: porroque è latere ſuperioris partis bulbi urethrae.

g Inſertio priori margini coccygis oſſium penultimi, h ultimi.

ik Hac parte ſe alter alteri infra coccygem continuat.
Adde Fig. 34. & Fig. 31. a--k: & Fig. 32. a--g.

lll Truncatum iſchion, mmmn os pubis, noo iſchii tuber; quo, exſciſſo

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM DUODECIMAE EXPLANATIO.

oſſe, cerni Levator poſſit.

## FIGURAE XXXIV.

### *Levator ani dexter à latere, ex interiore parte.*

a Tendo, qui marginem ſuperiorem facit à ſummo ortus ab oſſe pubis, per latus pelvis, fere uſque ad acutum iſchii proceſſum.

bcd Origo ab interiore parte oſſis pubis, bc parte tendinea, cd carnea, circum principium Obturatoris interni.

e Origo ab interiore parte proceſſus acuti iſchii.

f Pars tenuis, quae venit ex angulo, in quem caput penis cum corpore ſpongioſo urethrae coit: porroque è latere ſuperioris partis bulbi urethrae.

g Inſertio priori margini coccygis oſſium penultimi, h ultimi.

ik Hac parte ſe alter alteri infra coccygem continuat: i parte tendinea, k carnea. Unde alter reſciſſus.

Adde Fig. 33. & Fig. 31. a–k: & Fig. 32. a–g.

l Siniſtrum os iſchium, m pubis.

## FIGURAE XXXV.

### *Sphincter externus ani, à parte poſteriore.*

a Mucro poſterior, qui adhaeret coccygi extremo. Unde fibrae, ad anum uſque b, ex utroque latere convenientes, angulos efficiunt deorſum patulos: ſuperiores acutos, ſequentes, ut ſequuntur, majores.

Adde Fig. 36. abcc.

*In Syntaxi*, Tab. VI. f in inferiore trunci parte. Dein Tab. V. η circa nates.

## FIGURAE XXXVI.

### *Sphincter externus ani, à parte priore.*

a Fibrae ex utroque latere convenientes, angulos efficiunt deorſum patulos, quorum ſuperiores acuti, ſequentes, ut ſequuntur, majores.

b Cauda, in quam abit; quae ad poſtremum evaneſcit in perinaeo.

cc Haec pars ſupra caudam mododictam exit in mucronem quaſi triangularem, qui ſe innectit inferiori parti Acceleratorum, qua illi coeunt inter ſe.

Adde Fig. 35.

*In Syntaxi*, Tab. IV. θ in trunco; ubi mucro ob propendentem penis partem non conſpicuus. Dein eodem modo Tab. III. λ in trunco.

d Bulbus urethrae, abeuns in corpus ſpongioſum e urethrae.

f Urethra cum corpore ſuo ſpongioſo truncata.

## FIGURAE XXXVII.

### *Acceleratores. Tranſverſus perinaei. Tranſverſus perinaei alter. Erectores penis.*

aabcc *Acceleratores*, bulbum urethrae, qua is eminet, amplectentes.

Conjungit ſe alter cum altero b per mediam bulbi longitudinem. Et ubi conjungunt ſe, fibrae angulos faciunt, poſteriores quidem vix, prope directo convenientes: ſequentes ut ab his longius diſtant, minores.

c.c Mucrones priores, quibus à pene procedunt.

Caeterum origo cerni nequit in Figura.

*In Syntaxi*, Tab. IV. κ.κ in trunco; ubi partim tecti Sphinctere externo ani θ, partim Tranſverſis perinaei ι.ι, partim Erectoribus penis ζ.ζ: pars ob propendentem penis portionem non conſpicua. Dein Tab. III. μ in trunco; ubi pars eodem modo tecta Sphinctere externo λ, pars Erectore penis ν.

d *Tranſverſus perinaei.*

e Extremum, quod partim adjungit Acceleratori, partim Sphincteri ani externo, & quod pari etiam ſui continuare ſolet.

Adde Fig. 38.

*In Syntaxi*, Tab. IV. ι in trunco; ubi ſubit Sphincterem ani externum θ.

f *Tranſverſus perinaei alter.*

i Hic ſe extremo ſuo ad Erectorem penis inflectens, inter eum & Acceleratorem pertinebat in angulum, in quem caput penis cum bulbo urethrae coit.

Adde Fig. 39.

klm. klm *Erectores penis.*

l Extremum tendineum, mm inſertum corpori ſpongioſo majori penis, ultra caput ejus. Caeterum autem ſe etiam capiti, qua id pubis oſſi non adjacet, inſerit, fere à capitis illius principio; ultraque caput ad hunc mm locum uſque inſerit.

Adde Fig. 40.

*In Syntaxi*, Tab. IV. ζ.ζ in trunco; ubi extrema non conſpicua ob penis portionem propendentem.

nno Penis. n.n corpora ſpongioſa majora. o corpus ſpongioſum urethrae. p penis hic truncatus.

## FIGURAE XXXVIII.

### *Tranſverſus perinaei, à parte poſteriore.*

a Origo ab interiore parte tuberis iſchii.

Adde Fig. 37. de.

*In Syntaxi*, Tab. VI. h in inferiore parte trunci; ubi extremum ſubit Sphincterem ani externum f. Dein Tab. V. inter ζ & η in nate; ubi pariter ſubit Sphincterem externum η, & poſt Gluteum magnum γ deliteſcit.

## FIGURAE XXXIX.

### *Tranſverſus perinaei alter, à parte poſteriore.*

a Origo ab interna parte oſſis pubis, circa ejus locum illum, qui medius inter ima tuberis iſchii, pubiſque ſynchondroſem.

Adde Fig. 37. fi.

*In Syntaxi*, Tab. VI. g in inferiore trunci parte; ubi extremo ſubit Levatorem ani e: & quod nudum, id in Tab. V. deliteſcit poſt Gluteum magnum γ in nate.

## FIGURAE XL.

### *Erector penis, à parte poſteriore.*

a Principium tendineum, quod bb oritur ab interiore parte tuberis iſchii, paullo ante quam id in os pubis abeat.

Adde Fig. 37. klm.

## *VESICAE.*

## FIGURAE XLI.

### *Muſculus veſicae, à latere.*

Hunc, quamvis tantummodo perraro invenerim, addere tamen ob elegantiam viſum eſt. An fortaſſe is eſt, qui olim viſus ad proſtatam pertinere, Compreſſor ejus vocatus?

a Oriebatur ab interiore parte oſſis pubis, loco inter ima ſynchondroſis finitimamque ſuperiorem foraminis magni partem fere medio, juxta internam partem ortus Levatoris ani.

b Inde flectebat ſe circum veſicae latus, mox ſupra proſtatam, lateſcens ſenſim.

cc Ad poſtremum valde extenuatus, continuabat ſe veſicae fibris, vel in eas potius abibat.

d Veſica.

e Proſtata.

ff Hic os pubis ſiniſtrum truncatum, remotumque reliquum oſſis coxae, quo Muſculus cum veſica & proſtata cerneretur.

Tabulae sceleti et musculorum corporis humani - page 179 sur 242

© BIUM / R. Caussimon






J. Wandelaar ad ipſa corpora hominum delineavit: idemque incidit.

Proſtat Leidae Batavorum apud J. & H. Verbeek, Bibliop. 1745.

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE ANATOMICAE TERTIAE ET DECIMAE

# MUSCULORUM HOMINIS

# EXPLANATIO.

## *ABDOMINIS. TESTIS.*

Adde Tab. XIV.

### FIGURAE I.

*Obliquus externus abdominis, à latere.*

aa Pars carnea.

bcdd Caput primum. c principii pars tendinea. dd origo à coſta quinta.

efgg Caput ſecundum. f pars tendinea. gg origo à coſta ſexta.

hikk Caput tertium. i pars tendinea. kk origo à coſta ſeptima.

lmnn Caput quartum. m pars tendinea. nn origo à coſta octava.

opqq Caput quintum. p pars tendinea. qq origo à coſta nona.

rstt Caput ſextum. s pars tendinea. tt origo à coſta decima.

uvwwx Caput ſeptimum. v pars tendinea. ww origo à coſta undecima. x haec pars connexa cum Tranſverſi abdominis principio, ibi ex ejus tendinea parte exeuns.

yzA Caput octavum. z pars tendinea. A origo à cartilagine coſtae duodecimae.

Capita oriuntur margine oblique poſito, ab ora inferiore coſtae, per coſtae exteriorem partem, in priora marginem ejus ſuperiorem verſus ducto.

BBBBBCCDEEEEEFFFGHHIKLM Aponeuroſis.

CC Hic ſub ea eminet caro Obliqui interni.

D Hic ſub eadem ſimul & ſub aponeuroſi Obliqui interni, eminet caro Tranſverſi.

EEEE Hic Recti caro.

FFF Hic per aponeuroſes illas apparent lineae tendineae Recti.

G Hic ſub iiſdem eminet Pyramidalis.

HH. IK Duae partes, in quas aponeuroſis ſe findit, inde ad pubem uſque diſtinctae, tendinum ſpecie: ex quo fiſſura fit, per quam elabitur funiculus vaſorum ſpermaticorum cum Cremaſtere.

K Hic ſe partium mododictarum exterior inſerit tuberculo, quod è ſuperiore eademque priore parte oſſis pubis eminet; proximaeque ſpinae, quae ab illius tuberculi latere externo eſt: ex parte etiam ab interno ejuſdem tuberculi latere cum ligamentis, quae pubis ſynchondroſem à priori parte continent, commiſcet.

L Pars tenuior, ab altero tendinum mododictorum ad alterum pertinens, eoſque connectens inter ſe. Sub qua parte funiculus ſpermaticorum vaſorum decurrit, cum Cremaſteris principio; M hic exeuntia.

NN Imus margo tendineus, à criſtae ilium extremo priore pertinens ad pubem.

OP Hic aponeuroſis, PQ hic pars carnea, aliis in tendinoſum finem extenuata, inſerta ſuperiori eidemque exteriori parti partis prioris longitudinis criſtae oſſis ilium.

R Aponeuroſis inſerta cartilagini coſtae ſextae.

Quomodo à ſuperiore parte aponeuroſis cum ima Pectoralis parte connexa ſit, id vide in Tab. I. ς in trunco.

Adde Fig. 2.

*In Syntaxi*, Tab. IX. S &c. in trunco: ubi à ſuperiore parte Pectorali HI ſubjacet; dein capitibus ſuis Serrato magno NRORPRQ; dein Latiſſimo dorſi ΩED, & inter D & C.

### FIGURAE II.

*Obliquus externus abdominis, à parte priore.*

aa Pars carnea.

bcdd Caput primum. c pars tendinea. dd origo à coſta quinta.

efgg Caput ſecundum. f pars tendinea. gg origo à coſta ſexta.

hikk Caput tertium. i pars tendinea. kk origo à coſta ſeptima.

lmnn Caput quartum. m pars tendinea. nn origo à coſta octava.

op Caput quintum. p origo à coſta nona.

qqqqqrrsttttuuuvvwwxxyyzABBBCDEFFFGHIK Aponeuroſis.

rr Hic caro Obliqui interni ſub ea eminet.

s Hic ſub ea ſimul & ſub aponeuroſi Obliqui interni eminet Tranſverſi caro.

tttt Hic Recti caro eminet.

u.u.u.u Hic per aponeuroſes illas apparent lineae tendineae Recti.

v Hic Pyramidalis ſub iiſdem eminet.

ww Imus margo tendineus, à criſtae extremo priore pertinens ad pubem.

xx. yy Duae partes, in quas aponeuroſis ſe findit, inde ad pubem uſque diſtinctae, tendinum ſpecie: ex quo fiſſura fit, per quam funiculus vaſorum ſpermaticorum cum Cremaſtere elabitur: in foemina exit ligamentum rotundum uteri.

z Pars tenuior, ab altero tendinum mododictorum ad alterum, qua primum à ſe invicem ad fiſſuram faciendam diſcedere incipiunt, pertinens, eoſque connectens inter ſe. Sub qua parte funiculus vaſorum ſpermaticorum cum Cremaſteris principio decurrit. Infraque eam, juxta ipſam pubem, funiculus elabitur per annulum Obliqui hujus; qui annulus parvus eſt A, relinquiturque inter partem hanc z, tendines x. y, & os pubis.

B. B. B. &c. Fila tendinea ſubtilia, rara; quae decuſſant aponeuroſis fila illa, quae carneorum in modum porrecta ſunt. Ab iis fit pars z, ab altero tendinum yy. xx per alterum excurrentibus.

C Pars ſumma aponeuroſis, inſerta priori parti cartilaginis coſtae ſextae.

D Pars inſerta priori parti extremae cartilaginis coſtae ſeptimae.

E Pars inſerta oſſi cartilaginis mucronatae.

EFFF Linea alba, in qua Obliquorum externorum aponeuroſes ſe decuſſant, continuantque, & cum ſubjectis conjungunt.

G Foramen in linea alba, per quod in embryone exibant vaſa umbilicalia.

H Hinc procurrentes aponeuroſes dextri & ſiniſtri ſe decuſſant, & commiſcent cum ligamentis, quae pubis ſynchondroſem à priori parte continent.

I Pars ima procurrens, ſeſeque commiſcens cum ligamentis, quae pubis ſynchondroſem à priori parte continent, & cum iis inſerens K oſſi pubis oppoſito.

Adde Fig. 1.

*In Syntaxi*, Tab. I. d &c. in trunco: ubi à ſuperiore parte ſubjacet Pectorali ξ in trunco; dein capitibus ſuis Serrato magno αab; dein Latiſſimo dorſi τυ. A poſteriore parte Tab. V. W in dorſo; ubi partem tegit Latiſſimus dorſi PQ.

L Pubis oſſium ſynchondroſis, ligamentis à priori parte conſtricta.

### FIGURAE III.

*Obliquus internus abdominis, à parte poſteriore.*

aa Latus tendo, qui duabus aponeuroſibus incipit: quarum exterior ſubjecta hic lato tendini Latiſſimi dorſi i, ipſi ſuperinducto, & adnexo.

bb Principium tendineum, oriens à ſuperiore parte criſtae ilium.

c Pars carnea.

de Extremum, inſertum exteriori parti marginis inferioris coſtae duodecimae, d partis oſſeae extremae, e cartilagineae.

fg Extremum, inſertum exteriori parti marginis inferioris coſtae undecimae, f oſſeae partis extremae, g cartilagineae.

h Extremum, quod ad coſtam decimam pertinet.

i Latus tendo, quo Latiſſimus dorſi incipit: quem tendinem vide Tab. XVIII. Fig. 2.

kk Hinc reſciſſus latus tendo Latiſſimi dorſi, ubi tendo ille ſubtus non amplius cohaeret cum lato tendineo principio Obliqui interni.

Adde Fig. 4. & 5.

*In Syntaxi*, Tab. VI. M. &c. in inferiore trunci parte; ubi à principio, ut hic, ſuperinducto lato Latiſſimi dorſi tendine U tectus. Quaque parte nudus eſt in Tabula illa, ea in Tab. V. ſubjacet Latiſſimo dorſi PQ, & Obliquo externo abdominis, W in dorſo.

### FIGURAE IV.

*Obliquus internus abdominis, à parte priore; cum Cremaſtere.*

a Pars carnea.

b Origo à ſuperiore parte criſtae ilium.

cc Margo procedens à margine tendineo Obliqui externi abdominis.

dd Carnea pars inſerta inferiori parti cartilaginis coſtae decimae.

eee Aponeuroſis, hac parte ſimplex, antequam Rectum attingat: quae ff inſerta inferiori parti cartilaginis coſtae nonae.

gggh Lamella prior earum, in quas ſe aponeuroſis illa juxta Rectum dividit.

h Hic lamella illa prior affixa inferiori parti coſtae nonae.

Inter g inferiorem & i inferiorem, quod aponeuroſis eſt infra locum, qui circa medium inter umbilicum pubiſque ſynchondroſem, ſimplex manet, à poſteriore parte conjunctum cum aponeuroſi Tranſverſi, cum eaque incedens ante Rectum.

iii Hic lamella prior, continuoque aponeuroſis pars inferior, quae ſimplex manet, per longitudinem abdominis reſecta, ibi ubi ſe primum cum aponeuroſi Obliqui externi conjungunt; poſteriorem partem ejus ad lineam albam uſque veſtientes. Supraque lamella prior ſecundum marginem thoracis evaneſcit in illam Obliqui externi aponeuroſem. Infra aponeuroſis ſe cum aponeuroſi Obliqui externi inſerit, pubis ſpinae, tuberculo, ligamentis.

kk Lamella poſterior earum, in quas ſe aponeuroſis juxta Rectum dividit; poſt Rectum incedens. In ſuperiore parte ejus, fibrae quaedam tenues fibras praecipuas decuſſant.

lmn Hic ſe affigit imo thoracis margini, qui fit è cartilaginibus coſtae octavae lm, & ſeptimae mn.

op Hic ſe inſerit margini oſſeae partis cartilaginis mucronatae: pq hic cartilaginis ipſius. qr hic priori parti cartilaginis, non longe ab ipſius mucrone.

sss Hic ad lineam albam pertinet.

t Pars carnis, ſub qua decurrit funiculus vaſorum ſpermaticorum, leviter eminens, per eamque conſpicuus. Quae pars deinde ſupra funiculum ſpermaticum decurrit.

u Haec pars in principium Cremaſteris abit. Poſt eam funiculus ſpermaticus y per carnem exit.

Adde Fig. 3. & 5.

*In Syntaxi*, Tab. II. M &c. in trunco; ubi pars ſuperior eademque major lamellae poſterioris earum, in quas ſe aponeuroſis ejus juxta Rectum dividit, Recto illi ZZ &c. ſubjecta; infraque ante eum funiculus ſpermaticus r cum Cremaſteris principio q, ut hic, dependet. In Tabula autem I. Obliquo externo, d &c. in trunco, ſubjacet.

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM TERTIAE ET DECIMAE EXPLANATIO.

vwxx *Cremaſter.*

w Principium, ab Obliquo interno abſcedens, & adjungens ſe funiculo vaſorum ſpermaticorum.

xx Extremum extenuatum, ad tunicam vaginalem teſtis deſinens. In aliis autem alio modo deſinere viſus: confer Hiſtor. Muſc. Lib. III. cap. 80.

Adde Fig. 5.

*In Syntaxi*, Tab. II. pq in trunco; ubi, ut hic, pars etiam pone funiculum ſpermaticum & teſtem. Dein Tab. I. z in trunco; ubi principium latet ſub aponeuroſi Obliqui externi abdominis x.

y Funiculus vaſorum ſpermaticorum.

z Synchondroſis oſſium pubis, ligamentis à priori parte conſtricta.

## FIGURAE V.

### *Obliquus internus abdominis, à latere.*

a Aponeuroſis, duarum illarum, quibus incipit, exterior: quae veſtit interiorem partem lati tendinis, quo Latiſſimus dorſi incipit; cum eo oriens à ſpinis vertebrarum lumborum inferiorum trium, & ſequentibus oſſis ſacri, & à ſuperiore parte criſtae ilium bb.

Aponeuroſem, earum, quibus incipit, interiorem, vide Tab. XIV. Fig. 3.

cc Latus tendo, in quem gemina ejus aponeuroſis ſe conjungit.

dd Origo à ſuperiore parte criſtae ilium, principio tendineo.

ee Hac parte procedit à margine Obliqui externi abdominis.

ff Pars carnea.

gh Inſertio exteriori parti marginis inferioris coſtae duodecimae: g oſſeae partis extremae, h cartilagineae.

i Hoc margine procedit ſecundum Intercoſtalem internum undecimum.

kl Inſertio exteriori parti marginis inferioris coſtae undecimae. k oſſeae partis extremae, l cartilagineae.

m Hoc margine procedit ſecundum Intercoſtalem internum decimum.

nn Inſertio inferiori parti cartilaginis coſtae decimae.

ooo Aponeuroſis, hac parte ſimplex, antequam Rectum attingat. Eaque hoc p margine ſecundum Intercoſtalem internum nonum procedit: dein qq affixa inferiori parti cartilaginis coſtae nonae.

rr Lamella prior earum, in quas ſe aponeuroſis illa juxta Rectum dividit.

Inter r inferiorem & s inferiorem, quod aponeuroſis eſt infra locum, qui circa medium inter umbilicum pubiſque ſynchondroſem, ſimplex manet, à poſteriore parte conjunctum cum aponeuroſi Tranſverſi, cum eaque incedens ante Rectum.

sss Hic lamella prior, continuoque aponeuroſis pars inferior, quae ſimplex manet, per longitudinem abdominis reſecta, ibi ubi ſe primum cum aponeuroſi Obliqui externi conjungunt, poſteriorem partem ejus ad lineam albam uſque veſtientes.

ttt Lamella poſterior earum, in quas ſe aponeuroſis juxta Rectum dividit, poſt Rectum incedens. In ſuperiore parte hujus lamellae, fila quaedam tendinea tenuia decuſſant fila ejus praecipua.

u Pars carnis, ſub qua decurrit funiculus vaſorum ſpermaticorum, leviter eminens, per eamque conſpicuus.

v Haec pars in principium Cremaſteris abit.

Adde Fig. 3. & 4.

*In Syntaxi*, in Tab. IX. jacet poſt Obliquum externum abdominis S &c. in trunco, & Latiſſimum dorſi ΩA.

w Cremaſteris principium, ab Obliquo interno abſcedens.

x Funiculus vaſorum ſpermaticorum.

y Cremaſter cum funiculo vaſorum ſpermaticorum truncatus.

*In Syntaxi*, Tab. IX. l in trunco; ubi principium latet ſub aponeuroſi Obliqui externi abdominis f.

## FIGURAE VI.

### *Rectus abdominis.*

abc Tendo praecipuus, quo incipit, quique b venit è ſuperiore eademque priore parte ligamenti, quo ſynchondroſis oſſium pubis à priori parte conſtricta: & c exigua portione à proximo oſſe pubis oritur.

de Tendo alter, longius veniens è priori parte e ligamenti ejuſdem; & ſe cum altero tendine a conjungens in unum.

f.g.h.i Carneae partes quatuor.

k Linea tendinea dimidia, infra umbilicum.

l Linea tendinea, quae è regione umbilici eſt.

m Linea tendinea, quae eſt media inter umbilicum, & locum ubi Rectus pectus primum conſcendit.

n Linea tendinea, ibi ubi Rectus pectus primum conſcendit, aut conſcenſurus eſt.

oo Extremum inſertum inferiori proximaeque exteriori parti extremae cartilaginis coſtae ſeptimae.

pp Extremum inſertum exteriori parti marginis inferioris cartilaginis coſtae ſextae, propius mediam ejus longitudinem, ad externum primi latus.

qq Extremum exteriori eidemque inferiori parti cartilaginis coſtae quintae inſertum, fere ubi cartilago illa incipit, ad externum latus extremi ſecundi.

*In Syntaxi*, Tab. II. ZZ &c. in trunco, in dextro latere; ubi à principio ſubjacet Pyramidali l: in ſiniſtro praeterea ex parte tectus, ſupra quidem lamella priori earum, in quas aponeuroſis Obliqui interni ſe juxta Rectum dividit; infra autem communi aponeuroſi Obliquorum & Tranſverſi; cujus illa tantum pars apparere ibi poteſt, quae fit à lamella priore earum, in quas ſe aponeuroſis Obliqui interni juxta Rectum dividit, WX &c. In Tabula autem I. reliquum ejus ſubjacet, infra quidem communi aponeuroſi Obliquorum & Tranſverſi, dein communi Obliquorum aponeuroſi; quarum ſola pars, quam aponeuroſis Obliqui externi efficit, ibi apparere poteſt, op &c. in trunco: dein, ubi thoracem conſcendit, ſoli aponeuroſi illi Obliqui externi: denique Pectorali ξ in trunco.

r Synchondroſis oſſium pubis, ligamentis conſtricta.

## FIGURAE VII.

### *Pyramidalis abdominis.*

ab Principium tendineum, quo a oritur è ſuperiore parte ligamenti, quo pubis oſſium ſynchondroſis à priori parte conſtricta; & b à proxima pubis oſſis parte.

c Pars carnea.

d Extremum latum, quo ad lineam albam pertinet.

*In Syntaxi*, Tab. II. lm in trunco; ubi ex parte tectus communi aponeuroſi Tranſverſi & Obliquorum, cujus ſola apparere ibi poteſt lamella prior earum, in quas ſe aponeuroſis Obliqui interni dividit, YQ in trunco. Et quod nudum ibi, id in Tab. I. aponeuroſi communi mododictae ſubjectum, cujus ſola apparere pars poteſt, quae Obliqui externi eſt, qw in trunco.

e Synchondroſis oſſium pubis, conſtricta ligamentis.

© BIUM / R. Caussimon



I.
*Transverſus abdominis cum Triangulari ſterni.*



II.
*Transverſus abdominis.*



IV.
*Diaphragma.*



V.
*Diaphragma.*



III.
*Transverſus abdominis.*



VI.
*Diaphragma.*



VII.
*Diaphragma.*



*J. Wandelaar ad ipſa corpora hominum delineavit, idemque incidit.*

*Proſtat Leidae Batavorum apud J. & H. Verbeek, Bibliop. 1746.*

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE ANATOMICAE QUARTAE ET DECIMAE

# MUSCULORUM HOMINIS

# EXPLANATIO.

## *ABDOMINIS RELIQUI.*

Adde Tab. XIII.

### FIGURAE I.

### *Tranſverſus abdominis cum Triangulari ſterni, à parte priore.*

a--v *Triangularis ſterni.*

abcd Capitis, quod ab interiore parte coſtae tertiae oritur, principium tendineum, oriens bc ab extrema oſſea parte, & cd cartilagineae principio.

efgh Capitis, quod à coſtae quartae interiore parte oritur, principium tendineum, oriens fg ab extrema oſſea parte, & gh cartilagineae principio.

iklm Capitis, quod à coſtae quintae parte interiore oritur, principium tendineum, oriens kl ab extrema oſſea parte, & lm à cartilagineae principio.

nn Pars tendinea, in quam caro, ex conjunctione duorum capitum ſuperiorum nata, abit: quae in aliis conjuncta cum uu extremo tendineo capitis inferioris, in aliis ſeparata. Inſerta interiori parti o extremae cartilaginis coſtae quartae; p oſſis pectoris inter extrema cartilaginum coſtae quartae & quintae; q extremae cartilaginis coſtae quintae; r oſſis pectoris inter extrema cartilaginum coſtae quintae & ſextae; s extremae cartilaginis coſtae ſextae, t ſeptimae.

uu Extremum tendineum, in quod abit caro capitis tertii: v inſertum margini oſſis cartilaginis mucronatae. Quomodo porro inde continuo inſeratur reliquo margini oſſis illius, uſque ad cartilaginem mucronatam, illiuſque ipſius cartilaginis margini; id cerni hic nequit, ob lamellam interiorem aponeuroſis Obliqui interni abdominis π, hic ſuperinductam. Vide autem Tab. X. Fig. 24. vw.

*In Syntaxi*, Tab. III. x in trunco; ubi extremo ſuperinducta lamella interior aponeuroſis Obliqui interni abdominis s: caeterumque coſtis ſubjectus, ſternoque, & Intercoſtalium internorum ſexto h, quinto b, quarto a, tertio Z. Quae vero nuda ibi pars eſt, ea lamellae interioris aponeuroſis Obliqui interni parti, hic reſciſſae, ſubjecta. A poſteriore parte, Tab. X. Fig. 24.

w--ν *Tranſverſus abdominis.*

w Caput primum, x principio tendineo oriens ab interiore parte coſtae ſextae: y ab extrema parte oſſea, & z proxima cartilaginea. Hoc caput accenſeri Triangulari poſſet, quod cum ejus capite inferiore & citius, & ductu magis conſimili conjunctum eſt, quam cum capite, quod mox infra ſequitur.

α Caput ſecundum, β principio tendineo oriens γγ ab interiore parte cartilaginis coſtae ſeptimae.

δδδδ Principium, in partes aliquot (hic quatuor) fiſſum, quo oritur δδδδ ab interiore parte cartilaginis coſtae octavae.

ε Aponeuroſis, qua ex intervallo coſtae octavae & nonae venit. Vid. Fig. 2. i.

ζ Origo ab interiore parte cartilaginis coſtae nonae.

η Aponeuroſis, qua venit ex intervallo coſtae nonae & decimae. Vide Fig. 2. m.

θ Origo ab interiore parte cartilaginis coſtae decimae.

ι Origo ab interiore parte cartilaginis coſtae undecimae.

κ Origo à criſta ilium.

λλ Margo, qui procedit à margine tendineo Obliqui externi abdominis.

μ Pars carnea. νν Aponeuroſis, in quam abit.

Adde Fig. 2. & 3.

*In Syntaxi*, Tab. III. l--q in trunco; ubi capita ejus ſubjecta coſtis: & primum etiam Intercoſtali interno quinto b, & ſexto h; quartum octavo e, quintum nono f. Reliquum in Tab. II. ſubjacet Obliquo interno M &c. in trunco.

ξξξ Truncata lamella poſterior aponeuroſis Obliqui interni, qua ſe primum cum aponeuroſi Tranſverſi, extremoque tendineo Triangularis ſterni, conjungit.

οο Truncata aponeuroſis Obliqui interni, qua ſe primum conjungit cum aponeuroſis Tranſverſi parte illa, quae ante Rectum & Pyramidalem incedit.

π Lamella poſterior aponeuroſis Obliqui interni abdominis, ſuperinducta aponeuroſis Tranſverſi parti illi, quae Recto ſubjecta: unaque cum ea inſerta ρ priori parti cartilaginis mucronatae, non longe ab ipſius mucrone; & σ inferiori parti marginis cartilaginis ejuſdem; porroque eidem margini, & τ margini partis oſſeae, conjuncta ibi cum extremo tendineo Triangularis ſterni.

Adde Fig. 2. & Tab. XIII. Fig. 4.

υ Aponeuroſis Obliqui interni, qua ſimplex remanet, ſuperinducta aponeuroſis Transverſi parti illi, quae ante Rectum & Pyramidalem incedit.

Adde Fig. 2. & Tab. XIII. Fig. 4.

φφφχχ Hic aponeuroſis Tranſverſi, una cum ſuperinductis ſibi partibus aponeuroſis Obliqui interni, ad lineam albam pertinet.

ψ Fiſſura aponeuroſis Tranſverſi, circa medium inter umbilicum & pubis ſynchondroſem locum: effecta ex eo, quod aponeuroſis illa ibi ſe juxta Rectum, indeque ad lineam albam uſque ex tranſverſo findit, ac ſuperiore parte earum, in quas ſe findit, pone Rectum, inferiore ante eum Pyramidalemque incedit. Per quam itaque fiſſuram Rectus tranſit, cui magnitudine & figura reſpondet. Repperitur tamen etiam pone Recti inferiorem partem aponeuroſis Tranſverſi continuatio tenuis, aliis craſſior, tenuior aliis, quibuſdam plus minus velut interrupta, latitudinis majoris aliis, aliis minoris.

ωω Linea alba. A qua hic AA reſciſſa aponeuroſis Obliqui externi, una cum lamella priore aponeuroſis Obliqui interni.

B. &c. Hic truncatae coſtae; C.D.E.F hic cartilagines earum, C quartae, D quintae, E ſextae, F ſeptimae; GG hic os pectoris, ut cerni poſſint Triangularis & Tranſverſus, qua poſt ea ſiti.

### FIGURAE II.

### *Tranſverſus abdominis, à latere.*

abcd Caput primum. a pars carnea. b principium tendineum, oriens ab interiore parte coſtae ſextae: c ab extrema oſſea parte, & d à proxima cartilaginea.

efg Caput ſecundum. e pars carnea. f principium tendineum, oriens g ab interiore parte cartilaginis coſtae ſeptimae.

hhhh Principium, quod in partes aliquot (hic quatuor) fiſſum, oritur hhhh ab interiore parte cartilaginis coſtae octavae.

i Aponeuroſis, qua venit ex intervallo coſtae octavae & nonae, è ſuperficie interna Intercoſtalis interni, & partim ab ipſa coſta nona. k hic truncata: venit enim longius, tenuitate.

l Origo ab interiore parte cartilaginis coſtae nonae.

m Aponeuroſis, qua venit ex intervallo coſtae nonae & decimae; ut i.

n Origo ab interiore parte cartilaginis coſtae decimae.

o Aponeuroſis, qua venit ex intervallo coſtae decimae & undecimae; ut i.

p Origo ab interiore parte cartilaginis coſtae undecimae.

q Aponeuroſis, qua venit ex intervallo coſtae undecimae & duodecimae; ut i.

r Origo ab interiore parte extremae cartilaginis coſtae duodecimae, principio tendineo.

s Latus tendo, quo in lumbis incipit. t Pars carnea.

uu Margo, qui procedit à margine tendineo Obliqui externi abdominis.

v Aponeuroſis, in quam caro abit.

Adde Fig. 1. & 3.

ww Truncata lamella poſterior aponeuroſis Obliqui interni, ξξξ Fig. 1.

xx Truncata aponeuroſis Obliqui interni, οο Fig. 1.

y Lamella poſterior aponeuroſis Obliqui interni, π Fig. 1.

z Aponeuroſis Obliqui interni, qua ſimplex remanet; υ Fig. 1.

A Fiſſura aponeuroſis Tranſverſi, ψ Fig. 1.

BB &c. Hic coſtae truncatae, ut appareat Tranſverſus, qua poſt eas ſitus.

### FIGURAE III.

### *Tranſverſus abdominis, à parte poſteriore.*

a--r Principia lati tendinis, quo Tranſverſus incipit, una cum principiis lamellae interioris, qua communis aponeuroſis Obliqui interni & Serrati poſtici inferioris procedit à proceſſibus tranſverſis lumborum, quartae, tertiae, ſecundae.

*In Syntaxi*, Tab. VII. ſubjacent capiti communi Sacrolumbalis & Longiſſimi dorſi δε in trunco.

a Caput tendineum Tranſverſi, quod oritur bb ab exteriore parte imi marginis coſtae duodecimae, & c à poſteriore extremi proceſſus tranſverſi vertebrae quintae lumborum.

defghhii Caput tendineum, quod oritur ef à poſteriore parte extremi proceſſus tranſverſi lumborum quartae. g tendinea tenuitas, quae ipſi ſuperinducta, cum eo oritur f à proceſſu tranſverſo, & praeterea hh ab illo ipſo capite abſcedit, ſeſeque affigit ii exteriori parti imi marginis coſtae duodecimae.

klmnoo Simile caput tendineum, quod oritur lm ab exteriore parte extremi proceſſus tranſverſi vertebrae lumborum tertiae. n ſimilis, qua obductum, tenuitas tendinea, cum eo oriens m, & praeterea ab eo abſcedens oo.

pq Caput tendineum, cui in totum ſuperinducta eſt tenuitas tendinea, cum eo oriens q à poſteriore parte proceſſus tranſverſi extremi ſecundae lumborum.

r.r Hic fibrae ſe decuſſant, implicantque; & obſcurius, quam exhiberi potuit. Ad hunc autem maxime modum eo in corpore, unde haec figura ſumta; cum in aliis plus minus diſcrepaverint.

ss Hinc reſciſſa lamella exterior aponeuroſis communis Serrati poſtici inferioris & Obliqui interni abdominis.

tt Aponeuroſis communis Serrati poſtici inferioris & Obliqui interni; uu hic reſciſſa, ubi cum lato tendine, quo Tranſverſus incipit, non amplius cohaeret.

v Latus tendo, quo Tranſverſus incipit, adhaerens imo margini coſtae duodecimae, wx partis oſſeae, xy cartilagineae, ad mucronem uſque.

z Origo ab interiore parte cartilaginis coſtae duodecimae, principio tendineo.

α Aponeuroſis q Fig. 2. Hic β truncata.

γ Pars carnea.

Adde Fig. 2. & 1.

*In Syntaxi*, Tab. VII. YZ in trunco; ubi ex parte ſubjacet aponeuroſi communi Serrati poſtici inferioris & Obliqui interni abdominis γγ; itemque Intercoſtali interno undecimo X. Quod vero nudum, in Tab. VI. deliteſcit poſt Serratum poſticum inferiorem CK, & Obliquum internum MN in trunco.

ε Truncata cartilago coſtae duodecimae.

### FIGURAE IV.

### *Diaphragma, à latere.*

a Caro ſecunda ſiniſtra, quae abit in extremum laterale ſiniſtrum.

bb Ejus extremum, inſertum interiori parti cartilaginis coſtae ſeptimae.

cc Quod inſertum interiori parti cartilaginis coſtae octavae.

def Quod parti interiori coſtae nonae, de partis cartilagineae, ef oſſeae. d pars tendinea extremi hujus.

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM QUARTAE ET DECIMAE EXPLANATIO.

ghi Quod interiori parti decimae, gh partis cartilagineae, hi oſſeae. g pars tendinea hujus extremi.

klm Quod partim kl pertinet ad ligamentum w, partim lm inſertum interiori parti oſſeae partis coſtae undecimae, juxta cartilagineam. l pars tendinea.

nop Quod partim no pertinet ad ligamentum v, partim op inſertum interiori parti coſtae duodecimae: o cartilaginis, op oſſeae partis. o pars tendinea.

qrrrs Aponeuroſis p--s Fig. 7. hic qrrr ſuper tendinem, hic rrrs carnem.

tt Tendo medius Diaphragmatis.

u Caput magnum ſiniſtrum, aæbc Fig. 5.

Adde Fig. 5. 6. & 7.

v Ligamentum, quod fere à mucrone cartilaginis coſtae duodecimae pertinet ad oſſeam partem undecimae, juxta cartilagineam.

w Ligamentum, quod fere à principio cartilaginis coſtae undecimae pertinet ad oſſeam partem coſtae decimae, juxta cartilagineam.

x. &c. Truncatae coſtae, quo cerni Diaphragma poſſit, qua poſt eas ſitum.

## FIGURAE V.

### *Diaphragma, à parte priore.*

aæbcd. aæbcd Capita duo prima, quorum ſiniſtrum dextro minus. aa tenuitas tendinea, quae naſcens è ligamentis, quae per ſuperficiem corporum vertebrarum lumborum infra ortum horum capitum excurrunt, ad ea extrinſecus accedit. æ.æ hic ſubtus capita haec craſſis tendinibus c.c oriuntur ab inferiore parte corporis vertebrae lumborum tertiae, & quidem à lateribus partis ejus prioris. Alias & hic b.b, à ſuperiore parte corporis ſecundae. Quidam tendinem utrumque bifidum habuerunt; alii alterutrum. d.d carnes, in quas tendines illi ab exterioribus lateribus abeunt. Principia, quae ad haec capita accedere ſolent, eo quod ſubjacent iis, hic non conſpicua.

efg. efg Capita ſecunda, e.e principio tendineo naſcentia ſè ligamento, quod inter corpus tertiae & quartae lumborum intercedit. g.g carnes, in quas abeunt.

hik. hik Capita tertia, h.h principio tendineo orientia i.i à lateribus ſuperioris marginis corporis quartae lumborum. k.k carnes, in quas abeunt.

lmn Caput quartum ſiniſtrum. l principium tendineum, m oriens à priori parte radicis proceſſus tranſverſi lumborum quartae. n caro, in quam abit.

oo Principium, aliquoties inventum, naſcens è ſuperficie Quadrati lumborum.

p.p Diaphragmatis carneae partes primae, è capitum conjunctione natae.

q Capitis primi ſiniſtri portio accedens ad carneam partem primam dextram, poſteaque excurrens per marginem dextrum foraminis, quo ſtomachus exit.

r Capitis primi dextri pars, quae poſt portionem q incedens, eam decuſſat, abitque in carnem primam ſiniſtram. Fit ut plures faſciculi ſe decuſſent.

s Foramen, quo ſtomachus exit.

t Tendinis medii pars.

uuuu Pars carnea ſiniſtra ſecunda. Confer Fig. 6.

vvvvww Pars carnea ſecunda dextra, ww hic primam ſuperſcandens, & decuſſans eam, mox tendinea.

xyzαβ Portio, qualis aliquando in uno, aliquando in utroque latere invenitur, faciens inferiorem Diaphragmatis ab hac parte marginem; quae hic (alias autem aliter) oritur à proceſſu tranſverſo quartae lumborum vertebrae y, itemque à quintae; & primum x tendinea (pariter autem alio alioque in aliis aliiſque modo) deinde z carnea, adjungit ſe carneae parti ſecundae v, poſt α conjungit cum ea, inſeritque β cartilagini coſtae duodecimae.

γγ Truncatus margo, qui CC Fig. 6.

δ Tendinis medii mucro anterior, in quem exit: in quo faſciculi ſe decuſſant.

ε Extremum carneum medium, quod ad interiorem partem cartilaginis mucronatae fere extremae pertinet ζζ.

η.θ Partes carneae duae ſecundae; quae abeunt in duo extrema lateralia.

κ.ι Earum extrema, quae ſe peritonaeo innectunt.

κκ Extremum, inſertum interiori parti cartilaginis coſtae ſeptimae. λλ hoc reſciſſum ab ea.

μμ Hoc inſertum interiori parti cartilaginis coſtae octavae. νν hoc reſciſſum ab ea.

ξξ Hoc inſertum interiori parti cartilaginis coſtae nonae. οο hoc reſciſſum ab ea.

π Hoc inſertum interiori parti cartilaginis coſtae decimae. ρ hoc reſciſſum ab ea.

σ.σ Extrema, inſerta interiori parti cartilaginis coſtarum undecimarum.

Adde Fig. 6. 7. & 4.

*In Syntaxi*, Tab. IV. M--o in trunco; ubi caput quartum ſiniſtrum ex parte ſubjacet Pſoae magno t; dextrum, Pſoae parvo r, & magno t: primum ex parte Pſoae magno, inter v & w.

ττ. &c. Hic coſtae exſectae, quo cerni Diaphragma poſſit, qua poſt eas.

υυυ Truncata cartilago mucronata: cujus haec φ cartilaginea pars, χχ haec oſſea.

## FIGURAE VI.

### *Diaphragmatis pars poſterior, à parte priore.*

aæbcd. aæbcd Capita prima duo, aæbcd. aæbcd Fig. 5.

efg. efg Capita ſecunda, efg. efg Fig. 6.

hik. hik Capita tertia, hik. hik Fig. 5.

lmn Caput quartum ſiniſtrum, lmn Fig. 5.

oo Principium, quod oo Fig. 5.

p Diaphragmatis carnea pars prima ſiniſtra; q dextra: è conjunctione capitum natae, ad poſtremum implent totum poſticum lunatum tendinis ambitum.

rr Haec pars venit à proceſſu tranſverſo vertebrae lumborum quartae, ut lmn: venit autem pone partem DEF; ut Fig. 7. ef.

s Capitis primi ſiniſtri portio accedens ad carnem primam dextram: q Fig. 5.

t Capitis primi dextri pars, abeuns in carnem primam ſiniſtram: r Fig. 5.

u Foramen in carnea parte prima, quo ſtomachus exit.

v In cujus angulo ſuperiore caro dextra decuſſat ſiniſtram; dextra priore.

wwwxy Tendinis medii pars ſiniſtra. x pars tendinis ſuperſcandens reliquum w, decuſſans eum. y pars, quae ſuper partem x decurrit, decuſſans eam, & abit in carnis ſiniſtrae ſecundae partem inferiorem.

z Aponeuroſis quaedam, quae per lateralem tendinis ambitum porrecta, à carne, quae eſt ad mucronem poſticum ſiniſtrum tendinis, incedens in priora, decuſſanſque tendinis fibras, & à priori parte deſinens in carnem priorem.

α Pars aponeuroſis vxxx Fig. 7. penetrans ad inferiorem tendinis partem; acceptaque, cum penetravit, portione ab inferiore parte tendinis, juxta ſiniſtram foraminis ſtomachi, flectit ſe dextrorſum, β ſupraque foramen illud incedit ad priorem partem carnei extremi dextri; partimque decurrit γ ſecundum priorem partem foraminis, quo cava intrat; ſeſeque adjungit ad aponeuroſem τ.

δ Portio ad aponeuroſem α accedens, procedenſque è carne ſiniſtra prima, juxta tendinis initium.

εεζζη Faſciculi tendinei, qui è tendine w exeunt εε, & ad poſtremum partim ſe ζζ implicant tendini, partim η continuant.

θθ Pars carnea ſecunda ſiniſtra, in quam tendo wwwxy abit.

ικ Ejus extremum, inſertum interiori parti coſtae duodecimae, ι oſſeae partis, κ cartilagineae.

λλ Truncatus margo, ubi continuabatur Tranſverſo abdominis, inter coſtas duas poſtremas: alias autem oritur à ligamento v Fig. 4.

μμμ Tendinis medii pars dextra, producta à carne prima dextra.

ν Lata aponeuroſis, à carne, quae eſt ad mucronem poſticum dextrum tendinis, procedens, & carni quidem primae ξο continuata; juxta ſecundam autem ο π è tendinis faſciculis exeuns; incedit in priora, decuſſans tendinis fibras: & à priori parte partim ρρ implicat ſe tendini, partim σσσ deſinit in carnem priorem, partim τ decurrit ſecundum dextram partem foraminis cavae.

υυυ Aponeuroſis μμμμ Fig. 7. circa ima foraminis cavae ad inferiorem partem tendinis penetrans; poſteaque ſe flectens φ circum ſiniſtram foraminis cavae, ad ejus oram pertinens. Poſt procurrit per priorem tendinis mucronem.

χ Eſt A Fig. 7.

ψ Pars tendinea, in quam carnea pars prima dextra, qua in angulo ſuperiore foraminis, quo ſtomachus exit, decuſſat ſiniſtram, abit: quae dein poſt tendinem β decurrit, poſteaque ω per inferiora tendinis.

A Margo tendineus, qui ad poſteriorem partem foraminis, quo vena cava exit, pertinet, effectus ab illa praecipua tendinis parte, quae à carne prima dextrorſum procedit ad ſecundam. Eſt B Fig. 7.

BB Pars carnea ſecunda dextra, in quam tendo μμμ abit.

CC Ejus truncatus margo, qui λλ in latere ſiniſtro.

DEFGH Portio, quae x--β Fig. 5. Eadem origo E, pars tendinea D, carnea F, conjuncta G cum carnea parte ſecunda B, inſertaque H cartilagini coſtae duodecimae.

I Foramen in tendine, quo vena cava exit.

KKKK Pars prior Diaphragmatis per hunc ambitum reſciſſa.

Adde Fig. 5. 7. & 4.

## FIGURAE VII.

### *Diaphragma, à parte poſteriore.*

a.b Capita prima duo.

cd. ef Capita ſecunda. c.e principia tendinea. d.f partes carneae.

g Principium, quod oo Fig. 5.

h Capitis primi dextri pars, quae accedit ad carnem primam ſiniſtram.

i Caro effecta ex capitis primi dextri parte, & accedente ad eam capitis primi ſiniſtri portione q Fig. 5. & s Fig. 6.

k.l Partes carneae primae, k dextra, l ſiniſtra.

m Partis carneae primae ſiniſtrae portio decuſſans dextram in angulo ſuperiore foraminis, quo ſtomachus exit.

n Foramen in carnea parte prima; quo ſtomachus exit.

ooo Tendinis medii pars ſiniſtra, è carne prima nata.

p &c. Lata aponeuroſis, quae ad latus tendinis ex carne ſenſim naſcens ppp, inde ſecundum lateralem marginem tendinis, & per initium carnis ſecundae, inter pppq & rrr; & per tendinem, inter rrr & sss; incedit ad mucronem tendinis poſticum, circumeunſque eum, partim t ſubtus continuat ſe carni primae, partim v pergit ſecundum lunatum poſticum tendinis marginem: & xxx penetrat in inferiorem tendinis partem, fitque α Fig. 6: ad poſtremum w decurrit ſecundum ſuperiorem partem foraminis cavae dextrorſum. uu hic ſe faſciculi decuſſant.

y Lata aponeuroſis, quae à carne prima ſiniſtra oriens, hic zz ſub aponeuroſi v emergit; diuque conjuncta sss cum aponeuroſi pppqrrrsss, poſt ab ea recedit, & partim α decurrit ſecundum partem ſuperiorem foraminis cavae, conjuncta cum aponeuroſi w; partim β per ſuperiora tendinis decurrit in priora.

γγ Pars carnea ſecunda ſiniſtra, in quam tendo ooo abit.

δ Ejus truncatus margo, λλ Fig. 6.

ε Ejuſdem extremum, quod ſe inſerit coſtae duodecimae: ικ Fig. 6.

ζ Tendinis medii pars dextra, è carne prima nata.

ηηηθ &c. Lata aponeuroſis, quae ad latus tendinis, ex carne ſenſim naſcens ηηη tenuitate tendinea, inde ſecundum lateralem marginem tendinis, maxime per initium carnis ſecundae, inter ηηηθ & ιιι; & per tendinem, inter ιι inferiores & κκ; incedit ad mucronem tendinis poſticum, circumeunſque eum, pergit λ ſecundum lunatum poſticum tendinis marginem: & in decurſu μμμμ penetrat ad inferiorem tendinis partem, fitque υυυ Fig. 6: ad poſtremum pertinet ν ad inferiorem partem foraminis cavae, partimque ξ ſe ſecundum marginem foraminis cavae dextrorſum flectit. ο hic ſe faſciculi decuſſant.

πρρσσττυυυυ Quaedam ab aponeuroſi mododicta veluti abludentes partes, per tendinem decurrentes, ſeſeque ei υυυυ innectentes. ττ hic faſciculi ſe decuſſant.

φφφ Faſciculi tendinei, qui è tendine exeuntes, decurrunt per eum in priora.

χ Faſciculus tendineus, è tendine exeuns; & pertinens ad carnem ſecundam ψ.

ω Eſt φ Fig. 6.

A Pars tendinis, ad oram foraminis, quo vena cava exit, hic pertinens. Eſt χ Fig. 6.

B Margo tendineus ad poſteriorem partem foraminis, quo vena cava exit, pertinens. Is potiſſimum fit ab illa praecipua tendinis parte, quae à carne prima dextrorſum procedit ad ſecundam. Eſt A Fig. 6.

C Foramen in tendine, quo vena cava exit.

DD Pars carnea ſecunda dextra, in quam tendo ζ abit.

EE Ejus truncatus margo, CC Fig. 6.

F Extremum portionis DEFGH Fig. 6.

Adde Fig. 6. 5. & 4.

*In Syntaxi*, Tab. VIII. μ in lumbis; ubi partem integit Quadratus lumborum λ.

Advertendum autem, quod, cum multae & magnae in Diaphragmate varietates occurrerint, eligendum hic unum aliquod fuerit.

© BIUM / R. Caussimon

B. S. ALBINI

MUSCULORUM TABULA XV.




J. Wandelaar ad ipſa corpora hominum delineavit idemque incidit.

Proſtat Leidae Batavorum apud J. & H. Verbeek, Bibliop. 1745.

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE ANATOMICAE QUINTAE ET DECIMAE
# MUSCULORUM HOMINIS
# EXPLANATIO.

## *SPINAE DORSI.*

### FIGURAE I.

### *Multifidus Spinae.*

a Caput, quod oritur inde à ſpina tertia oſſis ſacri uſque ad tuberculum ejuſdem oſſis, quod fit ex concretione proceſſus obliqui deſcendentis quartae ipſius vertebrae cum obliquo adſcendente quintae; & ab ipſo illo tuberculo.

Reliqua capita tria, quae oriuntur à tuberculis, quae fiunt ex concretione proceſſus obliqui deſcendentis tertiae oſſis ſacri vertebrae cum adſcendente quartae, deſcendentis ſecundae cum adſcendente tertiae, deſcendentis primae cum adſcendente ſecundae; illa, inquam, capita apparere hic nequeunt, quod muſculo ſubjacent.

bc Caput, quod oritur b partim ab eminentia, quam os ſacrum in dorſo ſuo ad externum latus foraminis ſui ſecundi & tertii habet: partim c à ligamento, quod ab eminentia mododicta ad finitimam oſſis ilium partem deductum.

d Hic jacet poſt os ilium, ubi ab eo etiam oritur.

e Tendinoſus excurſus capitis, quod oritur à proceſſu obliquo adſcendente vertebrae primae oſſis ſacri. f Similis illius, quod ab adſcendente primae lumborum. g illius, quod à ſecundae. h quod à tertiae. i quod à quartae. k quod à quintae. l quod à ſuperiore parte extremi proceſſus tranſverſi primae dorſi.

m Caput tendinoſum, oriens à proceſſu tranſverſo ſecundae dorſi: & quidem à proceſſus fere extremi parte ſuperiore & eadem poſteriore.

n Simile, oriens à proceſſus tranſverſi tertiae dorſi parte poſteriore & eadem ſuperiore, inter radicem ejus, radicemque tumoris, in quem deſinit. o ſimile, ſimili modo oriens à quarta. p ſimile à quinta. q à ſexta. r à ſeptima. s ab octava. t à nona. u à decima. v ab undecima. w à duodecima.

x Simile, oriens à poſteriore & eadem ſuperiore parte proceſſus oblique deſcendentis colli vertebrae ſecundae. y ſimile à tertiae. z à quartae.

α Extremum tendinoſum, quod ſe inſerit inferiori margini ſpinae prope extremae lumborum primae vertebrae. β quod ſecundae. γ quod tertiae. δ quod quartae. ε quod quintae. ζ quod primae dorſi. η quod ſecundae. θ quod tertiae. ι quod quartae. κ quod quintae. λ quod ſextae. μ quod ſeptimae. ν quod octavae. ξ quod nonae. ο quod decimae π quod undecimae. ρ quod duodecimae. σ quod primae colli. τ quod ſecundae. υ quod tertiae. φ quod quartae. χ quod quintae. Omnia autem inde ſubtus inſerere ſe pergunt inferiori margini vertebrarum ad earum proceſſum obliquum deſcendentem uſque; ut in extremo ſupremo ψω exhibitum.

ψω Extremum ſupremum, quod ſe colli ſextae vertebrae inſerit: ψ inferiori margini primum ſpinae prope extremae; porroque ω ad proceſſum obliquum deſcendentem uſque, ſine extrinſecus tendineo.

Capitum caudarumque decurſus, fibrarumque conjunctio, quales extrinſecus ſunt, in Figura apparent.

In extremo quoque ad vertebram colli ſextam pertinente, exemplum apparet portionum à pluribus uno capitibus ad unam eandemque vertebram pertinentium, & antequam ſe inſerant, in unam veluti caudam confluentium. Extremum quippe ψω, quod ad vertebram illam pertinet, fit à capitibus tribus z. y. x; ejuſque portio, quae à capite proximo, hoc eſt z, accedit, inſerta juxta proceſſum obliquum ω: juxta hanc, quae à proximo inferiore y: juxta hanc ψ, quae rurſus à proximo x, ita quaeque propius ſpinam extremam, ut à capite remotiore. Ad quem modum etiam in reliquis fit, quarum ſolae portiones longae extrinſecus apparent, cum breviores proximis longioribus ſubjaceant.

Adde Fig. 2.

*In Syntaxi*, Tab. VIII. 14. 14. in latere ſiniſtro; ubi ſummum ejus extremum tectum Obliquo inferiore capitis, kl in capite & collo. Dein 14. 14. in latere dextro; ubi praeterea tectus Spinali cervicis 2, & Semiſpinali dorſi, p in dorſo. Dein Tab. VII. x in trunco; ubi praeter partem illam in totum tectus capite communi Longiſſimi dorſi & Sacrolumbalis, δι in trunco; & Longiſſimo dorſi, Σ in trunco; & Spinali dorſi, i in trunco; & Complexo, u in cervice. Pars autem, quae nuda ibi eſt, ea in Tab. V. jacet ſub Gluteo magno, γ in nate.

### FIGURAE II.

### *Multifidus ſpinae, à latere.*

Illa ejus portio, quae in lumbis proximaque dorſi parte eſt, à latere hic exhibita; ad oſtendenda, quae in Fig. 1. apparere non poſſunt.

a Pars, quae procedit ab oſſe ſacro, ligamento ab eo ad os ilium deducto, oſſe ilium; abcd Fig. 1.

b Caput tendinoſum, quod procedit à proceſſu obliquo adſcendente primae vertebrae oſſis ſacri. Cujus capitis principium, utpote pone os ilium jacens, apparere hic nequit. Oritur autem à proceſſu illo, ut caput proximum c ab obliquo adſcendente primae lumborum.

cd Caput tendinoſum, oriens d à margine proceſſus obliqui adſcendentis primae vertebrae lumborum, juxta externum latus obliqui deſcendentis vertebrae ſecundae, cum quo adſcendens ille commiſſus eſt.

ef Simile, ab obliquo adſcendente ſecundae lumborum f.

gh Simile, ab obliquo adſcendente tertiae h.

ik Simile, ab obliquo adſcendente quartae k.

lm Simile, ab obliquo adſcendente quintae m.

n Extremum tendinoſum, quod pertinet ad ſpinam ſecundae lumborum. o quod ad tertiae. p quod ad quartae. q quod ad quintae. r quod ad primae dorſi. s quod ad ſecundae.

t Hic truncatus.

uv. wx. yz. αβ. γ Portiones, quae aut ad Multifidum referri poſſunt, aut pro diſtinctis muſculis haberi. Duabus quibuſque proximis inter ſe vertebris lumborum inſerta una: ſuprema, quintae lumborum imaeque dorſi.

uv Prima oritur u ab exteriore parte radicis proceſſus obliqui adſcendentis. v inſerit ſe inferiori parti radicis tuberculi illius, quod inter proceſſum tranſverſum & obliquum adſcendentem eminet; porroque inferiori parti marginis ipſius illius obliqui. Ut haec, ſic reliquae.

wx Secunda. w origo, x inſertio.

yz Tertia. y origo, z inſertio.

αβ Quarta. α origo. β inſertio.

γ Quinta. γ origo.

Sola autem ſecunda, wx, in totum cerni ab hac parte poteſt; cum reliquae in fine ex parte deliteſcant pone proceſſus tranſverſos; quinta in totum: & prima à principio ex parte pone os ilium.

Adde Fig. 1.

## *LUMBORUM ET DORSI.*

### FIGURAE III.

### *Longiſſimus dorſi cum Sacrolumbali, & Cervicali deſcendente.*

ab *Caput commune*, quo Longiſſimus dorſi & Sacrolumbalis incipiunt. a pars tendinea, b carnea.

cde Hac parte caput illud oritur à criſta oſſis ilium, c parte carnea, de tendinea. ef hac cum Gluteo magno cohaeret. gh hic pars tendinea oritur à tuberculis duobus ſuperioribus, quae ſunt juxta hiatum extremi canalis oſſis ſacri. hi pars tendinea interrupta, conſtans è tendinibus à ſpinis vertebrarum lumborum duarum inferiorum, omnibuſque oſſis ſacri orientibus.

k.l.m Tendines, qui oriuntur à ſpinis vertebrarum lumborum, k tertiae, l quartae, m quintae.

n Capitis communis diviſio in Longiſſimum dorſi & Sacrolumbalem.

o *Longiſſimus dorſi.*

p Pars tendinea capitis communis, una cum illa, quae à tendinibus i.k.l accedit, per Longiſſimum extrinſecus excurrens.

q Cauda per cervicem adſcendens; quae in tendinem r abit, ad poſtremum ſe cum Cervicalis deſcendentis tendine EE conjungentem.

ſ Abibat hic & in tendinem alterum ſ, pertinentem ad imam partem extremi cornu poſterioris proceſſus tranſverſi vertebrae colli tertiae.

Portio, quam Trachelomaſtoïdeo tendo r dat, Tab. VII. Ω in cervice, hic reſciſſa.

Adde Fig. 5. & 6.

Ex parte ſubjacet Sacrolumbali s. Confer Fig. 5.

s *Sacrolumbalis.*

tuv. &c. Ejus caudae ad coſtas pertinentes; quarum t.w.z.γ.ζ.ι.μ.ο.σ partes carneae; u.x.α.δ.η.κ.ν.π.τ.φ.ψ tendines, in quos abeunt. Pertinentque tendines ad coſtas: v ad undecimam, y ad decimam, β ad nonam, ε ad octavam, θ ad ſeptimam, λ ad ſextam, ξ ad quintam, ρ ad quartam, υ ad tertiam, χ ad ſecundam, ω ad primam. Caudam, quae ad coſtam duodecimam pertinet, vide Fig. 6. t.

Inſertae autem imae parti ſuperficiei inaequabilis, quae eſt in exteriore parte coſtarum non longe à ſpina dorſi, in ipſo earum ſeſe in latus flectentium cubito. Praeter duas ſupremas ad coſtas duas ſuperiores pertinentes: quae fere juxta tuberculum illud inſertae χ.ω, cui affixum ligamentum alligans coſtam proceſſui tranſverſo vertebrae. Et quae ad primam pertinet, & coſtae primae, quo dictum loco, inſerta ω, & praeterea proceſſui tranſverſo vertebrae dorſi ſummae.

Adde Fig. 4.

A *Cervicalis deſcendens.*

B Excurſus tendineus capitis ejus illius, quod oritur à coſta ſexta. Vide Fig. 4.

CCC.DD.EE Tres ejus caudae tendineae, quae circum ſubjectos muſculos ſe flectunt: pertinetque CCC ad colli vertebram ſecundam, DD ad tertiam, EE ad quartam; ad imam partem extremi cornu poſterioris proceſſus earum tranſverſi. Earum EE, quae ad quartam, conjuncta cum tendine r Longiſſimi dorſi.

A principio hic ſubjacet Sacrolumbali. Confer Fig. 4. z.

Adde Fig. 4.

*In Syntaxi*, Tab. VII. δ--Ω in trunco, cum D in cervice; ubi poſtremus tendo Longiſſimi cum Cervicalis deſcendentis tendine conjunctus, ſe flectit poſt Tranſverſalem cervicis, CC in cervice. Dein Tab. VI. κ--υ in trunco, & X in cervice; ubi majorem partem tecti lato tendine, quo incipiunt Serratus poſticus inferior & Obliquus internus abdominis, cui ſuperinductus latus tendo U, quo Latiſſimus dorſi incipit: tecti & Serrato poſtico inferiore CD, & Rhom-

© BIUM / R. Caussimon



boïdeo majore ppq, & Serrato poſtico ſuperiore æb, & Levatore ſcapulae Z. Et quod illa in Tabula in dextro latere nudum eſt, id in Tab. V. tegit Latiſſimus dorſi P, & Cucullaris B, in dorſo: praeter exiguam partem, M ibidem.

## FIGURAE IV.

### *Sacrolumbalis cum Cervicali deſcendente.*

a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l Hic truncatae tendineae caudae Sacrolumbalis, quas Figura tertia integras oſtendit u.x. &c. in qua latent ſub iis portiones à coſtis accedentes.

m Portio, quae ad Sacrolumbalem à coſta duodecima accedit. n quae ab undecima, o quae à decima, p quae à nona, q quae ab octava, r quae à ſeptima.

s.s. &c. Principia tendinea, quibus portiones illae à coſtis oriuntur, à poſteriore parte earum, paullo propius ſpinam, quam ubi caudae Sacrolumbalis inſertae.

t.u.v.w.x Capita Cervicalis deſcendentis; quorum t oritur à coſta ſexta, u à quinta, v à quarta, w à tertia, x à ſecunda.

y.y. &c. Tendines, quibus capita illa incipiunt, oriunturque à poſteriore parte coſtarum, paullo propius ſpinam, quam ubi caudae Sacrolumbalis inſertae. Hi tendines hic ab exteriore parte cito carnem producunt; ab interiore autem longiores ſunt.

z Cervicalis deſcendens, cum Sacrolumbali ita conjunctus, ut ejus continuatio ſit, hoc eſt, portionum ejus illarum, quas à coſtis accipit.

α Tendineus excurſus capitis primi, illius ſcilicet, quod à coſta ſexta procedit, t. In aliis autem non excurrit tam longe.

ββγ. δδε. ζζη Cervicalis deſcendentis tres caudae tendineae, quae ſe circum muſculos ſubjectos flectunt: pertinetque ββ ad colli vertebram ſecundam, δδ ad tertiam, ζζ ad quartam: ac ſe inſerunt imae parti extremi cornu poſterioris proceſſus earum tranſverſi, γ. ε. η.

θ Hic truncatus Longiſſimus dorſi. Confer Fig. 3. no. Ex qua caetera quoque hujus Figurae repetenda.

Adde Fig. 3.

## FIGURAE V.

### *Longiſſimus dorſi.*

a Longiſſimus dorſi.

b.c.d.e.f.g.h.i Caudae, hic majorem partem tendineae, quas coſtis inſerit, exteriori ſcilicet earum parti, poſtquam coſtae non longe à proceſſibus tranſverſis receſſere. b quam decimae inſerit. c quam nonae. d quam octavae. e quam ſeptimae. f quam ſextae. g quam quintae. h quam quartae. i quam tertiae. Sunt autem latiores, ſubjacentque ex parte proximae cuique caudae. Quam inſerit coſtae undecimae, & quam duodecimae, eae non apparent, quia ſubjacent muſculo.

l Illarum caudarum, quas proceſſibus tranſverſis vertebrarum dorſi inſerit, poſtrema, tendine longiore l inſerta, & m poſteriori eidemque inferiori parti proceſſus tranſverſi extremi, & n proximae parti coſtae primae.

o Cauda per cervicem adſcendens. Quae hic in duas caudas ſe dividit, in tendines ppq. rs abeuntes, qui ſe flectunt circum ſubjectos muſculos. Eorumque alter pp ſe inſerit q imae parti extremi cornu poſterioris proceſſus tranſverſi vertebrae colli quartae: alter rs eidem parti vertebrae tertiae s.

t Hinc Sacrolumbalis reſectus.

Adde Fig. 3. & 6.

Caetera hujus Figurae ſunt eadem, quae in Fig. 3.

## FIGURAE VI.

### *Longiſſimi dorſi & Sacrolumbalis.*

Longiſſimus & Sacrolumbalis una cum communi ſuo capite reſecti ſunt, relictis portionibus, quas caput commune vertebris lumborum inſerit, & quam coſtae imae: illiſque, quas Longiſſimus proceſſibus tranſverſis vertebrarum dorſi; praeter illam, quam ſupremae: relictis praeterea principiis portionum, quae ad Longiſſimum accedunt. Quae omnia aut capiti communi, aut Longiſſimo ſubjacent.

ab. cd. ef. gh. ik Quinque caudae à capite communi reſciſſae; quarum ab inſerta imo tuberculo, quod eſt juxta poſteriorem partem radicis proceſſus tranſverſi vertebrae lumborum primae; cd ſecundae, ef tertiae, gh quartae, (quae & ad finitimam inferiorem eandemque poſteriorem partem proceſſus obliqui adſcendentis quartae pertinet h), ik quintae. Earum b, d, f, h, k pars tendinea, qua ſe inſerunt.

lm. no. pq. r. s Quinque caudae, à capite communi reſciſſae; quarum lm inſerta margini inferiori partis poſterioris proceſſus tranſverſi vertebrae lumborum primae, ad extremum proceſſus illius: no ſecundae, pq tertiae, r quartae, s quintae. Earum duae inferiores hic in fine tendineae m, o: media ex parte q: duae ſuperiores totae carneae.

t Portio lata, quam caput Sacrolumbalis commune, à quo reſciſſa, hic inſerit uu inferiori margini coſtae ultimae, ab exteriore parte. A principio conjuncta cum portione s ad extremum proceſſum tranſverſum quintae lumborum pertinente.

vw. xy. &c. Caudae Longiſſimi, quas proceſſibus tranſverſis vertebrarum dorſi inſerit; poſteriori & eidem inferiori parti extremi eorum. vw quam vertebrae primae inſerit; cujus w extremum tendineum, quo inſerta. xy quam ſecundae; cujus y extremum tendineum, quo inſerta. zα quam tertiae; cujus α extremum tendineum, quo inſerta. βγ quam quartae; quae primum bifida, extremo tendineo γ communi inſerta. δε quam quintae, pariter primum bifida, communique extremo tendineo ε inſerta. ζη quam ſextae, ſimiliter primum bifida, dein extremum tendineum commune η efficiens, quo inſerta. θι quam ſeptimae, inſerta extremo tendineo ι. Ad octavam duae caudae extremis tendineis κ.λ pertinebant. Similiter ad nonam μ.ν. Ad decimam una, extremo tendineo ξ ei inſerta. Similiter ad undecimam ο. Omnes à Longiſſimo reſciſſae. Quae ad duodecimam, eam vide in Fig. 5. lm.

π.ρ.σ.τ Principia tendinea capitum, quae ad interiorem partem Longiſſimi hic accedebant, orientia π.ρ.σ.τ à ſuperiore & eadem poſteriore parte proceſſuum tranſverſorum fere extremorum vertebrarum dorſi, primae, ſecundae, tertiae, quartae. υ.υ.υ.υ hic truncata.

Adde Fig. 3. & 5.

## *DORSI.*

Adde *Interſpinales dorſi*, ex Fig. 11. repetendos.

## FIGURAE VII.

### *Spinalis dorſi.*

a.b.c.d.e Quinque tendines, quibus oritur à ſpinis vertebrarum lumborum duarum ſuperiorum, triumque inferiorum dorſi. Eorum inferior a, qui oritur à quarta lumborum, longisſimus, craſſisſimuſque: proximus b, qui à quinta lumborum, brevior & tenuior: hoc brevior & tenuior alter c, qui à prima dorſi: hoc quartus d, qui à ſecunda: brevisſimuſque, gracillimuſque ſuperior e, qui à tertia. Ad poſtremum in carnem abeunt.

f Corpus carneum.

g. h. i. k. l. m. n Septem caudae, in quas abit: quae primum carneae, dein tendineae g. h. i. k. l. m. n, pertinent ad ſpinas ſeptem dorſi vertebrarum, quae mox infra ſummam ſunt; & lateri quidem extremi fere mucronis earum inſeruntur. Inferior breviſſima, exilis: quae ſequuntur, ut ſequuntur, longiores, inſigniores. Extremaque tendinea eo inſigniora, & longiora, quo ſuperioris caudae ſunt. g quae ad quintam pertinet, h quae ad ſextam, i quae ad ſeptimam, k quae ad octavam, l quae ad nonam, m quae ad decimam, n quae ad undecimam.

*In Syntaxi*, Tab. VII. i in trunco. Dein Tab. VI. α in dorſo; ubi magnam partem tectus Serrato poſtico inferiore C, & Rhomboïdeo majore ppq, & Splenio colli, V in latere ſiniſtro. Et quod nudum in illa Tabula, id in Tab. V. contectum Latiſſimo dorſi P, & Cucullari B, in dorſo.

## FIGURAE VIII.

### *Semiſpinalis dorſi.*

ab. cd. ef. gh Quatuor capita, diu tendinea a.c.e.g; quae incipiunt à poſteriore & eadem ſuperiore parte proceſſuum tranſverſorum fere extremorum, b tertiae, d quartae, f quintae, h ſextae dorſi vertebrarum. Tendines breviores, quo ſuperiores.

i Corpus carneum.

k.l.m.n.o.p.q Septem, in quas abit, caudarum tendines, pertinentes ad inferiorem partem lateris ſpinarum vertebrarum dorſi ſuperiorum quinque, collique proximarum duarum, non longe à mucrone earum: k ad ſpinam octavae dorſi, l ad nonae, m ad decimae, n ad undecimae, o ad duodecimae: p ad colli primae, q ad ſecundae. Eo longiores, quo ſuperiores. Caudae autem ſuperiores, contra quam ſunt, anguſtiores apparent in Figura, ob perſpectivae rationem.

*In Syntaxi*, Tab. VIII. p in dorſo. Dein Tab. VII. abcdegh; ubi caeterum tectus Spinali dorſi i, Longiſſimo dorſi Σ, & Biventre cervicis h, in cervice. Dein Tab. VI. z in dorſo; ubi praeterea tectus Splenio colli UV, & Splenio capitis, P in cervice: & qua nudus ibi, in dextro latere jacet poſt Rhomboïdeum majorem, ppq in dorſo.

## FIGURAE IX.

### *Intertranſverſarii dorſi.*

ab Primus, qui a oritur ab anteriore parte proceſſus tranſverſi primae dorſi vertebrae, b inſeritque ſe inferiori & eidem poſteriori parti proceſſus tranſverſi ſecundae.

cd Secundus, qui c oritur à ſuperiore & eadem poſteriore parte proceſſus tranſverſi ſecundae dorſi; d inſertus inferiori & eidem poſteriori tranſverſi tertiae.

e Tertius, f quartus, g quintus, h ſextus, i ſeptimus, k octavus, l nonus. Oriuntur, inſeruntque ſe, ut ſecundus.

Inferiores inſigniores: qui ſequuntur, quo ſuperiores, exiliores, minuſque carnei: ſuperiores, k.l, ita exiles tendineique, ut potius ligamenta referant, quam muſculos.

*In Syntaxi*, Tab. VIII. f.g.h.i.k.l.m.n.o in dorſo, in latere ſiniſtro. In dextro tertius h, quartus i, quintus k, & ſextus l, ex parte tecti Semiſpinali dorſi qrst: ſeptimus m, octavus n, & nonus o, Spinali cervicis 3. 4. 5. Et qua ibi nudi, ſubjecti Longiſſimo dorſi, Σ in trunco Tab. VII.

## *LUMBORUM.*

## FIGURAE X.

### *Intertranſverſarii lumborum.*

ab Primus, qui a oritur à ſuperiore parte proceſſus tranſverſi vertebrae lumborum imae, non longe ab ejus extremo. b inſertus inferiori parti proceſſus tranſverſi ſecundae, pariter non longe ab ejus extremo.

cd Secundus, ſimiliter c oriens à ſuperiore parte proceſſus tranſverſi ſecundae, & d inſertus inferiori parti tranſverſi tertiae.

ef Tertius, ſimiliter e oriens à ſuperiore parte tranſverſi tertiae, & f inſertus inferiori quartae.

gh Quartus, ſimiliter g oriens à ſuperiore parte tranſverſi quartae, & h inſertus inferiori quintae.

ik Quintus, ſimiliter i oriens à ſuperiore parte tranſverſi quintae, k inſertus

au-

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM QUINTAE ET DECIMAE EXPLANATIO.

autem tuberculo, quod ab exteriore eademque poſteriore parte tranſverſi imae dorſi infra eminet.

*In Syntaxi*, Tab. VIII. Ψ. Ω. α. β. γ in lumbis. Qui in Tab. VII. poſt commune principium Sacrolumbalis & Longiſſimi dorſi, ϑι in trunco.

### FIGURAE XI.

*Interſpinalis lumborum, à latere.*

Exhibitus tantummodo unus, & is quidem, qui à ſecunda lumborum ſpina pertinet ad tertiam.

aa Principium tendinoſum, quod oritur ab eminentia, quae in inferiore parte lateris ſpinae à proceſſu obliquo inferiore ad ſpinae extremum porrecta jacet.

b Extremum tendinoſum, inſertum inferiori parti lateris ſpinae, infra eminentiam modo dictam.

Tales & inter reliquas lumborum ſpinas. Talis & inter ſpinam ſummae lumborum, imaeque dorſi.

*In Syntaxi* à poſteriore parte exhibiti Tab. VIII. Θ. Λ. Ξ. Π. Σ. Φ ſecundum ſpinam; ubi à latere iis adjacet Multifidus 14: & Tab. VII. A poſteriore autem parte jacent poſt latum tendinem, quo incipiunt Serratus poſticus inferior & Obliquus internus abdominis, cui tendini ſuperinductus latus tendo, quo Latiſſimus dorſi incipit, U Tab. VI. in trunco.

*Interſpinales dorſi* ſimiles ſunt, inter imas dorſi ſpinas reperti.

*In Syntaxi* pariter à poſteriore parte exhibiti Tab. VIII. Γ. Δ ſecundum ſpinam; ubi & à latere iis adjacet Multifidus 14. Et à poſteriore etiam parte jacent poſt latum tendinem, quo incipiunt Serratus poſticus inferior & Obliquus internus abdominis, cui tendini ſuperinductus latus tendo, quo Latiſſimus dorſi incipit, U Tab. VI. in trunco.

### FIGURAE XII.

*Quadratus lumborum, à parte priore.*

aab Principium tendineum, quod aa oritur à ſuperiore & eadem interiore parte criſtae oſſis ilium, mox à poſteriore mediae longitudinis ejus; & b à ligamento, quod à proceſſu tranſverſo vertebrae lumborum imae ad os ilium ex tranſverſo pertinet.

cc Extremum tendineum latum, quod inſerit interiori parti marginis inferioris coſtae duodecimae, non longe à capite ejus primo.

de Extremum exile tendineum, quod inſerit e lateri corporis vertebrae dorſi imae, juxta coſtam imam.

Adde Fig. 13.

*In Syntaxi*, Tab. IV. p in trunco; ubi caeterum tectus Pſoa magno t, & deliteſcit poſt Diaphragma, TSR in trunco, & ΨR.

f Ligamentum, quod à proceſſu tranſverſo vertebrae lumborum imae ad os ilium ex tranſverſo pertinet.

### FIGURAE XIII.

*Quadratus lumborum à parte poſteriore.*

a Pars principii, oriens à ligamento, quod à proceſſu tranſverſo vertebrae lumborum imae ad os ilium ex tranſverſo pertinet.

bc. de. fg. hi Portiones tendineae, inſertae imae parti extremorum proceſſuum tranſverſorum, c ſecundae, e tertiae, g quartae, i quintae lumborum vertebrarum.

k. l. m. n Capita, quae tendineo principio oriuntur à ſuperiore parte extremorum proceſſuum tranſverſorum, k ſecundae, l tertiae, m quartae, n quintae lumborum vertebrarum. Dein carnem, in quam vertuntur, adjungunt poſteriori parti muſculi; ut ſupremum n, ſic reliqua, ante proceſſus tranſverſos.

Adde Fig. 12.

*In Syntaxi*, Tab. VIII. ϑ in lumbis; ubi ex parte ſubjacet Intertranſverſariis lumborum Ψ. Ω. α. β. γ. Et quod ibi nudum, id tectum principio tendineo Tranſverſi abdominis cum ſuperinducto ei communi principio tendineo Obliqui interni abdominis & Serrati poſtici inferioris, & capite communi Sacrolumbalis & Longiſſimi dorſi, ϑι in trunco Tab. VII.

o Ligamentum, quod à proceſſu tranſverſo vertebrae lumborum imae ad os ilium ex tranſverſo deductum.

*In Syntaxi*, Tab. VIII. ζ in lumbis.

### FIGURAE XIV.

*Pſoas parvus.*

a Principium tendineum, quo adhaeret b imo margini corporis vertebrae dorſi imae, à latere; c itemque ligamento, inter corpus illud, corpuſque ſummae lumborum interjecto; d & ſummo etiam margini ſummae lumborum.

f Principium tendineum alterum, adhaerens e corporis lumborum ſummae vertebrae margini imo, f ligamentoque proxime inferiori.

g Tendo, in quem abit; quemque circa mediam lumborum longitudinem inchoat. h hinc ſe tendo ad Pſoam magnum inflectit. i hic lato fine inſerit margini oſſis coxae, qui ſummam pelvis oram ante os ilium facit, juxta ſpinam k, quam margo ille ſupra foramen magnum habet.

ll Per hanc longitudinem reſciſſa aponeuroſis, quae ab hoc tendine abſcedens, Pſoam magnum ſimul cum Iliaco interno à priori parte, qua ante iſchion delabuntur, ambit.

*In Syntaxi*, Tab. IV. rs in trunco; ubi à principio poſt Diaphragma R deliteſcit: in fine poſt Pſoam magnum t.

© BIUM / R. Caussimon



© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE ANATOMICAE SEXTAE ET DECIMAE

# MUSCULORUM HOMINIS

# EXPLANATIO.

## *COLLI.*

Adde *Cervicalem deſcendentem*, Tab. XV. Fig. 3. A. & Fig. 4. z.

### FIGURAE I.

*Splenius colli.*

ab Caput tendineum, quod b oritur à latere extremae ſpinae vertebrae dorſi nonae.

cd Caput tendineum, quod d oritur à latere extremae ſpinae vertebrae dorſi decimae: praecedente brevius.

e Venter carneus.

fgh Extremum, quod primum carneum f, dein tendineum g, pertinet h ad extremam poſteriorem partem tuberculi poſterioris proceſſus tranſverſi vertebrae colli quintae.

ikl Extremum, primum carneum i, dein tendineum k, pertinenſque l ad extremi proceſſus tranſverſi vertebrae colli ſextae inferiorem partem.

mno Extremum, quod primum carneum eſt m, dein tendineum n, pertinetque o ad proceſſus tranſverſi vertebrae colli ſeptimae maxime eminentis mucronis priorem partem.

*In Syntaxi*, Tab. VI. TUV in ſiniſtra parte cervicis & dorſi; ubi majorem partem tectus Serrato poſtico ſuperiore æb, & Levatore ſcapulae Z. Dein T in dextra parte cervicis & dorſi Tab. eadem; ubi pariter tectus Levatore Z, & Serrato poſtico ſuperiore æb, & ab inferiore praeterea parte Rhomboïdeo majore ppq: & quae ibi nuda pars ejus, ea in Tab. V. ſubjacet Cucullari B in collo & dorſo. A latere autem Tab. IX. φ in collo, nudus parte illa; ibi caeterum tectus Cucullari ω, & in fine ſubjectus Sternocleidomaſtoïdeo ρ.

### FIGURAE II.

*Interſpinales cervicis, à parte poſteriore.*

ab Primus, qui à latere ſuperioris partis ſpinae colli imae a, juxta ejus tumorem extremum; procedit ad inferiorem & eandem interiorem partem b cornu ſecundae.

cd Secundus, qui à ſuperiore parte cornu ſecundae c, procedit ad inferiorem & eandem interiorem tertiae d.

ef Tertius, qui à ſuperiore parte cornu tertiae e, procedit ad inferiorem & eandem interiorem quartae f.

gh Quartus, qui à ſuperiore parte cornu quartae g, procedit ad inferiorem & eandem interiorem quintae h.

ik Quintus, qui à ſuperiore parte cornu quintae i, procedit ad inferiorem & eandem interiorem ſextae k.

Adde Fig. 3.

*In Syntaxi*, Tab. VIII. n.o.p.q.r in colli ſiniſtra parte. Dein in dextra; ubi tres ſuperiores, n.o.p, ex parte ſubjacent Spinali cervicis 2. Dein Tab. VII. p.q.r.s.t in cervice; ubi ſuperiores tres, r.s.t, pariter Spinali cervicis o ex parte ſubjacent; ſupremus t etiam Biventri cervicis l. Et qua nudi ibi, in Tab. VI. ſubjacent Splenio capitis P in cervice: ſupremus etiam ex parte nudus ab eo, mox infra O; ſubjacens Cucullari B in collo & dorſo Tab. V.

### FIGURAE III.

*Interſpinales cervicis, à latere.*

ab Primus. b origo à latere ſuperioris partis ſpinae colli imae, juxta ejus tumorem extremum.

c Secundus. d Tertius. e Quartus. f Quintus. g &c. origo cujuſque à ſuperiore parte cornu ſpinae.

Inſertio cerni nequit, quippe pone cornu ſpinae deliteſcens.

Adde Fig. 2.

### FIGURAE IV.

*Scalenus medius, à parte poſteriore.*

aa Origo à coſta prima.

b Caput ad eum accedens à ſuperiore parte extremi proceſſus tranſverſi vertebrae colli primae. c alterum à ſuperiore parte extremi tuberculi poſterioris proceſſus tranſverſi ſecundae.

d.e.f.g.h.i.k.l Extrema, inſerta proceſſibus tranſverſis vertebrarum colli, d primae, e ſecundae, f tertiae, g quartae, h quintae, i ſextae, extremo tendineo; kl ſeptimae, extremo maximam partem tendineo k, partim carneo l.

Adde Fig. 5.

*In Syntaxi*, Tab. VIII. s &c. in collo; ubi infra tectus Levatore coſtae primae κ: ſupra, Intertranſverſario colli poſteriore ſexto δ. Dein Tab. VII. E in cervice; ubi praeterea tectus Scaleno poſtico FGH, Cervicali deſcendente D cum ſupremo Longiſſimi dorſi tendine, Tranſverſali cervicis C, Trachelomaſtoïdeo z: & quod nudum, id in Tab. VI. ſubjacet Levatori ſcapulae Z in cervice. A latere autem Tab. IX. χ in collo.

### FIGURAE V.

*Scalenus medius, à parte priore.*

a Pars tendinea principii, quo oritur bb à coſta prima, totam tenens coſtae altitudinem.

cd Cauda prima, d extremo tendineo pertinens ad priorem & eandem inferiorem partem proceſſus tranſverſi vertebrae colli imae.

ef Cauda ſecunda, f extremo tendineo pertinens ad inferiorem partem extremi tuberculi poſterioris, & ad extremum lunatum marginem proceſſus tranſverſi colli ſecundae.

gh Cauda tertia, h extremo tendineo pertinens ad extremum lunatum marginem tertiae.

ik Cauda quarta, k extremo tendineo pertinens ad extremum lunatum marginem quartae.

lm Cauda quinta, m extremo tendineo pertinens ad extremum lunarum marginem, itemque ad imum tuberculum prius quintae.

no Cauda ſexta, o extremo tendineo pertinens ad priorem partem proceſſus prope extremi ſextae.

pqr Cauda ſeptima, extremo partim carneo p, partim tendineo q, pertinens r ad priorem partem marginis inferioris proceſſus tranſverſi atlantis, circa longitudinem ejus mediam.

Adde Fig. 4.

*In Syntaxi*, Tab. IV. βγ &c. in collo; ubi à principio poſt claviculam. Dein Tab. III. ABC &c. in collo; ubi à principio pariter poſt claviculam, & magnam praeterea partem tectus Scaleno priore Π &c. inque fine Recto capitis interno majori Γ. Dein Tab. II. ιι in collo; tectus Coracohyoïdeo α juxta claviculam, & Sternocleidomaſtoïdeo ιλ. Et quae nuda ſunt in illa Tabula, ea poſt Latiſſimum colli Ω &c. in collo Tab. I.

### FIGURAE VI.

*Longus colli.*

a Caput tendineum, quo b oritur à media laterali parte corporis decimae dorſi vertebrae.

c Tendinea pars capitis, quo oritur à corpore vertebrae undecimae dorſi. Vide Fig. 7. c.

d Pars, è qua inferior pars muſculi, ab externo latere fit, nonnihil oblique in latus procedens, abeunſque in caudam unam ef, partim carneam e, partim tendineam f, deſinentemque g ad inferiorem partem tuberculi prioris proceſſus tranſverſi vertebrae colli ſecundae.

h Pars altera, praecipua muſculi, ad corpora vertebrarum pertinens.

ik Caput primum eorum, quae ad partem illam praecipuam accedunt à proceſſibus tranſverſis: principio tendineo i oriens à ſuperiore & eadem interiore, id eſt, corpora vertebrarum ſpectante, parte tuberculi prioris proceſſus tranſverſi ſecundae colli vertebrae. k pars carnea.

lm Secundum, l principio tendineo oriens à ſuperiore & eadem interiore parte tuberculi prioris tertiae. m pars carnea.

no Tertium, n principio tendineo oriens ab eadem parte tuberculi quartae. o pars carnea.

pq Quartum, p principio tendineo oriens ab eadem parte tuberculi quintae. q pars carnea.

r Pars tendinea, ad extremum s inſerta corpori vertebrae colli ſextae.

t Cauda tendinea, u inſerta atlantis tuberculi, quod in media priore parte ſua habet, parti inferiori.

Adde Fig. 7.

*In Syntaxi*, Tab. IV. t &c. in collo. Dein Tab. III. ΔΘ in collo; ubi partim tectus Recto capitis interno majore Γ; partim poſt Conſtrictorem inferiorem pharyngis ω; partim poſt Sternothyreoïdeum π deliteſcit, &c. Quod autem in Tabula illa nudum, id in Tab. II. deliteſcit poſt Sternomaſtoïdeum ξλ in collo.

### FIGURAE VII.

*Longi colli capita & caudae.*

ab Caput tendineum, quo a oritur à media laterali parte corporis decimae dorſi vertebrae. b hic truncatum. Eſt ab Fig. 6.

cd Caput, quod tendineo principio c oritur à media laterali parte corporis undecimae dorſi vertebrae. d pars carnea, truncata.

ef Caput, quod tendineo principio e oritur fere à media laterali parte corporis duodecimae dorſi. f pars carnea, truncata.

gh Caput tendineum, quod g oritur circa mediam lateralem partem corporis primae colli. h hic truncatum.

ik Caput tendineum, quod i oritur circa mediam lateralem partem corporis ſecundae colli. k hic truncatum.

lm Caput, quod tendineo principio l oritur à principio coſtae primae. m pars carnea, truncata.

no Caput, quod tendineo principio n oritur à ſuperiore & eadem interiore,

© BIUM / R. Caussimon



id eſt, corpus vertebrae ſpectante parte tuberculi prioris proceſſus tranſverſi vertebrae colli ſecundae. o pars carnea, truncata. Eſt ik Fig. 6.

pq Caput, quod tendineo principio p oritur à ſuperiore & eadem interiore, id eſt, corpus vertebrae ſpectante parte tuberculi prioris proceſſus tranſverſi vertebrae colli tertiae. q pars carnea, truncata. Eſt lm Fig. 6.

rs Caput, quod tendineo principio r ſimiliter oritur à tuberculo priore proceſſus tranſverſi quartae. s pars carnea, truncata. Eſt no Fig. 6.

tu Caput, quod tendineo principio t pari modo oritur à tuberculo priore proceſſus tranſverſi quintae. u pars carnea, truncata. Eſt pq Fig. 6.

vw Cauda tendinea, quae inſerta v corpori vertebrae colli tertiae, priori parti ejus, à latere, non longe à margine inferiore. w hic truncata.

xy Cauda ſimilis, ſimili modo x inſerta vertebrae quartae. y hic truncata.

zα Cauda, extremo tendineo z inſerta corpori vertebrae quintae, ad praecedentium ſimilitudinem. α pars carnea, truncata.

βγ Cauda ſimilis, ſed multo inſignior, extremo tendineo latiore β inſerta circa mediam altitudinem prioris partis corporis vertebrae ſextae, à latere. γ pars carnea, truncata.

δε Cauda, quae extremo tendineo δ inſerta inferiori parti tuberculi atlantis, quod is in media priore parte ſua habet. ε pars carnea, una cum tendinea truncata. Eſt tu Fig. 6.

ζηθ Cauda, quae ζ inſerta inferiori parti tuberculi prioris proceſſus tranſverſi vertebrae colli ſecundae. Conſtat è parte carnea η, & tendinea θ; utraque truncata. Eſt efg Fig. 6.

ικ Cauda tendinea, pertinens ι ad priorem partem radicis ſpinae, quae eſt juxta priorem partem proceſſus tranſverſi primae colli. κ hic truncata.

Adde Fig. 6.

## FIGURAE VIII.

### *Intertranſverſarii priores colli.*

ab Primus, qui ab eminentia vertebrae colli primae, quam illa habet loco radicis prioris proceſſus ſui tranſverſi, oritur a: inſertuſque b inferiori eidemque priori parti tum radicis tuberculi, tum ipſius tuberculi prioris proceſſus tranſverſi ſecundae.

cd Secundus, cujus origo à ſuperiore & eadem poſteriore parte tuberculi prioris, radiciſque proceſſus tranſverſi vertebrae ſecundae, hic, quod poſt tuberculum illud delitescit, nequit apparere: confer autem a Fig. decimae. d inſertus inferiori eidemque priori parti radicis, ipſiuſque tuberculi prioris tertiae.

ef Tertius, cujus origo, ut ſecundi, apparere nequit. f inſertus vertebrae quartae, ut ſecundus tertiae.

gh Quartus. Origo pari modo deliteſcit. f inſertus vertebrae quintae, ut ſecundus tertiae.

ikk Quintus. Origo pariter deliteſcit. i pars tendinea. kk inſertus inferiori parti radicis proceſſus tranſverſi vertebrae ſextae, marginiſque prioris illius partis ejus, qua ſuſtinet atlantem; & proximae corporis parti, mox infra marginem modo dictum.

lmn Sextus, qui l oritur à priori parte radicis prioris proceſſus tranſverſi vertebrae ſextae; m inſeritur imo priori margini radicis proceſſus tranſverſi ſeptimae. n principii pars tendinea.

Adde Fig. 10.

*In Syntaxi*, Tab. IV. ξ quartus, ο tertius, π ſecundus, ς primus, in collo; ubi illi ex parte ſubjacent Scaleni medii caudis μ. λ. ι. η: & primus Longi colli caudae zα pertinenti ad proceſſum tranſverſum vertebrae colli ſecundae; ſecundus, tertius, & quartus, ejuſdem Longi capitibus, quae oriuntur à proceſſibus tranſverſis vertebrarum colli, x. w. v. Dein Tab. III. primus Λ in collo; ubi pariter ex parte ſubjacet Longi colli caudae Θ pertinenti ad proceſſum tranſverſum vertebrae colli ſecundae; & praeterea Scaleni prioris caudae Φ: reliqui autem tres deliteſcunt poſt Rectum capitis internum majorem Γ.

## FIGURAE IX.

### *Intertranſverſarii poſteriores colli.*

ab Primus, qui tendineo principio a oritur à parte eadem & ſuperiore & priore proceſſus tranſverſi primae colli vertebrae. b inſeritur inferiori & poſteriori parti tuberculi poſterioris, vicinoque margini extremo lunato ſecundae.

cd Secundus, qui tendineo principio c oritur à ſuperiore parte tuberculi poſterioris proceſſus tranſverſi ſecundae. d inſeritur inferiori & eidem poſteriori parti tuberculi poſterioris, marginiſque lunati tertiae.

ef Tertius, qui tendineo principio e oritur à vertebra tertia, ut ſecundus à ſecunda. f inſertuſque quartae, ut ſecundus tertiae.

gh Quartus, qui pariter tendineo principio g oritur à quarta, ut ſecundus à ſecunda. h inſertuſque quintae, ut ſecundus tertiae.

ik Quintus, qui tendineo principio i pariter oritur à quinta, ut ſecundus à ſecunda. k inſeritur autem inferiori eidemque poſteriori parti proceſſus tranſverſi ſextae.

lm Sextus, qui tendineo principio l oritur à ſuperiore parte extremi proceſſus tranſverſi ſextae. m inſeritur ſeptimae proceſſus tranſverſi extremi parti inferiori, juxta partem priorem. Adde Fig. 16. r. & Fig. 18. qr.

*In Syntaxi*, Tab. IV. jacent poſt Intertranſverſarios priores ξ. ο. π. ς in collo, & Scaleni medii caudas μ. λ. ι. η. A poſteriore parte, Tab. VIII. δ. ε. ζ. η. θ. ι in collo; ubi ſextus δ ex parte poſt Obliquum capitis inferiorem k.

n.n Hic truncata tubercula priora harum vertebrarum, ut Intertranſverſarii integri appareant.

## FIGURAE X.

### *Intertranſverſarius prior quartus colli.*

Hic ſeparatim à latere exhibitus, ut origo ejus cerni poſſet. Ad cujus exemplum ſecundus, tertius, & quintus oriuntur.

a Origo à ſuperiore & eadem poſteriore parte tuberculi prioris, radiciſque proceſſus tranſverſi vertebrae colli quartae.

Adde Fig. 8.

## FIGURAE XI.

### *Scalenus prior.*

a Principium tendineum, quo oritur à ſummo margine coſtae primae, non longe ab ejus cartilagine.

bc Cauda prima, eaque latior, c extremo tendineo inſerta inferiori parti tuberculi prioris proceſſus tranſverſi vertebrae colli ſecundae: continuoque imo lunato margini.

de Cauda ſecunda, eaque quam prima anguſtior; e extremo tendineo inſerta proceſſui tranſverſo vertebrae colli tertiae, ut prima ſecundae.

fg Cauda tertia, eaque ſecundà anguſtior; g extremo tendineo inſerta imo lunato margini, & proximae parti tuberculi prioris proceſſus tranſverſi vertebrae colli quartae.

*In Syntaxi*, Tab. III. Π Σ &c. in collo; ubi infra poſt claviculam: caudae in fine ſubjectae Recto interno majori capitis Γ, Longique colli extremo Θ ad proceſſum tranſverſum vertebrae colli ſecundae pertinenti. Dein Tab. II. ς in pectore; ubi caeterum poſt claviculam, Coracohyoïdeum α in collo, Sternocleidomaſtoïdeum η. ι. λ. Et quae pars in Tabula illa nuda, ea in Tab. I. poſt Pectoralem ξ in trunco.

## FIGURAE XII.

### *Scalenus poſticus.*

aa Principium tendinoſum, quo oritur ab exteriore parte marginis ſuperioris coſtae ſecundae, inter illam partem, qua proceſſui tranſverſo inhaeret; illamque, qua ſe in priora curvatura eſt.

bc Cauda prima, extremo tendineo c inſerta extremo tuberculo poſteriori proceſſus tranſverſi vertebrae colli ſecundae.

de Cauda ſecunda, extremo tendineo e inſerta extremo tuberculo poſteriori proceſſus tranſverſi vertebrae colli tertiae.

*In Syntaxi*, Tab. VII. FGH in cervice & trunco; ubi in fine ſubjacet Cervicali deſcendenti D, & Tranſverſali cervicis CC. Reliquum autem in Tab. VI. tegit Levator ſcapulae Z in cervice.

## FIGURAE XIII.

### *Levator ſcapulae, à parte priore.*

aa Principium tendinoſum, quo oritur ab ora, quam ſcapula mox ſupra primum initium ſpinae ſuae habet.

b Pars interior, c exterior.

de Cauda prima, extremo tendineo e inſerta extremo cornu poſteriori proceſſus tranſverſi vertebrae colli quartae.

fg Cauda ſecunda, extremo tendineo g inſerta extremo cornu poſteriori proceſſus tranſverſi quintae.

hi Cauda tertia, extremo tendineo i inſerta inferiori & priori parti extremi proceſſus tranſverſi ſextae.

kl Cauda quarta, quae reliquis craſſior, extremo tendineo l inſerta priori eidemque inferiori parti proceſſus tranſverſi ſeptimae, inter proceſſus illius radicem extremumque.

Quo quaeque cauda ſuperior, eo longior.

Adde Fig. 14.

*In Syntaxi*, Tab. II. π in collo; ubi caeterum poſt claviculam, Coracohyoïdeum α ſupra claviculam, Sternocleidomaſtoïdeum λ. In Tab. I. poſt Cucullarem Ψ in collo & trunco.

## FIGURAE XIV.

### *Levator ſcapulae, à parte poſteriore.*

a Principium tendinoſum, quo oritur ab ora ſcapulae, quam illa habet mox ſupra primum ſpinae ſuae initium.

b Pars interior caudae quartae, ad poſtremum tendinea.

Adde Fig. 13.

*In Syntaxi*, Tab. VI. Z in cervice; ubi extremo deliteſcit poſt Splenium capitis P. Dein Tab. V. A in collo; caeterum tectus ibi Cucullari B, & Sternocleidomaſtoïdeo u: & ibi deliteſcens quoque poſt Splenium capitis z. Dein à latere, Tab. IX. ψ in collo; ubi ſimiliter Cucullari ω caeterum ſubjacet, & Sternocleidomaſtoïdeo ς.

## FIGURAE XV.

### *Spinalis cervicis.*

ab Caput tendineum primum, b oriens à poſteriore eademque ſuperiore parte proceſſus tranſverſi vertebrae dorſi ſeptimae, ad tuberis, in quod deſinit, radicem.

cd Secundum, ef tertium, gh quartum, ik quintum, lm ſextum: quae eodem modo oriuntur à vertebra d octava, f nona, h decima, k undecima, m duodecima.

Quo quodque ſuperius, eo brevius.

n.o.p.q.r Extrema, quae ſe inſerunt lateri imi marginis extremae ſpinae, n vertebrae colli ſecundae, o tertiae, p quartae, q quintae, r ſextae. Et quod ſextae inſertum, id craſſum. Aliaque aliis incumbunt: quo fit, ut non niſi ſupremum cerni integre hic queat.

*In Syntaxi*, Tab. VIII. 2 &c. in dorſo & cervice. Dein Tab. VII. o o in cervice & trunco; ubi praeterea tectus Biventre cervicis l i &c. & Complexo u, & Longiſſimo dorſi Ψ Σ. Dein Tab. VI. ubi non diſtinctus à Semiſpinali dorſi z in dorſo: caeterum ſubjectus Splenio colli T, & capitis P, in cervice; & Serrato poſtico ſuperiori æb in dorſo: & qua in ſiniſtro latere cum Semiſpinali dorſi nudus z, in dextro ſubjacet Rhomboïdeo majori ppq in dorſo.

F I-

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM SEXTAE ET DECIMAE EXPLANATIO.

## FIGURAE XVI.

### *Tranſverſalis cervicis, à parte poſteriore.*

ab Tendo primus, quo oritur b à ſuperiore & eadem poſteriore parte proceſſus tranſverſi vertebrae dorſi ſeptimae, juxta ejus extremum.

cdef Pars muſculi exterior. d tendo, qui d Fig. 18: e tendo, qui f Fig. 18: f tendo, qui k Fig. 18.

ghiklmnop Pars muſculi interior.

ghi Caput, tendineo principio g oriens h à poſteriore parte proceſſus obliqui adſcendentis vertebrae colli primae, ad latus externum obliqui deſcendentis ſecundae. i caro, in quam abit.

klm Caput, tendineo principio k oriens l à poſteriore parte proceſſus obliqui adſcendentis vertebrae colli ſecundae, ad latus externum obliqui deſcendentis tertiae. m caro, in quam abit.

nop Caput, tendineo principio n oriens o à poſteriore parte proceſſus obliqui adſcendentis vertebrae colli tertiae, ad latus externum obliqui deſcendentis quartae. p caro, in quam abit.

q Extremum tendineum, quod cum Intertranſverſario cervicis ſexto poſteriore r conjunctum, pertinet ad partem inferiorem & eandem priorem proceſſus tranſverſi atlantis.

Adde Fig. 17. & 18.

*In Syntaxi*, Tab. VII. CC in cervice; ubi praeterea Longiſſimo dorſi ✢ ſubjacet, & Cervicali deſcendenti D, & Trachelomaſtoïdeo z. Dein Tab. VI. Y in cervice; ubi etiam Serrato poſtico ſuperiori æb ſubjacet, & Levatori ſcapulae Z, & Longiſſimo dorſi X: ſupra quoque deliteſcit ſub Splenio colli T, & capitis P. Et quod in Tabula illa VI. nudum, id in Tab. V. ſubjacet Cucullari, B in collo & dorſo.

r Intertranſverſarius cervicis ſextus poſterior.

Adde Fig. 18. pqr. & Fig. 9. lm.

## FIGURAE XVII.

### *Tranſverſalis cervicis capita prima quinque.*

ab Caput primum tendineum, a oriens à ſuperiore & eadem poſteriore parte proceſſus tranſverſi vertebrae dorſi octavae, juxta ejus extremum. b hic truncatum. Eſt ab Fig. 16.

c Caput ſecundum tendineum, eodem modo oriens à vertebra nona.

de Tertium, à decima, d principio tendineo, dein in carnem e abeunte.

fg Quartum, ab undecima, f principio tendineo, in carnem g abeunte.

hi Quintum, à duodecima, h principio pariter tendineo, inque carnem i abeunte.

Omnia truncata, ut primum. Subjacent muſculo in Fig. 16.

Adde Fig. 16. & 18.

## FIGURAE XVIII.

### *Tranſverſalis cervicis, à latere.*

a Pars haec inferior ex Figura 16. petenda.

bc Tendo primus, inſertus c parti inferiori & eidem poſteriori cornu poſterioris extremi proceſſus tranſverſi vertebrae colli ſecundae.

de Tendo ſecundus, inſertus e vertebrae tertiae, ut primus ſecundae.

fg Tendo tertius, inſertus g vertebrae quartae, ut primus ſecundae.

hi Tendo quartus, inſertus i vertebrae quintae, ut primus ſecundae.

kl Tendo quintus, inſertus l inferiori eidemque poſteriori parti extremi proceſſus tranſverſi ſextae.

Hi tendines per ventrem ab exteriore parte decurrunt, eiſque fere ad finem uſque caro inhaeret.

m Extremum, quod ſe cum Intertranſverſario cervicis ſexto poſteriore conjungit n, cum eoque extremo tendineo o inſerit parti inferiori & eidem priori proceſſus tranſverſi atlantis.

Adde Fig. 16. & 17.

p Intertranſverſarii cervicis ſexti poſterioris principium, à ſuperiore parte extremi proceſſus tranſverſi ſextae colli vertebrae oriens.

qr Intertranſverſarii cervicis ſexti poſterioris pars poſterior, cum qua conjunctum extremum Tranſverſalis. r extremum tendineum.

Adde Fig. 16. r. & Fig. 9. lm.

## *CAPITIS & COLLI.*

## FIGURAE XIX.

### *Rectus internus major capitis.*

a Caput primum, oriens à priore & eadem ſuperiore parte tuberculi prioris proceſſus tranſverſi vertebrae colli ſecundae.

b Pars tendinoſa, qua caro tecta.

cc Extremum inſertum imo margini oſſis occipitis, qui reſpicit petroſum, fere ab illo hiatu, quo exit capitis nervus octavus, ad os multiforme fere uſque.

d Pars oſſis occipitis, quae eſt ante foramen ejus magnum.

e Lunula oſſis occipitis, quae pertinet ad hiatum, quo exit vena jugularis interna & nervus octavus capitis.

Adde Fig. 20.

*In Syntaxi*, Tab. III. Γ in collo. Dein Tab. II. ξ in collo; ubi partim poſt Sternomaſtoïdeum ϟλ. In Tab. I. ob ſuperinductum collo Latiſſimum colli Ω, non apparet pars ejus, quae in Tab. II.

## FIGURAE XX.

### *Recti interni capitis majoris capita.*

ab Caput primum, totum carneum, oriens à priore & eadem ſuperiore parte tuberculi prioris proceſſus tranſverſi vertebrae colli ſecundae: b hic truncatum. Eſt a Fig. 19.

cd Caput ſecundum, principio tendineo c oriens à vertebra tertia, ut primum à ſecunda. d pars carnea, una cum tendinea truncata.

ef Caput tertium, principio tendineo e oriens à vertebra quarta, ut primum à ſecunda. f pars carnea, una cum tendinea truncata.

gh Caput quartum, principio tendineo g oriens à vertebra quinta, ut primum à ſecunda. h pars carnea, truncata.

Caput ſecundum, tertium, & quartum, ſubjacent ventri, in poſteriora ejus adſcendentia.

Adde Fig. 19.

## FIGURAE XXI.

### *Trachelomaſtoïdeus, à latere.*

ab Capitis primi principium tendineum, b oriens à proceſſu tranſverſo vertebrae dorſi decimae.

cd Capitis ſecundi principium tendineum, d oriens à proceſſu tranſverſo vertebrae dorſi undecimae.

ef Capitis tertii principium tendineum, f oriens à proceſſu tranſverſo vertebrae dorſi duodecimae.

gh Capitis quarti principium tendineum, h oriens à poſteriore & eadem ſuperiore parte proceſſus tranſverſi vertebrae primae colli, juxta obliquum adſcendentem.

ik Capitis quinti principium tendineum, k oriens à proceſſu obliquo adſcendente vertebrae colli ſecundae; ab exteriore & eadem poſteriore parte radicis proceſſus illius, inde uſque ab initio tranſverſi.

lm Capitis ſexti principium tendineum, m oriens ab obliquo adſcendente tertiae, ut quintum à ſecundae.

no Capitis ſeptimi principium tendineum, o oriens ab obliquo adſcendente quartae, ut quintum à ſecundae.

Quinti, ſexti, & ſeptimi capitis origo à proceſſibus obliquis deſcendentibus cerni nequit, petenda ex Fig. 22.

p Plaga tendinea. Vide Fig. 22. n.

q Extremum tendineum, rr inſertum poſteriori margini proceſſus mammillaris.

Adde Fig. 22.

## FIGURAE XXII.

### *Trachelomaſtoïdeus, à parte poſteriore.*

ab Capitis primi principium tendineum, b oriens à poſteriore & eadem ſuperiore parte proceſſus tranſverſi fere extremi vertebrae dorſi decimae.

cd Capitis ſecundi principium tendineum, d oriens à vertebra undecima dorſi, ut primum à decima.

ef Capitis tertii principium tendineum, ſimili modo f oriens à vertebra duodecima dorſi.

Juxta g capitis quinti principium tendineum, oriens à poſteriore parte marginis lateralis externi proceſſus oblique deſcendentis vertebrae colli tertiae: & infra eum ab obliquo adſcendente ſecundae.

Juxta hi capitis ſexti principium tendineum, oriens h à poſteriore parte marginis lateralis externi proceſſus oblique deſcendentis vertebrae colli quartae: & infra eum i ab obliquo adſcendente tertiae.

klm Capitis ſeptimi principium tendineum, oriens l à poſteriore parte marginis lateralis externi proceſſus oblique deſcendentis vertebrae colli quintae: & infra eum m ab obliquo adſcendente quartae.

n Plaga tendinea.

o Extremum tendineum, p inſertum poſteriori margini proceſſus mammillaris.

Adde Fig. 21.

*In Syntaxi*, Tab. VII. z &c. in cervice; ubi & tectus portione Longiſſimi dorſi ✢, & Tranſverſali cervicis C. Dein Tab. VI. W in cervice; ubi praeterea Serrato poſtico ſuperiori æb ſubjacet, & Levatori ſcapulae Z, & Longiſſimi dorſi portioni X, & Splenio colli T, & Splenio capitis P: & quod nudum ibi, id in Tab. V. ſubjacet Cucullari, B in cervice & dorſo. A priori parte, Tab. III. E in collo; ubi poſt Scalenum medium E, & Complexum E. Et qua nudus ibi, ſubjacet in Tab. II. Sternomaſtoïdeo λ in collo, & Biventri maxillae y.

## FIGURAE XXIII.

### *Biventer cervicis cum Complexo, à parte poſteriore.*

abcdefghiklmnopp *Biventer cervicis.*

ab Capitis primi principium tendineum, b oriens à poſteriore & eadem ſuperiore parte tuberis, in quod deſinit proceſſus tranſverſus vertebrae dorſi ſextae.

cd Capitis ſecundi principium tendineum, ſimili modo d oriens à vertebra ſeptima.

ef Capitis tertii principium, ſimili modo f oriens ab octava.

gh Capitis quarti principium, ſimili modo h oriens à nona.

ik Capitis quinti principium, ſimili modo oriens k à decima.

l Portio, ſive caput, ad Biventrem accedens, oriens à latere ſpinae vertebrae dorſi duodecimae. Accedit ad tendinem medium, ventremque.

m Tendo medius inter ventres.

n Plaga tendinea ventris ſecundi.

o Extremum tendineum extrinſecus, pp inſertum oſſis occipitis parti poſteriori, ad latus mediae, aliquanto inferius, quam ubi Cucullaris incipit.

Adde Fig. 24. abcdefgg.

*In Syntaxi*, Tab. VII. f--n in cervice & trunco; ubi infra tectus Longiſſimo dorſi ✢, & Tranſverſali cervicis. Dein Tab. VI. MN in cervice, & y in dorſo; ubi tectus Splenio capitis P, & colli TUV, & Serrato poſtico ſuperiore æb: & quae ibi in ſiniſtro latere ab inferiore parte nuda pars y, ea in dextro

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM SEXTAE ET DECIMAE EXPLANATIO.

latere Rhomboïdeo majore ppq tecta. Dein Tab. V. y in cervice; ubi caeterum tectus Splenio capitis z, & Cucullari C, & Sternocleidomaſtoïdeo x.

qrstuvwx *Complexus.*

qr Capitis primi principium tendineum, r oriens à poſteriore & eadem ſuperiore parte proceſſus tranſverſi fere extremi vertebrae dorſi decimae.

st Capitis ſecundi principium tendineum, t oriens ſimili modo à vertebra undecima.

uv Capitis tertii principium tendineum, v oriens ſimili modo à duodecima.

w Plaga tendinea.

x Hic Biventrem ſubit, cum eo ſe conjungens, inſerenſque.

Adde Fig. 24. h -- x.

*In Syntaxi*, Tab. VII. uv in cervice & trunco; ubi, ut hic, magnam partem ſubjacet Biventri f -- n, & Trachelomaſtoïdeo zΑ, cum Tranſverſali cervicis; & Longiſſimo dorſi Ψ. Et qua parte nudus illa in Tabula eſt, ea ſubjacet Splenio capitis P, & colli T, in cervice Tab. VI. A priori parte, Tab. III. E in collo; ubi tectus Obliquo ſuperiore capitis Æ; & qua nudus ibi, ſequitur in Tab. II. poſt Biventrem maxillae y in collo.

## FIGURAE XXIV.

### *Biventer cervicis cum Complexo, à latere.*

abcdefgg *Biventer cervicis.*

a Pars inferior, ex Fig. 23. petenda.

bc Portio, ſive caput, ad Biventrem accedens, oriens c à latere ſpinae vertebrae dorſi duodecimae, non longe à ſpinae illius mucrone.

d Tendo medius inter ventres.

e Plaga tendinea ventris ſecundi.

f Extremum, quod extrinſecus tendineum, gg inſertumque oſſis occipitis parti poſteriori, ad latus mediae, aliquanto inferius, quam ubi Cucullaris incipit.

Adde Fig. 23. a--p.

*In Syntaxi*, Tab. IX. τ in capite & collo; ubi tectus Splenio capitis ν, & colli φ, & Cucullari Γω, & Sternocleidomaſtoïdeo ρσ.

hiklmnopqrstuvwxx *Complexus.*

hi Capitis primi principium tendineum, i oriens à poſteriore & eadem ſuperiore parte proceſſus tranſverſi fere extremi vertebrae dorſi decimae.

kl Capitis ſecundi principium tendineum, l oriens ſimili modo à vertebra undecima.

mn Capitis tertii principium tendineum, n oriens ſimili modo à duodecima.

op Capitis quarti principium tendineum, p oriens à poſteriore & eadem ſuperiore parte proceſſus tranſverſi vertebrae colli primae, juxta obliquum adſcendentem.

qr Capitis quinti principium tendineum, r oriens ab exteriore & eadem poſteriore parte radicis proceſſus obliqui adſcendentis vertebrae colli ſecundae, inde uſque à radice tranſverſi.

st Capitis ſexti principium tendineum, t oriens ſimili modo ab obliquo adſcendente tertiae.

uv Capitis ſeptimi principium tendineum, v oriens eodem modo ab obliquo adſcendente quartae.

Quinti, ſexti, & ſeptimi capitis origo à proceſſuum obliquorum deſcendentium tertiae, quartae, quintae vertebrae, margine laterali externo, cerni in figura ab hac parte nequit.

w Plaga tendinea ventris.

xx Hic Biventrem ſubit, ac poſt cum eo ſe conjungit, inſeritque, mox infra eum.

Adde Fig. 23. q -- x.

## FIGURAE XXV.

### *Sternomaſtoïdeus cum Cleidomaſtoïdeo, à parte priore.*

a *Sternomaſtoïdeus.*

b Principium tendineum, quo cc oritur ab oſſis pectoris parte priore & eadem ſuperiore, non longe à capite claviculae.

d Extremum tendineum, inſertum ee exteriori parti proceſſus mammillaris, ab imo ad ſummum, fere per amplitudinem ejus mediam.

f *Cleidomaſtoïdeus.*

gg Ortus ejus à ſuperiore & eadem priore claviculae parte, juxta caput ejus, quo oſſi pectoris innixa.

h Hinc conjungit ſe cum Sternomaſtoïdeo; cui caeterum ſubjectus.

Adde Fig. 26.

*In Syntaxi*, Tab. II. ηθικλν in collo. Dein Tab. I. Φμ in collo; ubi caeterum tecti Latiſſimo colli Ω, & extremum poſt auriculam deliteſcit.

## FIGURAE XXVI.

### *Sternomaſtoïdeus, cum Cleidomaſtoïdeo, à parte poſteriore.*

ab *Sternomaſtoïdei* pars interior eademque prior. b principium tendineum.

c *Cleidomaſtoïdei* pars interior & eadem prior.

d *Sternomaſtoïdei* & *Cleidomaſtoïdei* inter ſe conjunctorum pars exterior & eadem poſterior.

e Extremum tendineum, incurvo ductu inſertum fg exteriori parti proceſſus mammillaris, ab imo ad ſummum, fere per amplitudinem ejus mediam; continuoque retrorſum vicinae parti mammillari oſſis temporis, eique vicinae parti oſſis occipitis gh.

Adde Fig. 25.

*In Syntaxi*, Tab. V. u &c. in collo. A latere, Tab. IX. ρ in collo; ubi ex parte tectus Latiſſimo colli μ.

## FIGURAE XXVII.

### *Splenius capitis.*

a Capitis primi principium tendineum, oriens à ſpina vertebrae dorſi undecimae.

b Capitis ſecundi principium tendineum, oriens à ſpina vertebrae dorſi duodecimae.

c Capitis tertii principium tendineum, oriens à primae colli vertebrae ſpina.

dd Hac parte procedit à ligamento cervicis. Cujus principii haec e pars tendinea.

f Extremum tendinoſum, inſertum gg poſteriori & eidem laterali externae parti proceſſus mammillaris, per ejus longitudinem totam; indeque retrorſum oſſi mammillari, ac vicino occipitis hh, fere uſque ad locum inter radicem proceſſus mammillaris mediumque occiput medium.

*In Syntaxi*, Tab. VI. P in cervice; ubi infra tectus Serrato poſtico ſuperiore æb. Dein Tab. V. z in collo, ea parte nudus; caeterum tectus Cucullari B, & in fine Sternocleidomaſtoïdeo u. Dein à latere, Tab. IX. ν in collo, nudus ea parte; caeterumque tectus pariter Cucullari ω, & Sternocleidomaſtoïdeo ξ.

© BIUM / R. Caussimon



© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE ANATOMICAE SEPTIMAE ET DECIMAE
# MUSCULORUM HOMINIS
# EXPLANATIO.

## *CAPITIS.*

### FIGURAE I.

*Rectus capitis poſticus minor.*

a Origo ab eminentia atlantis, quae ſpinae loco eſt: à qua origine extrinſecus tendineus eſt b.

cc Extremum oſſi occipitis inſertum; ſcrobi ſcilicet, quae inter foramen magnum, finemque Complexi, juxta mediam ſpinam, à foramine magno in poſteriora porrectam.

*In Syntaxi*, Tab. VIII. a &c. in capite & collo; ubi ex parte tectus Recto poſtico majore d: quod vero nudum, id in Tab. VII. ſubjacet Complexo cum Biventre cervicis, u l in cervice.

### FIGURAE II.

*Rectus capitis poſticus major.*

a Origo ab illa parte marginis ſuperioris ſpinae vertebrae colli ſextae, quae pars eſt juxta radicem cornu, & ab ipſo etiam cornu.

bb Extremum oſſi occipitis inſertum, circa medium inter illam partem additamenti futurae lambdiformis, quae fit ab oſſe occipitis & mammillari; lateralemque partem foraminis magni, quae eſt pone proceſſum coronoïdeum; medio loco inter finem Complexi, Obliqui ſuperioris, & Recti poſtici minoris.

*In Syntaxi*, Tab. VIII. d &c. in capite & collo; ubi extremo ſuo ſubit Obliquum ſuperiorem g. In Tabula autem VII. deliteſcit poſt Complexum cum Biventre cervicis, u l in cervice.

### FIGURAE III.

*Obliquus capitis ſuperior.*

a Origo à ſuperiore parte extremi proceſſus tranſverſi atlantis: à qua origine extrinſecus tendineus eſt b.

cc Extremum oſſi occipitis inſertum, inter illam partem additamenti futurae lambdiformis, quae fit ab oſſe occipitis & mammillari; partemque illam, cui inſertus Rectus poſticus major.

*In Syntaxi*, Tab. VIII. g &c. in capite & collo. Dein Tab. VII. w x in cervice; ubi caeterum tectus Complexo u, & Biventre cervicis l, & Trachelomaſtoïdeo z B. Et qua parte nudus ibi, ea Splenio capitis ſubjacet, P in cervice Tab. VI. A priori parte, Tab. IV. s in capite, & Tab. III. Æ in capite.

### FIGURAE IV.

*Obliquus inferior capitis.*

a Origo à ſuperiore parte lateris ſpinae epiſtrophaei, per totam ſpinae longitudinem; magnaque cornu parte; principio tendinoſo.

b Extremum, inſertum poſteriori amplitudini extremi proceſſus tranſverſi atlantis.

*In Syntaxi*, Tab. VIII. k &c. in collo. Dein Tab. VII. y in cervice; ubi caeterum tectus Complexo u, & Trachelomaſtoïdeo z B: & qua parte nudus, ea in Tab. VI. deliteſcit poſt Splenium capitis P in cervice.

### FIGURAE V.

*Rectus lateralis capitis.*

aa Origo à parte priore partis ſuperioris proceſſus tranſverſi atlantis.

b Extremum, extrinſecus tendineum, quo pertinet c ad oſſis occipitis ſuperficiem inaequabilem, quae & juxta proceſſum mammillarem eſt, & juxta poſteriorem partem illius marginis oſſis occipitis, qui facit poſteriorem partem foraminis, quo exit vena jugularis interna.

*In Syntaxi* exhiberi nequivit.

c Oſſis occipitis pars, quae eſt ante foramen magnum.

d Lunatus margo oſſis occipitis, qui pertinet ad foramen, quo exit vena jugularis interna.

### FIGURAE VI.

*Rectus capitis internus minor.*

a Principium tendinoſum, quo bb oritur à priore eademque ſuperiore parte corporis atlantis, juxta radicem proceſſus tranſverſi, & ab ipſa radice.

c Extremum tendinoſum, quo ſe inſerit d inferiori eidemque poſteriori parti marginis oſſis occipitis, qui cum petroſo leviter connexus: & quidem tuberculo, quod è margine illo, ante proceſſum coronoïdeum eminet; juxtaque illud e ſe etiam immiſcet materiei illi quaſi cartilagineae, quae implet intervallum imae oſſis occipitis & petroſi parti ante fiſſuram, qua exit nervus capitis octavus, interjectum.

*In Syntaxi* exhiberi nequivit. Partim jacet poſt Rectum internum majorem Fig. 19. Tab. XVI: partim ab ejus externo latere nudus ab eo.

f Oſſis occipitis pars, quae eſt ante foramen magnum.

g Lunatus margo oſſis occipitis, qui pertinet ad foramen, quo exit vena jugularis interna.

## *COCCYGIS.*

### FIGURAE VII.

*Coccygeus, à parte poſteriore.*

a Principium tendineum, oriens b ab apice proceſſus acuti iſchii.

c Principii tendinei pars, quae procedit ab interiore parte proceſſus acuti.

Inter a & c principium tendineum ſe complicat.

Adde Fig. 8.

*In Syntaxi*, Tab. VI. d in inferiore trunci parte, ubi parte quadam poſt Levatorem ani e. In Tab. V. ſubjacet Gluteo magno γ in nate.

### FIGURAE VIII.

*Coccygeus, à parte priore.*

a Principium tendineum, quo b oritur ab interiore parte apicis proceſſus acuti iſchii.

c Extremum tendinoſum, quo ſe inſerit interiori parti d marginis oſſis ſacri juxta coccygem, e coccygis oſſis primi, f ſecundi, g tertii: & continuat ſe etiam ligamento h, quod intercedit inter os ſacrum & coccygis os primum; & i quod inter coccygis os primum & ſecundum, & k quod inter ſecundum & tertium.

Adde Fig. 7.

## *THORACIS.*

### FIGURAE IX.

*Intercoſtalis externus nonus, à poſteriore parte.*

Hic ſolus in exemplum externorum propoſitus. Adde Tab. VIII. H.I.K.L. M.N.O.P.Q.R.S in dorſo.

abb Origo ab exteriore & eadem inferiore parte coſtae nonae, a inde ubi illa ultra proceſſum, cui innixa, procedere incipit.

ccc Inſertio, exteriori eidemque ſuperiori parti coſtae decimae.

Adde Fig. 10.

*In Syntaxi*, Tab. VIII. H.I.K.L.M.N.O.P.Q.R.S in dorſo; ubi ex parte tecti Levatoribus brevioribus coſtarum, λ. μ. ν. ξ. ο. π. ρ. σ. ς. τ. υ: & nonus praeterea, decimus, & undecimus, Levatoribus longioribus A.F.G. Dein Tab. VII. N. O.P.Q.RR.SS.T.U.V.W in trunco; ubi tecti Sacrolumbali ι--Π, cum Cervicali deſcendente D; praeter primum: & praeterea ſecundus N, tertius O, & quartus P, tecti Levatoribus brevioribus K.L.M: primus autem deliteſcit poſt Levatorem breviorem I, & Scalenum poſticum F: ex parte etiam poſt Longiſſimum dorſi Φ Σ Ψ deliteſcunt, quintus, ſextus, ſeptimus, octavus. Dein Tab. VI. φ. χ. ψ. ω. Γ. ΔΔ. Θ. Λ in dorſi parte ſiniſtra; ubi quod eorum in Tab. VII. nudum, majorem partem tectum Serrato poſtico ſuperiore æb, Serrato magno Π--B, & Serrato poſtico inferiore C--L: reſpondetque pars dextra, niſi quod quae pars quarti φ, & quinti χ, & ſexti ψ, nuda in ſiniſtra, tecta ſit in hac Rhomboïdeo majore q; tecta & pars ſeptimi ω. Et quae in dextra parte Tab. VI nuda ſunt, ea Latiſſimus dorſi P in dorſo Tab. V. integit.

A priori parte, Tab. IV. ε. σ. τ. υ. φ. χ. ψ. ω. A in trunco: & Tab. III. G.L.M. N.O.P.Q.R.S in trunco. Dein Tab. II. K.K.K.K.K.K in trunco; ubi tecti Serrato magno Ψ--G, & antico υ, in pectore; primuſque praeterea deliteſcit poſt Subclavium σ in pectore. Nudamque primi in Tab. II. partem Pectoralis ξ in trunco Tab. I. integit: caeterorum Obliquus externus abdominis d &c.

Ex interiore parte, Tab. IV. primus ε, ſecundus σ, tertius τ infra collum, intus in thorace; ubi ſecundus σ tectus Intercoſtali interno ſecundo C.

### FIGURAE X.

*Intercoſtalis externus nonus, à latere.*

aaa Origo ab exteriore & eadem inferiore parte coſtae nonae.

bbb Inſertio, exteriori eidemque ſuperiori parti coſtae decimae.

Adde Fig. 9.

### FIGURAE XI.

*Intercoſtalis internus nonus, à latere.*

Hic ſolus in exemplum internorum propoſitus.

Adde Fig. 12. & 13.

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM SEPTIMAE ET DECIMAE EXPLANATIO.

## FIGURAE XII.

### *Intercoſtalis internus nonus, à parte poſteriore.*

Solus hic in exemplum internorum propoſitus. Adde Tab. VIII. T.U.V.W. X.Y.Z.a.æ.b.c in dorſo.

Adde Fig. 11. & 13.

*In Syntaxi*, Tab. VIII. T.U.V.W.X.Y.Z.a.æ.b.c in dorſo. In dextro autem latere deliteſcunt poſt externos H.I.K.L.M.N.O.P.Q.R.S in dorſo: praeter partem undecimi c; quae & in Tab. VII. X in trunco, & in Tab. VI. Ξ in dorſo, ex parte tecta Obliquo interno abdominis RS; & quae ibi supereſt nuda pars, ea tecta Obliquo externo abdominis W in trunco Tab. V. & Latiſſimo dorſi P.

A priori parte, Tab. IV. B.C.D.E.F.G.H.I.K in ſiniſtra trunci parte. Dein in dextra B.C.D; ubi tecti externis ς.σ.τ: plenius autem in Tab. III. T. Y.Z.a.b.c.d.e.f.g.h.i.k in trunco; tecti externis G.L.M.N.O.P.Q.R.S. Dein Tab. II. L.L. &c. in trunco; ubi pariter tecti externis K.K. &c. itemque ſecundus, tertius, & quartus, Serrato antico υ in pectore: quintuſque etiam, & ſexti, & ſeptimi portiones priores ſeparatae, ex parte ſubjacent Recto abdominis Z &c. Dein quae nuda in Tabula illa ſunt, in Tab. I. ſubjacent Pectorali ξ in trunco, & Obliquo externo abdominis d &c.

## FIGURAE XIII.

### *Intercoſtalis internus nonus, & decimus, à parte interiore.*

aabbbcedddde *Nonus.*

aa Principium tendinoſum, quo oritur bbb ab inferiore parte partis interioris coſtae nonae; & à ſuperiore quidem margine ſulci, cui vaſa intercoſtalia inſident.

cc Extremum tendinoſum, quo ſe inſerit ddd interiori parti marginis ſuperioris coſtae decimae: & e hac etiam parte, oblique interiori coſtae amplitudini.

f Noni pars, quae longius deſcendit, coſtamque decimam praeterlapſa, ad undecimam pertinet.

g Principium ejus, diu tendineum.

h Extremum tendinoſum, ii inſertum cum Intercoſtali decimo, interiori parti marginis ſuperioris coſtae undecimae.

kllmnnn *Decimus.*

k Principium tendinoſum, quo ll oritur ab inferiore parte partis interioris coſtae decimae; ut nonus à nona.

m Extremum tendinoſum, quo ſe inſerit nnn interiori parti marginis ſuperioris coſtae undecimae.

Adde Fig. 11. & 12.

*In Syntaxi*, ſecundus Tab. IV. CC infra collum, intus in thorace. Undecimi, Tab. IV. LLL in trunco; ubi tecti Diaphragmate UΘΠΠ, UΣΣΣΩ. Nonus, Tab. VIII. æ in dorſi parte dextra.

## FIGURAE XIV.

### *Levator brevior coſtae decimae.*

Hic propoſitus in reliquorum exemplum. Adde Tab. VIII. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. π. ρ. σ. ς. τ. υ in dorſo.

aa Origo à proceſſu tranſverſo vertebrae dorſi quartae, fere à tota ejus longitudine, ab inferiore parte.

b Principii pars tendinoſa.

cc Extremum, inſertum ſuperiori margini coſtae decimae; acutae eminentiae, quae ſe ex ea erigit, ubi à corporibus vertebrarum incipit recedere; ultraque eam, paullo longius, quam ubi coſta proceſſui tranſverſo innititur, aut juxta extremum ejus incedit, porrectae ſcrobi inaequabili: itemque exteriori parti marginis ſuperioris, aliquantum ultra proceſſum eundem.

d Extremi pars tendinoſa.

*In Syntaxi*, Tab. VIII. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. π. ρ. σ. ς. τ. υ in dorſo; ubi, praeter tres primos, tecti Intertranſverſariis dorſi f.g.h.i.k.l.m.n.o: nonus, decimus, & undecimus, tecti Levatoribus longioribus A.F.G: tres primi tecti Spinali colli 6. 7. 8; itemque quartus, quintus, ſextus; ſeptimus autem, octavus, nonus, decimus, Semiſpinali dorſi t.s.r.q; omnes Multifido. In Tabula autem VII. praeterea ſuperinductus Longiſſimus dorſi μΣΨ, & Sacrolumbalis ν–Π, cum Cervicali deſcendente D, in trunco; & ſuperioribus aliquot etiam Tranſverſalis cervicis CC, & Complexus u; primo & ſecundo Scalenus poſticus F: ex parte autem nudus ſecundus I, tertius K, quartus L, quintus M; iiſque partibus in Tab. VI. inſidet Serratus poſticus ſuperior æb in dorſi ſiniſtra parte; ubi ſolius quinti pars nuda φ, quam in dextra parte integit Rhomboïdeus major q.

A priori parte, primus Tab. IV. ε in collo; ex parte tectus Scaleni medii cauda δ ad proceſſum tranſverſum vertebrae colli primae pertinente. Et Tab. III. Ξ in collo; pariter tectus cauda Scaleni medii c mododicta.

## FIGURAE XV.

### *Levator longior coſtae decimae.*

In exemplum reliquorum propoſitus. Adde Tab. VIII. F.G in dorſo.

a Origo ab inferiore parte partis poſterioris proceſſus tranſverſi vertebrae dorſi quintae.

b Principii pars tendinoſa.

c Extremum, inſertum poſteriori parti marginis ſuperioris coſtae decimae, juxta brevioris externum latus, ubi ſe coſta jam magis deorſum inclinat.

d Extremi pars tendinoſa.

*In Syntaxi*, Tab. VIII. A.F.G in dorſo; ubi ex parte ſubjacent Intertranſverſariis dorſi i.h.g. Dein ſuperinductus Longiſſimus dorſi cum Sacrolumbali μ &c. in trunco Tab. VII.

## FIGURAE XVI.

### *Serratus poſticus ſuperior.*

a Pars tendinea, qua incipit, oriturque bb à ligamento cervicis (unde reſciſſa) circa tertiam ſecundamque colli à dorſo ſpinam; c à ſpina primae colli, d duodecimae dorſi, e undecimae; & in ſpinarum illarum intervallis f.g cum proximis muſculis cohaeret.

h.i.k.l Quatuor extrema, in quae ſe findit, quaeque inſerit coſtae ſecundae, tertiae, quartae, quintae, ubi illae primum in priora incipiunt ſe curvare, ibique ſecundum ſuperiorem marginem earum, ab exteriore parte.

m Primi extremum tendineum, inſertum coſtae ſecundae.

n Secundi, inſertum tertiae.

o Tertii, inſertum quartae.

p Quarti, inſertum quintae.

*In Syntaxi*, Tab. VI. æ &c. in cervicis & dorſi latere ſiniſtro; ubi partem tegit Levator ſcapulae Z, extremiſque ſcapulam ſubit, Serrato magno ſubjectus. Deinde in latere dextro æb; ubi pariter partem tegit Levator ſcapulae Z: caeterum autem tectus Rhomboïdeo minore m, & majore ppq: quaeque nuda eſt pars, ea in Tab. V. ſubjacet Cucullari B in collo & dorſo.

## FIGURAE XVII.

### *Serratus poſticus inferior.*

a Pars tendinea, quae (cum Latiſſimo dorſi) oritur à ſpina dorſi vertebrae tertiae b, ſecundae c, primae d, lumborum quintae e, quartae f, tertiae g: & in intervallis ſpinarum illarum h.i.k.l.m cohaeret cum proximis muſculis.

n Extremum primum, reliquis latius, inſertumque oo coſtae nonae, exteriori parti marginis ejus inferioris, fere ubi ſe à dorſo per latus in priora curvat.

p Extremum ſecundum, inſertum coſtae decimae qq. Anguſtius proximo ſuperiore.

r Extremum tertium, inſertum coſtae undecimae ss. Anguſtius proximo ſuperiore.

t Extremum quartum, inſertum coſtae duodecimae uu. Rurſus anguſtius proximo ſuperiore.

Adde Fig. 3. Tab. XIV.

*In Syntaxi*, Tab. VI. C &c. in inferiore trunci parte; ubi principio ejus ſuperinductus latus tendo U, quo Latiſſimus dorſi incipit. In Tab. V. poſt Latiſſimum dorſi P &c. in dorſo, totus deliteſcit.

## *HUMERI, EX SCAPULA ET CLAVICULA CONSTANTIS.*

## FIGURAE XVIII.

### *Cucullaris.*

abbcdefg Principium tendineum.

a Pars principii amplior, oriens bbc à media craſſa oſſis occipitis parte, eique finitima laterali.

A c ad e cum pare ſui cohaeret, & cum eo

à c ad d abſcedit à ligamento cervicis, unde hic reſectus:

à d ad e oritur à ſpinis duarum inferiorum colli vertebrarum, omniumque dorſi; poſteriorem earum partem complectens. In ſpinarum intervallis cum Cucullari ſiniſtro cohaeret.

f Principii plaga tendinea amplior, juxta imam cervicem, ſummumque dorſum.

g Plaga tendinea amplior anguli imi.

h Extremi pars tendinea, qua ſpinae ſcapulae non longe à baſi inſertum i. Poſt continuo

kk extremo tendinoſo inſertus il exteriori parti marginis ſuperioris ſpinae ſcapulae, & proceſſus ſuperioris.

mm Caro; cujus fibrae ſuperiores deſcendunt oblique in priora ad claviculam; inferiores adſcendunt ad ſpinam ſcapulae; quae à confinio dorſi & cervicis, tranſverſae ſunt; quibus quo tum ſuperiores, tum inferiores propiores, eo etiam magis ſunt decurſu ſimiles.

Adde Fig. 19.

*In Syntaxi*, Tab. V. B &c. in capite, collo, dorſo. A latere, Tab. IX. ω &c. in capite, collo, trunco.

## FIGURAE XIX.

### *Cucullaris pars prior.*

aa Inſerta parti ſuperiori & eidem poſteriori claviculae longitudinis dimidiae illius, quae juxta ſcapulae proceſſum ſuperiorem eſt.

Adde Fig. 18.

*In Syntaxi*, Tab. I. Ψ in collo, ex parte tecta Latiſſimo colli Ω &c.

## *CLAVICULAE.*

## FIGURAE XX.

### *Subclavius.*

a Tendo, quo incipit, per inferiorem carnis partem excurrens, b orienſque ab exteriore parte cartilaginei extremi coſtae primae.

cc Extremum, inferiori parti claviculae inſertum, à loco modice à capite ejus primo diſtante, ad eum uſque, ubi incumbit proceſſui coracoïdeo.

*In Syntaxi*, Tab. II. σ ς τ τ in pectore; ubi pars pone proceſſum coracoïdeum deliteſcit. In Tab. I. ſubjacet Pectorali ξ in trunco, & Deltoïdi M in humero: interque eos deliteſcit poſt Latiſſimum colli θα in trunco. A poſteriore parte, Tab. VI. θ circa humerum.

SCA-

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM SEPTIMAE ET DECIMAE EXPLANATIO.

## *SCAPULAE.*

### FIGURAE XXI.

*Serratus magnus.*

a Caput primum, quod b oritur ab exteriore & eadem inferiore parte coſtae primae, & à principio etiam c inhaeret Intercoſtali externo primo.

d Caput ſecundum, quod e oritur à tota altitudine coſtae ſecundae, & à principio etiam f inhaeret Intercoſtali externo primo.

g Caput primum & ſecundum conjuncta in unum, ex quo nata pars craſſior eſt, extremo tendinoſo inſerta h praecipue interiori parti orae ſcapulae breviſſimae, mediae inter baſem oramque ſuperiorem.

i Caput tertium, kkk oriens ab exteriore parte marginis inferioris coſtae ſecundae. Lateſcit ad effigiem trianguli, lll pertingitque ad majorem partem baſis ſcapulae, ad interiorem partem ejus.

m Caput quartum, quod n n oritur ab exteriore parte coſtae tertiae, & à principio etiam inhaeret o o Intercoſtali externo tertio. p extremo ſuo, eoque tendinoſo, pertinet ad baſem ſcapulae, infra caput tertium.

q Caput quintum, quod oritur r r ab exteriore parte coſtae quartae, tendinoſoque extremo s inſeritur ſcapulae angulo inferiori, mox infra caput quartum.

t Caput ſextum, u u inhaerens à principio Intercoſtali externo quarto, & v oriens ab exteriore parte coſtae quintae. Inſertum w angulo inferiori ſcapulae, mox infra quintum caput, extremo tendinoſo.

x Caput ſeptimum, quod ab initio y y inhaeret Intercoſtali externo quinto, z oriturque ab exteriore parte coſtae ſextae. Pertinet A ad imum anguli inferioris ſcapulae, mox infra caput ſextum, extremo tendinoſo.

B Caput octavum, ab initio CC inhaerens Intercoſtali externo ſexto, & D oriens ab exteriore parte coſtae ſeptimae.

E Caput nonum, ab initio FF inhaerens Intercoſtali externo ſeptimo, & G oriens ab exteriore parte coſtae octavae.

H Caput decimum, ab initio II inhaerens Intercoſtali externo octavo, & K oriens ab exteriore parte coſtae nonae.

L Communis cauda capitis octavi, noni, & decimi, ad ſcapulae angulum inferiorem extremo pertinens tendinoſo. Cum quo extremo alias etiam conjunctum caput ſeptimum.

MNNO Hinc reſecta ſcapula, ut appareret ſubjacens ei Serrati pars. Relicta M ſcapulae ora breviſſima, media inter baſem & oram ſuperiorem: & NN baſis pars: & O angulus inferior.

*In Syntaxi*, Tab. IX. KLMNOPQ in trunco; ubi tectus Serrato antico G, Pectorali H, Latiſſimo dorſi Ω, Obliqui externi abdominis capitibus U. V. W.

A parte priore, Tab. II. ψ Ω ABCDEFG &c. in trunco; ubi & tectus Serrato antico υ &c. & deliteſcit poſt Subclavium σ &c. Dein Tab. I. χ ψ ω ab in trunco; ubi tectus Pectorali ξ in pectore, & Obliqui externi abdominis capitibus e. f. g in trunco, & Latiſſimo dorſi τ.

A parte poſteriore, Tab. VI. Π Σ Φ Ψ Ω AB in latere thoracis, & ζ circa humerum; ubi caeterum ſub ſcapula, ejuſque interiori parti inſidente Subſcapulari; proximiſque muſculis, Terete majore ψ in ſcapula, Rhomboïdeo majore x in dorſo, Levatore ſcapulae Z in cervice, Coracohyoïdeo ϰ circa humerum. Et quod nudum illa in Tabula, id in quinta ſub Latiſſimo dorſi P in dorſo, & Cucullari B in collo & dorſo.

### FIGURAE XXII.

*Serratus anticus.*

ab Caput primum, quo oritur cc ab exteriore parte marginis ſuperioris extremae partis oſſeae coſtae tertiae, & d à proxima cartilaginis ejus. b pars tendinea tenuis.

ef Caput ſecundum, quo oritur gg ab exteriore parte coſtae quartae, ductu obliquo, à ſuperiore ejus parte, juxta cartilagineam ipſius portionem, & à proxima cartilaginea parte ipſa h, deorſum in poſteriora inclinato. f pars tendinea tenuis.

ik Caput tertium, quo oritur l ab exteriore parte marginis ſuperioris coſtae quintae, non longe à cartilaginea ejus portione. k pars tendinea tenuis.

lm Extremum tendineum, quod in margine, qui axillam ſpectat, citius apparere incipit m. Inſertum n ſuperiori & eidem internae parti proceſſus coracoïdei ſcapulae, haud longe à mucrone ejus extremo.

*In Syntaxi*, Tab. II. υ &c. in pectore. In Tab. I. ſubjacet Pectorali ξ in trunco, & Deltoïdi M in humero. A latere, Tab. IX. G in trunco; ubi ob ſublatum brachium, ea parte nudatus à Pectorali H.

### FIGURAE XXIII.

*Rhomboïdeus minor.*

a Principium tendineum, quo oritur à ligamento cervicis, juxta ſpinas trium primarum colli vertebrarum: à quo ligamento reſciſſum bb.

cc Extremum ſcapulae inſertum, illi parti baſis, quae eſt juxta naſcentem ſpinam, ubi angulum baſis cum ora ſuperiore efficit.

*In Syntaxi*, Tab. VI. m in dorſo. In Tab. V. ſubjectus Cucullari B in collo & dorſo.

### FIGURAE XXIV.

*Rhomboïdeus major.*

a Principium tendineum, quo oritur à latere extremi mucronis ſpinae vertebrae colli primae b, dorſi duodecimae c, undecimae d, decimae e, nonae f. Et in intervallis illarum ſpinarum cum proximis muſculis cohaeret, unde hic reſciſſus g. g. g. g.

hi Hac parte ſecundum ſcapulae baſem ſe curvat, non autem inſerit.

i Inde extremum baſi ſcapulae inſertum, uſque ad angulum inferiorem k.

*In Syntaxi*, Tab. VI. p &c. in dorſo; ubi ex parte ſub Rhomboïdeo minore m. In Tab. V. ſubjacet Cucullari B in dorſo, & Latiſſimo dorſi P; parva parte nudus L.

© BIUM / R. Caussimon



B. S. ALBINI




J. Wandelaar ad ipsa corpora hominum delineavit, idemque incidit.

Prostat Lugd. Batavorum apud J. & H. Verbeek, Bibliop. 1746.

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE ANATOMICAE OCTAVAE ET DECIMAE

# MUSCULORUM HOMINIS

# E X P L A N A T I O.

## *OSSIS HUMERI.*

### FIGURAE I.

*Latiſſimus dorſi, à latere.*

aa Latus tendo, quo incipit.

b Pars carnea.

cd Hic latus tendo à Glutei magni principio, cum quo cohaeret, reſectus.

de Lati tendinis origo ab exteriore margine partis mediae criſtae ilium.

f.g.h Capita, quae ab exteriore coſtarum parte oriuntur in latere corporis: f quod ab undecima. g quod à decima. h quod à nona. Quod à duodecima, id ſubjacet parti illi, quae procedit ab oſſe ilium: eoque in Figura non apparet.

i Hic ſe ad Teretem majorem inflectit.

kl Pars interior: cujus k pars carnea; l tendo, in quem deſinit.

Adde Fig. 2. & 3.

*In Syntaxi*, Tab. IX. Ω &c. in trunco; ubi à principio Cucullari ω tectus, in fine ſubit brachium.

### FIGURAE II.

*Latiſſimus dorſi, à parte poſteriore.*

aa Latus tendo, quo incipit.

bb Ortus ejus ab extremis ſpinis vertebrarum dorſi ſex inferiorum, ſpinis vertebrarum lumborum, & oſſis ſacri.

cd Ortus à proceſſibus obliquis, qui ſunt à latere hiatus oſſis ſacri, in quem ſpinae canalis exit.

d--e Hac parte cum principio Glutei magni cohaeret, à quo reſciſſus.

e--f Ortus ab exteriore margine partis mediae criſtae ilium.

g Pars carnea.

h Hic ſe ad Teretem majorem inflectit.

ik Pars interior: cujus i pars carnea; k tendo, in quem deſinit.

Adde Fig. 1. & 3.

*In Syntaxi*, Tab. V. P &c. in dorſo; tectus à principio Cucullari BF, in fine ſubeuns Teretem majorem O.

### FIGURAE III.

*Latiſſimus dorſi, à parte priore.*

a.b Capita, quae à coſtis oriuntur. a quod à decima. b quod à nona.

c Pars carnea prior.

d Pars carnea interior, à dorſo veniens: ee hic truncata.

f Tendo, in quem abit; gg inſertus aliquantum infra capitis ſuperioris oſſis illius tuber inaequabile minus, priori parti eminentiae hh, quae ſinum oſſis humeri, per quem deſcendit tendo Bicipitis brachii, à poſteriore parte terminat; inque ipſum ſinum excurrens, ubi occurrit Pectoralis tendini, eique ſe ex parte continuat.

Adde Fig. 1. & 2.

*In Syntaxi*, Tab. I. τυφ in trunco; ubi à ſuperiore parte poſt Pectoralem ξ deliteſcit. In Tab. II. pars extremi φ in humero, tecta Coracobrachiali & Bicipite brachii uwyz: quae in Tab. I. tecta Pectorali ξ in trunco, & Deltoïde M &c. in humero.

### FIGURAE IV.

*Pectoralis, à parte priore.*

aa Origo à priori parte fere tota claviculae partis illius, quae ad thoracis ſpeciem incurva eſt.

bbb Origo à priori margine oſſis pectoris, à radice ſuſtentaculi claviculae, uſque ad eum locum, ubi cartilago coſtae ſextae inſerta.

c ab exteriore parte extremae cartilaginis coſtae ſextae.

de ab ſuperiore parte partis exterioris cartilaginis coſtae ſeptimae fere extremae; principio aliquandiu tendineo tenui: cujus pars inferior e aut dici poteſt ad Pectoralem, aut ad Obliqui externi abdominis aponeuroſem pertinere.

ff Hac parte cohaeret cum aponeuroſi Obliqui externi abdominis; unde reſciſſus.

g Portio ab aponeuroſi Obliqui externi abdominis accedens; quae hic tendinea. hh hic reſciſſa ab aponeuroſi illa.

Pars oriens à priore parte totius cartilaginis, & ſaepe ipſius extremae oſſeae partis, coſtae quintae, ſubjacet muſculo; quemadmodum & ſubjacent portiones, quas accipit à priore parte, & ea oſſi pectoris vicina, cartilaginum, quibus coſtae ſuperiores quatuor ad os pectoris pertinent.

ii Veſtigium à Deltoïde impreſſum; cui hac parte ſubjacet.

k Tendo, in quem pars ſuperior abit; ll inſertus eminentiae oſſis humeri oblongae m, in parte ejus interiore, aliquantum infra tuber inaequabile magnum capitis ſuperioris, per longitudinem jacenti, ac ſinum, per quem Bicipitis caput alterum ſe demittit, à priori parte terminanti. Illi autem parti ejus inſertus, quae hunc ſinum ſpectat.

Adde Fig. 5.

*In Syntaxi*, Tab. I. ξ in trunco; ubi ex parte velatus Latiſſimo colli ααα, & tectus Deltoïde M &c. in humero.

A latere, Tab. IX. HI in trunco.

### FIGURAE V.

*Pectoralis extremum, à parte poſteriore.*

ab Partes extremi prioris: quarum a tendinea, b in ſuperficie tendinoſa, tenuis. Caeterum tectum extremo poſteriore.

c Pars inferior, quae à priori parte veniens, ſe circum ſuperiorem flectit.

dd Extremum tendineum poſterius, quod à ſuperiore parte decuſſat extremum prius, ipſi applicatum, & in fine cum eo connexum.

eef Inſertio oſſi humeri. Vide Fig. 4 ll.

gggg Os humeri truncatum, exſciſſa, quanta ad extremum Muſculi cernendum neceſſarium eſt, parte.

Adde Fig. 4.

### FIGURAE VI.

*Infraſpinatus.*

a--b Origo à dorſo ſcapulae, ſecundum baſem. b--c ab inferiore parte ſpinae. Caeterum ſubtus oriri pergit uſque ad radicem proceſſus ſuperioris, & infra etiam ex illo ſinu, qui ſecundum oram priorem eandemque inferiorem porrectus.

d Tendo, ubi extus primum incipit apparere.

e.f Portiones carneae, quae ad tendinem illum accedunt. e ſuperior, quae à ſpina procedit. f inferior, quae ab angulo inferiore.

g Extremum tendineum, h inſertum ſuperiori & eidem poſteriori parti tuberis inaequabilis majoris capitis ſuperioris oſſis humeri.

*In Syntaxi*, Tab. VI. μ &c. in ſcapula; ubi ex parte ſub Terete minore τ, & extremo ſuo ſuperiorem ſcapulae proceſſum aliquantum ſubit. Dein Tab. V. IK in dorſo; ubi ex parte & Latiſſimo dorſi P tectus, & Cucullari BG, & Deltoïde ζ &c. in humero.

A latere, Tab. IX. Π in trunco; ubi pariter pars Latiſſimo dorſi Ω tecta, pars Cucullari Ξ, pars Deltoïde A &c. in brachio ſiniſtro.

### FIGURAE VII.

*Coracobrachialis, à parte priore.*

aa Coracobrachialis.

b Communis ortus cum capite breviore Bicipitis brachii, à proceſſu coracoïdeo ſcapulae.

c Pars capitis brevioris Bicipitis brachii, extrinſecus tendinoſa, & conjuncta cum Coracobrachiali: dd hic reſecta.

e Excurſus tendinoſus per carnem Coracobrachialis, inde ubi caput breve Bicipitis cum eo non amplius cohaeret.

f Hic diviſus eſt, penetrante nervo.

g Inſertio, poſteriori parti amplitudinis interioris oſſis humeri, infra mediam illius oſſis longitudinem.

Adde Fig. 8.

*In Syntaxi*, Tab. III. ζηβ &c. in humero; ubi in fine aliquantum tectus Brachiali interno μ. Dein Tab. II. u in brachio; magnam partem tectus Bicipite brachii wx. Dein Tab. I. RS in brachio; ubi pariter tectus Bicipite brachii X, & praeterea Pectorali ξ in trunco, & Deltoïde M in humero.

### FIGURAE VIII.

*Coracobrachialis, à parte poſteriore.*

a Tendo, qui hic duobus principiis b.c exoritur.

d Carnis diviſio, per quam nervus penetrat.

Adde Fig. 7.

*In Syntaxi*, Tab. VII. ι in brachio; ubi pars ſubjacet Tereti majori μ, & Subſcapulari ι, in ſcapula: pars Brachiali externo ξο in brachio: pars oſſi humeri. Et quae pars ibi nuda, ea in Tab. VI. tecta Longo C, & Brevi ω, in humero: exigua parte, inter eos & Teretem majorem ψ in ſcapula, nuda; quam in Tab. V. Deltoïdes integit, ζ &c. in humero.

### FIGURAE IX.

*Teres major, à parte priore.*

a Extremum tendineum, bb inſertum eminentiae oblongae cc oſſis humeri, quae eſt aliquantum infra tuber capitis ejus ſuperioris inaequabile minus.

Adde Fig. 10.

*In Syntaxi*, Tab. III. ζα in ſcapula; ubi partem Subſcapularis v tegit, partem Coracobrachialis ηζ in humero. Dein Tab. II. Σ in ſcapula; ubi pariter tectus Subſcapulari Λ in ſcapula, & Coracobrachiali u in brachio; & praeterea extremo Latiſſimi dorſi φ in ſcapula. Dein Tab. I. σσ in trunco, ubi tectus Latiſſimo dorſi τ, & deliteſcit poſt Pectoralem ξ: in brachio autem dextro, quia pendet,

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM OCTAVAE ET DECIMAE EXPLANATIO.

ita deliteſcit poſt eos pars illa, quae in ſiniſtro, quia ſublatum, nuda; ut nihil cerni ejus queat.

## FIGURAE X.

*Teres major, à parte poſteriore.*

aa Ortus ab exteriore parte anguli inferioris ſcapulae, ac finitimae partis orae prioris.

b Extremi pars tendinoſa.

Adde Fig. 9.

*In Syntaxi*, Tab. VII. κλμ in ſcapula; ubi extremo ſuo os humeri ſubit. Dein Tab. VI. ψψ circa humerum; ubi pars ſubjacet Infraſpinato ι ε, pars Tereti minori τ, pars Longo CD in brachio: in brachio ſiniſtro, etiam Brevi A. Dein Tab. V. O in dorſo; ubi pariter pars Infraſpinato I ſubjacet, & Tereti minori N, & Longo ι in humero; & praeterea Latiſſimo dorſi P, & Deltoïdi ζ in humero.

A latere, Tab. IX. ψ in trunco; ubi pars ſubjecta Infraſpinato Π, pars Latiſſimo dorſi Ω, pars Deltoïdi A &c. in brachio ſiniſtro.

## FIGURAE XI.

*Deltoïdes, à parte priore.*

a Primi ordinis portionum, è quibus conſtat, prima, bb principio tendinoſo oriens cc à parte priore claviculae, qua pars illa concava eſt: & alias quoque à mucrone proceſſus ſuperioris ſcapulae.

d Secundi ordinis prior, e principio tendineo, ab initio cum principio tendinéo portionum, quibus interſertum, conjuncto, oriens f à mucrone proceſſus ſuperioris ſcapulae, inter ortum portionis a & g.

g Primi ordinis tertia, h principio tendineo, quod ab initio cum principio tendineo portionum, quibus interſertum, conjunctum, oriens i ab extremo proceſſus ſuperioris ſcapulae.

k Secundi ordinis media, quae principio tendineo l, cum proximae portionis g principio tendineo conjuncto in unum, oritur à proceſſu ſuperiore ſcapulae, inter ortum portionis g, & g Fig. 12. Pertinet m ad locum medium inter duo tubera oblonga, quae os humeri ſtatim ſupra medium longitudinis ſuae habet: & cohaeret in fine cum Brachiali interno.

n Extremum tendineum, effectum à portionibus a. d, inſertumque o oſſis humeri tuberum modo dictorum priori.

Adde Fig. 12.

*In Syntaxi*, Tab. I. M &c. in humero; ubi à principio velatus Latiſſimo colli ααα, in fine tectus Bicipite brachii W in brachio.

## FIGURAE XII.

*Deltoïdes, à parte poſteriore.*

a Primi ordinis portionum, è quibus conſtat, ſecunda eademque poſterior, principio tendineo bb, aliquandiu per exteriora excurrente, oriens cc à margine inferiore ſpinae, magnaeque partis proceſſus ſuperioris ſcapulae.

d Secundi ordinis portio poſterior, e principio tendineo, ab initio cum principio tendineo portionum, quibus interſertum, conjuncto in unum, oriens f à margine inferiore proceſſus ſuperioris, inter portiones a & g.

g Primi ordinis portio quarta, h principio tendineo, cum principio tendineo portionum, quibus interſertum, conjuncto, oriens ii à cubito flectentis ſe proceſſus ſuperioris.

k Secundi ordinis portio media, quae principio tendineo l, cum proximae portionis g principio tendineo conjuncto in unum, oritur à margine proceſſus ſuperioris.

mm Extremum tendineum, quod portiones a. d efficiunt, nn inſertum poſteriori tuberum oſſis humeri oblongorum, quae ſtatim ſupra medium longitudinis ſuae habet: cui ſe etiam portio g inſerit.

oo Hinc reſciſſa caro, qua cum Brachiali interno cohaeret.

Adde Fig. 11.

*In Syntaxi*, Tab. V. ζ &c. in humero; ubi à principio ſubjacet Cucullari G in dorſo, in fine Brevi ξ in humero.

A latere, Tab. IX. A &c. in brachio ſiniſtro; ubi in fine poſt Brachialem internum S.

## FIGURAE XIII.

*Teres minor, à parte poſteriore.*

aa Origo, à margine ſcapulae eodem & priore & inferiore; & quidem ab ejus exteriore parte tota, ab angulo inferiore ſcapulae ad uſque cervicem.

b Tendo, c oſſi humeri inſertus.

d. e Portiones carneae cum tendine inſertae: d altera à parte ſuperiore, e altera ab inferiore.

Inſertus inferiori & eidem poſteriori parti tuberis inaequabilis majoris capitis ſuperioris oſſis humeri, finitimaeque inferiori parti cervicis.

Adde Fig. 14.

*In Syntaxi*, Tab. VI. τ in ſcapula; ubi ab initio ex parte tectus Infraſpinato ε, & Terete majore ψ. Dein Tab. V. N in dorſo; ubi pariter tectus Infraſpinato I, & Terete majore O, & praeterea Deltoïde ζ in humero.

A latere, Tab. IX. φ in trunco; ubi quoque ex parte ab initio tectus Infraſpinato Π, & Terete majore ψ, dein Deltoïde A &c. in brachio ſiniſtro.

## FIGURAE XIV.

*Teres minor, à parte priore.*

aa Principii pars tendinoſa.

bb Origo à margine ſcapulae eodem & priore & inferiore.

Adde Fig. 13.

## FIGURAE XV.

*Subſcapularis.*

a.b.c.d.e Faſciculorum, è quibus conſtat, primi ordinis quinque, qui oriuntur ab eminentiis, quae in cava ſcapulae parte juxta baſem ejus ſunt: primus a mox infra angulum ſuperiorem: quintus e ad radicem anguli inferioris: tres reliqui b.c.d medio inter hos loco. f.f.f.f.f principia tendinea.

g.h.i.k.l Faſciculorum, è quibus conſtat, ſecundi ordinis quinque; quorum quatuor inferiores h.i.k.l interjecti primi ordinis quinque; ſuperior g ſupra eorundem ſuperiorem. mmmmmmm origo eorum ab interiore parte ſcapulae.

Ordo tertius in intervallis faſciculorum ſecundi ordinis, ſubjectus primo. Et tres hi ordines ortu ſuo occupant interiorem amplitudinem ſcapulae, à poſteriore ejus parte fere uſque cervicem; & prope totam inferiorem marginis rotunduli orae prioris ejuſdemque inferioris.

nn Extremum commune.

o Tendineum extremum, quod efficit; pp inſertum tuberi inaequabili minori capitis ſuperioris oſſis humeri, à ſummo ad imum.

q Carnea extremi pars, infra tendineam modo dictam inſerta oſſi humeri infra tuber modo dictum.

r Tuber inaequabile minus capitis ſuperioris oſſis humeri.

*In Syntaxi*, Tab. IV. φ &c. in ſcapula. Dein Tab. III. vv &c. in ſcapula; ubi ex parte tectus Coracobrachiali cum capite breviore Bicipitis brachii β &c. in humero. Dein Tab. II. ΛΑΠΞ in ſcapula; ubi pariter tectus Coracobrachiali cum capite breviore Bicipitis brachii w in brachio, & praeterea deliteſcit poſt Serratum anticum νφ, & Subclavium σ, in pectore. Et quod nudum in Tab. II. ejus pars in I. tecta Deltoïde M &c. in humero, reliquo deliteſcente poſt Pectoralem ξ in trunco.

## FIGURAE XVI.

*Supraſpinatus, à parte poſteriore.*

a Pars carnea inſidens cavo, quod ſupra ſpinam ſcapulae eſt.

bbb Prima origo à poſteriore parte cavi, quod ſupra ſpinam eſt: inde uſque ad lunulam, quae ad radicem proceſſus coracoïdei, oriri pergens.

c Extremum tendineum, d inſertum vertici tuberis inaequabilis majoris capitis ſuperioris oſſis humeri.

Adde Fig. 17.

*In Syntaxi*, Tab. VI. ι in ſcapula. In Tab. V. tectus Cucullari BHH in collo & dorſo.

## FIGURAE XVII.

*Supraſpinatus, à parte priore.*

a Tendo, in quem abit, b inſertus vertici tuberis inaequabilis majoris capitis ſuperioris oſſis humeri.

cc Truncatus proceſſus coracoïdeus.

Adde Fig. 16.

*In Syntaxi*, Tab. II. rs in brachio; ubi ex parte ſub conjunctione ſcapulae & claviculae in ſummo humero: caeterum ibi poſt Coracohyoïdeum, qua is de ſcapula ſurgit; & deliteſcens poſt Subclavium σ in pectore. Et quod nudum illa in Tabula, ſubjacet id Deltoïdi M &c. in humero Tab. I.

© BIUM / R. Caussimon

B. S. ALBINI — MUSCULORUM TABULA XIX.




J. Wandelaar ad ipsa corpora hominum delineavit, idemque incidit.

Prostat Leidae Batavorum apud J. & H. Verbeek. Bibliop. 1746.

© BIUM / R. Cauſſimon

# TABULAE ANATOMICAE NONAE ET DECIMAE

# MUSCULORUM HOMINIS EXPLANATIO.

## *CUBITI*

### FIGURAE I.

*Brachialis internus.*

ab Bicorne principium, quo ab oſſe humeri oritur, ambiens inferiorem partem tuberum, quibus Deltoïdes inſertus. Unde porro oritur ab amplitudine oſſis illius, quae infra tubera illa, inde fere uſque ad condylos; ad priorem uſque.

ccc Cornu poſterioris origo ab oſſe humeri.

d Pars depreſſior, cui Supinator longus adjacet.

e Superficies tendinoſa extremi.

f Inſertus interiori parti capitis ſuperioris ulnae.

Adde Fig. 2.

*In Syntaxi*, Tab. III. κ &c. in humero; ubi in fine ſubjacet portioni ad Flexorem longum pollicis accedenti Φ in cubito. Dein Tab. II. θ--κ in brachio; ubi caeterum Bicipiti brachii αβγ ſubjacet, & Sublimi D in cubito. Dein Tab. I. ΛΛΛ in brachio; pariter caeterum ſubjectus Bicipiti brachii YZΓ, & praeterea Pronatori tereti Φ, & Supinatori longo Π.

### FIGURAE II.

*Brachialis internus, à parte exteriore.*

a Principii cornu prius. bb ortus ejus ab oſſe humeri.

cc Pars depreſſior, ſinuataque; cui Supinator longus inſidet.

Adde Fig. 1.

*In Syntaxi*, Tab. VII. ω A in brachio; ubi ex parte ſubjacet Radiali externo longiori CC. Dein Tab. VI. P in brachio; ubi pariter tectus Radiali externo longiore R, & praeterea Tricipite brachii ωF. Dein Tab. V. ψ in humero, pariter tectus Tricipite brachii ξρ, & Radiali externo longiore B in cubito, & praeterea Supinatore longo ω.

A latere, Tab. IX. S in brachio ſiniſtro, ζ in dextro.

### FIGURAE III.

*Biceps brachii.*

abc Caput brevius. a principium extrinſecus tendinoſum, b oriens à ſuperiore parte extremi proceſſus coracoïdei ſcapulae. c venter.

defg Caput longius. def tendo, quo incipit: d oriens à parte eadem & ſuperiore & exteriore marginis ſinus illius ſcapulae, cum quo caput humeri commiſſum; ubi & continuus tendo ille ligamento, quo augetur ora ſinus. Inde decurrit d--e ſuper caput oſſis humeri: & deinde e--f per ſinum, qui eſt inter capitis illius duo tubera inaequabilia. g venter.

h Venter communis.

i Tendo, quo ſe radio inſerit.

k Aponeuroſis, quam dat vaginae tendineae cubiti, ll hic truncata.

Adde Fig. 4.

*In Syntaxi*, Tab. II. w--γ in brachio. Dein Tab. I. W--Γ in brachio; ubi à principio ſubjacet Pectorali ξ in pectore, & Deltoïdi M &c. in humero; in fine Pronatori tereti Φ in brachio dextro.

A poſteriore parte, Tab. VI. O in brachio. A latere, Tab. IX. PQR in brachio ſiniſtro, κθι in dextro.

### FIGURAE IV.

*Bicipitis extremus tendo, à parte exteriore.*

Extremus hic tendo, quia manus prona, inflexus ad priorem partem, quae laevis eſt, tuberculi, quod è radio infra cervicem ejus eminet.

aa Inſertus tuberculi mododicti parti poſteriori, per longitudinem ejus totam.

Adde Fig. 3.

*In Syntaxi* non conſpicuum: ſequitur autem poſt Supinatorem brevem Δ in brachio Tab. VI.

### FIGURAE V.

*Triceps brachii, à parte interiore.*

ab Caput, quod *Longus* vocatur. b principium tendinoſum.

cd Caput, quod vocatur *Brachialis externus.* d principium tendinoſum marginis ejus poſterioris, qui ee oritur à margine poſteriore oſſis humeri, & deinde porro à tendine ff.

ffggh Tendo quidam eminens, qui ab oſſe humeri gg per longitudinem oritur, & ad poſtremum condylo inſertus h.

i Tendo, qui è ſuperficie Brachialis externi ortus, ad humeri condylum poſteriorem pertinet k; conjunctus cum tendine ff.

lm Caput, quod *Brevis* vocatur. m principii pars tendinoſa.

n Intervallum inter eum & os humeri, per quod inſignis nervus cum arteria & vena procedit.

Adde Fig. 6. & 7.

*In Syntaxi*, Tab. II. ϑιζη in brachio; ubi ex parte poſt Coracobrachialem u, Bicipitemque brachii xzκ deliteſcit: & Longus ι à ſuperiore parte ſubit Teretem majorem Σ in ſcapula, Brevis ϑ tectus Brachiali interno θ in brachio. Dein Tab. I. TVΔΘ in brachio; ubi eodem modo poſt Coracobrachialem RS, & Bicipitem brachii WXY deliteſcit: & Longus T ſubit Teretem majorem σ in trunco, Brevis V tectus Brachiali interno Λ. Separatim autem Brachialis externus Tab. III. θι in humero, ex parte tectus Coracobrachiali ζ: dein Tab. II. ζη in brachio, & Tab. I ΔΘ in brachio; ut dictum eſt.

### FIGURAE VI.

*Triceps brachii, à parte exteriore.*

abcccd Caput, quod *Brevis* vocatur. b pars tendinoſa, ccc oriens ab exteriore parte oſſis humeri, à radice cervicis caput ſuperius ſuſtinentis, per longitudinem humeri; primum leniter incurvo ductu uſque ad poſteriorem partem finis Deltoïdis, dein ſecundum eum, ſecundumque poſteriorem partem cornu prioris Brachialis interni, ipſiuſque deinde Brachialis, uſque ad humeri marginem priorem; relictoque in medio longitudinis humeri intervallo, n Fig. 5., rurſus deinde aliquandiu ſecundum marginem eundem. d ſinus à Deltoïde impreſſus.

efgh Caput, quod vocatur *Longus.* f principium tendinoſum, quo g oritur ab imo cervicis ſcapulae, finitimaeque partis orae, quae infra cervicem eſt. h ſinus à Deltoïde impreſſus.

i Caput, quod vocatur *Brachialis externus.*

k Tendo communis trium horum capitum. In quem hic extrinſecus Brevis jam cito abit, & juxta Longum, quam alibi, citius: eique ſe Longi fibrae carneae continua per longitudinem ſerie adjungunt; & inferiore quoque parte extrinſecus l tendinea pars, quam Longus efficit.

m Pars tendinea, quam Brachialis externus efficit, & tendini communi adjungit.

Quomodo autem ab interiore parte Longus tendinem latum à parte Brevis efficiat, & ad eum Brevis fibrae, ut extrinſecus Longi ad Brevem accedant; apparere in Figura nequit.

n Pars tendinea, quae è ſuperficie Brachialis externi oriens, ad condylum humeri majorem pertinet o.

pq Tendo communis inſertus praecipue exteriori parti verticis olecrani.

r Tendinis communis mucro tenuior, qs inſertus priori parti olecrani, & ſpinae, quae continuo ab ea ex ulna eminet.

Adde Fig. 5. & 7.

*In Syntaxi*, Tab. VI. ω--N in brachio; ubi principium Longi D tectum Terete minore τ in ſcapula. Dein Tab. V. ξ--χE in humero; ubi Longi ι & Brevis ξ principium tectum Deltoïde ζ &c.

A latere, Tab. IX. T--X in brachio ſiniſtro, α--ε in dextro.

### FIGURAE VII.

*Tricipitis brachii caput, quod vocatur Brachialis externus, à parte exteriore.*

Quo appareat, reſciſſus Longus & Brevis cum parte tendinis communis trium capitum; quibus ſubjacet ab exteriore parte. Et Longi quidem caro reſciſſa hinc a--b: Brevis cum tendine communi hinc b--c; Breviſque truncata pars extus tendinea eſt, intus carnea.

de Brachialis externus; cui veſtigium impreſſum, d hic à Longo, e hic à Brevi.

fff Ortus ejus ab exteriore parte oſſis humeri: ſummo quidem initio ſuo juxta inferiorem partem illius, cui Teres major inſertus; inde, hoc margine ſuo priore, obliquo ductu uſque ad marginem priorem humeri: poſt à margine illo uſque ad radicem condyli; porroque g ab exteriore parte radicis illius, per altitudinem ejus totam.

Et initio ſuo occupat amplitudinem oſſis, quae hoc priore ortus margine, & poſteriore eeff Fig. 5. continetur.

h Pars tendinoſa.

i Pars tendinea è ſuperficie Brachialis externi oriens, & ad condylum humeri majorem pertinens k.

l Tendo communis Tricipitis.

m Pars tendinea, quam Longus efficit, & tendini communi adjungit.

Apparet, quomodo Brachialis ſua ſe carne partim jungat carni Brevis & Longi, partim tendinibus eorum, partique interiori communis.

n Pars tendinea, quam Brachialis externus efficit, adjungitque tendini communi.

oo Tendo communis inſertus exteriori parti verticis olecrani.

p Hic Brachialis externus ad olecranon cum tendine communi pertingit, portione carnea.

Adde Fig. 5. & 6.

*In Syntaxi*, Tab. VII. ξ--ψ in brachio.

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM NONAE ET DECIMAE EXPLANATIO.

## FIGURAE VIII.

### *Anconeus.*

a Tendo, quo incipit, b oriturque ab exteriore & eadem inferiore parte condyli minoris humeri.

cc Extremum, inſertum priori parti olecrani, ſtatim infra Brachialem externum; porroque margini exteriori ulnae infra modo dictam olecrani partem.

*In Syntaxi*, Tab. VI. Y &c. in brachio. Dein Tab. V. F in cubito; ubi ex parte tectus tendine Tricipitis brachii χ, & Ulnari externo W.

## *MANUS.*

Adde *Bicipitem brachii* Fig. 3. & 4.

## FIGURAE IX.

### *Radialis internus.*

a Principium tendineum, quo b oritur ab extremo condyli poſterioris oſſis humeri.

Advertendum autem, Radialem internum, Palmarem longum, Ulnarem internum, & Sublimem, communi capite tendineo incipere, & à condylo illo oriri; cum quo capite & Pronatoris teretis principium cohaereat: caputque illud propagines, ſepimentorum inſtar, demittere inter eos, quibus illi propaginibus à principio cohaereant, ſive potius, quarum partes ad ſingulos eorum pertineant; quemadmodum in Radiali externo breviore indicatum, Fig. 11. l. Eodem autem, ut illum ibi modo, muſculos hos à ſe invicem ſecundum fibrarum ſuarum ductum disjunctos exhibui. Et ex parte quoque à vagina tendinea cubiti oriuntur muſculi mododicti, ſive potius cohaerent cum ea.

c Tendo, in quem abit: qui hac parte d, eaque craſſiore, procedit per ſinum oblongum, qui eſt in interna parte oſſis multanguli majoris, ad poſtremum inſertus e mediae internae eidemque ſuperiori parti capitis primi metacarpi indicis.

Quomodo tendo intret canalem membranaceum, qui eſt ad priorem partem ligamenti, quo tendines à cubito ad manum decurrentes ab interiore carpi parte obducti; id vide Tab. I. Ω W in manu dextra. Canalem ipſum, Tab. II. p in manu dextra, & Tab. III. S in manu dextra.

*In Syntaxi*, Tab. I. ψ Ω in brachio; ubi à principio ſubjacet Pronatori tereti φ, & Palmari longo α; dein Supinatori longo Π: in fine tendo penetrat in intima volae.

A latere, Tab. IX. μ in brachio dextro, cd in ſiniſtro.

## FIGURAE X.

### *Ulnaris internus, à parte interiore.*

a Principium tendineum, b oriens à condylo majore humeri, & cohaerens cum capite tendineo communi muſculorum, qui à condylo illo oriuntur: à quo capite ſeparatum, eo modo, quo in Radiali interno dictum, Fig. 9. Per interiorem partem muſculi excurrit longe c.

d Principium oriens ab olecrano.

ee Pars tenuis & lata, principii mododicti d continuatio quaedam; quae hic ff abſcedit à vagina tendinea cubiti g. Niſi potius dicenda eſt haec pars ab ulna cum vagina illa principio oriri tendineo, ſtricte cum eadem conjuncto in unum.

h Tendo, in quem abit; i inſertus gibbae parti oſſis ſubrotundi carpi, qua parte illud maxime in interiora eminet. Vidi & tendinem hunc, poſtquam ſe oſſi ſubrotundo inſeruerat, longius procedentem uſque ad proceſſum incurvum oſſis cuneiformis carpi, eique ſe inſerentem.

Adde Fig. 11. a--h.

*In Syntaxi*, Tab. II. AAB in brachio; ubi ex parte tectus Sublimi CDH, ſub eoque etiam Profundo. Dein Tab. I. ιξο in brachio; ubi pariter tectus Sublimi ζ &c.

k Ligamentum, quod l ab oſſe ſubrotundo carpi, ad interiorem & eandem ſuperiorem partem capitis ſuperioris oſſis metacarpi manus quarti deductum m.

## FIGURAE XI.

### *Ulnaris internus, & Radialis externus brevior, à parte exteriore.*

a--k *Ulnaris internus.*

a Principium, b oriens à parte eadem & inferiore & poſteriore extremi condyli humeri, & cohaerens cum capite tendineo communi muſculorum, qui à condylo illo oriuntur.

c Principium oriens à poſteriore margine olecrani, non multum infra finem tendinis Tricipitis brachii.

dd Pars tenuis & lata, principii mododicti c continuatio quaedam, quae hac parte ee à vagina tendinea cubiti abſcedit; ſive potius principio tendineo tenui i, cum vagina illa conjuncto in unum, oritur kk cum ea, ab ulnae ſpina, quae continuo ab olecrani poſteriore parte eminet. Hac parte fg infra ab eadem illa ſpina oritur.

h Tendo, oſſi ſubrotundo inſertus.

Adde Fig. 10.

*In Syntaxi*, Tab. VI. l--q in brachio. Dein Tab. V. R--V in cubito.

A latere, Tab. IX. πρσ in brachio dextro, Y in ſiniſtro.

l--r *Radialis externus brevior.*

l Ortus à condylo priore oſſis humeri, communi cum Extenſore digitorum communi, auricularis proprio, Ulnarique externo, capite tendineo. Ita autem muſculi illi à principio cohaerent, ut aut dici poſſint communi tendine ab oſſe humeri oriri, qui deinde propagines, ſepimentorum inſtar, iis interſerat, à quibus fibrae eorum porro procedant, quorumque cohaereant interventu: aut propagines illae alterutri duorum, quibus interſertae ſunt, muſculorum accenſeri, & pro tendinoſo principii excurſu haberi; à quo alterius fibrae procedant. Quamvis ad ſingulos potius pars & principii tendinei communis, & ſepimenti pertineat; ſed quae partes ita ſtricte connexae & conjunctae ſint inter ſe, ut commune omnibus tendineum principium, communesque ejus propagines, quibus duo quique inter ſe proximi conjuncti ſint, & referant, & ſint. Hic autem Radialem hunc ab Extenſore communi digitorum ſecundum ductum fibrarum disjunctum exhibui, quia, ſive velimus dicere principium & ſepimentum commune habere, ſive velimus ſepimentum accenſere alteri, à quo alter procedat; ſive malimus partem ſepimenti pertinere ad utrumque; ultimo tamen à condylo procedit uterque.

m Principium tendineum, à communi capite mododicto ſeparatum. Tendinea pars excurrit diu nn; ubi ſinus ab Extenſore digitorum communi impreſſus.

o Pars interior, eaque tendinoſa.

p Tendo, in quem abit; q inſertus praecipue priori eidemque exteriori parti radicis capitis ſuperioris oſſis metacarpi digiti medii; itemque proximo capiti ſuperiori metacarpi indicis.

r Hic procedit tendo per poſteriorem partem ſinus ſecundi capitis inferioris radii, qui prior exteriorum: retineturque ligamento armillari exteriore 16 in manu dextra Tab. V. quod & in Tab. IX. ζ in manu ſiniſtra.

Adde Fig. 12.

*In Syntaxi*, Tab. VII. GHI in cubito; ubi ex parte ſubjacet Radiali externo longiori BE, & Supinatori brevi K. Dein Tab. VI. VWX in brachio; ubi pariter ſubjectus Radiali externo longiori QT, & Supinatori brevi Δ; & praeterea Abductori longo pollicis Λ, Extenſori minori ψ, majori ac, & Indicatori fh. Dein Tab. V. HIII in cubito; pariter ſubjectus Radiali externo longiori AD, Abductori longo pollicis 21, Extenſori minori 24, majori 13; & praeterea Extenſori communi digitorum dr.

A latere, Tab. IX. lmmm in brachio ſiniſtro.

## FIGURAE XII.

### *Radialis externus brevior, à parte priore.*

a Principium tendineum.

b Tendo, in quem abit; c inſertus praecipue priori eidemque exteriori parti radicis capitis ſuperioris oſſis metacarpi digiti medii; itemque proximo capiti ſuperiori metacarpi indicis.

d Hic procedit per poſteriorem partem ſinus ſecundi capitis inferioris radii, qui prior exteriorum: ibique retinetur ligamento armillari exteriore e in brachio ſiniſtro Tab. I.

Adde Fig. 11. l &c.

*In Syntaxi*, Tab. III. φφχχψ in cubito ſiniſtro (φχ in dextro); ubi ex parte ſubjectus Radiali externo longiori σ--τ (πρ in cubito dextro). Dein Tab. II. σσςςς in cubito ſiniſtro (σς in dextro); ubi pari modo ſubjectus Radiali externo longiori ιξο (λμ in cubito dextro); & praeterea Abductori longo pollicis Z, Extenſori minori e, majori g, & Indicatori ψ in manu ſiniſtra. Dein Tab. I. kklll in brachio ſiniſtro, ſubjectus pariter Radiali externo longiori fgi, Abductori longo pollicis φ, Extenſori minori c, majori y in manu; & praeterea Extenſoris communis digitorum tendini ad indicem pertinenti o, & Supinatori longo ΠΣ in brachio.

## FIGURAE XIII.

### *Radialis externus longior, à parte exteriore.*

aa Ortus à margine priore oſſis humeri, continuoque b à condylo priore.

c Hac parte ſe conjungit, communemque ortum habet, cum Extenſore communi digitorum manus & Ulnari externo. Vide Tab. V. C in cubito.

d Pars tendinoſa principii.

e Tendo, in quem abit; f inſertus parti eidem & exteriori & priori radicis capitis ſuperioris oſſis metacarpi indicis.

æ Tendo hic procedit per priorem partem ſinus ſecundi capitis inferioris radii, qui prior exteriorum: & retinetur ligamento armillari exteriore 16 in manu dextra Tab. V. quod & in Tab. IX. ζ in manu ſiniſtra.

g Pars interior.

Adde Fig. 14.

*In Syntaxi*, Tab. VII. B--F in cubito; ubi pars prior tecta Radiali externo breviore GH. Dein Tab. VI. Q--U in brachio; ubi à principio ſubjectus Tricipiti brachii L: tendine autem Abductori longo pollicis Λ, Extenſori minori ψ, majori ac: praetereaque etiam pars prior tecta Radiali externo breviore V. Dein Tab. V. A--D in cubito; ubi eodem modo ſubjectus Tricipiti brachii ρ in humero, Abductori longo pollicis 21 in cubito, Extenſori minori 24, majori 13, Radiali externo breviori H, & praeterea Supinatori longo α.

A latere, Tab. IX. ghiiik in brachio ſiniſtro.

## FIGURAE XIV.

### *Radialis externus longior, à parte priore.*

a Principium tendinoſum.

b.c Hic ſe in duos dividit, quorum b praecipuus.

d Tendo, in quem abit pars praecipua; qui praecipuus & ipſe.

e Tendo, in quem abit pars minor; qui ſe cum altero d conjungit: ex quo fit

f Tendo communis, g inſertus parti eidem & exteriori & priori radicis capitis ſuperioris oſſis metacarpi indicis.

h Hic procedit tendo per priorem partem ſinus ſecundi capitis inferioris radii, qui prior exteriorum: retineturque ligamento armillari exteriore e in brachio ſiniſtro Tab. I.

Adde Fig. 13.

*In Syntaxi*, Tab. III. σ--υ in cubito ſiniſtro (πρ in dextro); ubi à principio poſt Brachialem internum ξ. Dein Tab. II. ι--ρ in cubito ſiniſtro (λμ in dextro); ubi eodem modo poſt Brachialem internum ι, & praeterea tectus Abductore longo pollicis Z (abd in cubito dextro), & Extenſore minore e, & majore g. Dein Tab. I. fghi in brachio ſiniſtro (gh in dextro); ſubjectus pariter Abductori

longo

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM NONAE ET DECIMAE EXPLANATIO.

longo pollicis φ (χ b in brachio dextro), Extenſori minori c, majori y, in manu ſiniſtra, & praeterea Supinatori longo Π in brachio.

## FIGURAE XV.

*Ulnaris externus.*

a Principium tendineum, b oriens ab exteriore parte condyli prioris oſſis humeri. Separatum à principio Extenſoris communis digitorum manus, & Extenſoris proprii auricularis, ut à communi Radialis externus brevior Fig. 11. Conjunctum vide Tab. V. X in cubito.

Pars praeterea tenuis, ſatiſque lata, ſe circa mediam ulnae longitudinem, infra finem Anconei, à margine ulnae eodem & priore & exteriore ad hunc muſculum demittit.

c Pars vaginae tendineae, quae poſt integumenta communia complectitur muſculos, qui in exteriore cubiti parte ſiti ſunt; cum principio tendineo a orta à condylo b. Ab ea ſubtus Ulnaris hic oritur, aut fibrarum principia cum ea conjungit.

dd Hic reſciſſa, mox infra ortum Ulnaris ab ea.

e Tendo, in quem abit. Is hac parte f procedit per ſinum eundem & priorem & exteriorem extremae ulnae: ibique retinetur ligamento 14. 15. 17 in manu dextra Tab. V. quod & in manu ſiniſtra γα; & in Tab. IX. ζ in manu ſiniſtra.

g Inſertus ſuperiori parti eminentiae, quae ad poſticam partem capitis ſuperioris oſſis metacarpi manus quarti.

*In Syntaxi*, Tab. V. W -- Z in cubito; ubi in fine aliquantum ſubit Abductorem digiti auricularis β in manu dextra.

A latere, Tab. IX. no in brachio ſiniſtro, τ in dextro.

## FIGURAE XVI.

*Supinator longus.*

ab Principium tendinoſum, hic interruptum: quo oritur cdd ab inferiore parte marginis prioris oſſis humeri, mox ſupra ortum Radialis externi longioris.

abe Sinus à Brachiali interno impreſſus.

f Tendo, in quem abit; g inſertus priori parti capitis inferioris radii, ad principium illius ſinus, per quem ſe à cubito ad manum demittunt tendines pollicis Abductoris longi, & Extenſoris minoris.

*In Syntaxi*, Tab. I. ΠΣ in brachio; ubi à principio ſubjacet Brachiali interno Λ, juxta finem Abductori longo pollicis χb, & Extenſori minori c.

A poſteriore parte, Tab. V. α in cubito; ubi à principio tectus Tricipite brachii ξρ in humero, dein Radiali externo longiore A in cubito. A latere, Tab. IX. Z a in brachio ſiniſtro, κ in dextro.

## FIGURAE XVII.

*Supinator brevis, à parte exteriore.*

a Tendo, b oriens à parte inferiore extremi condyli prioris humeri.

cc Pars extrinſecus tendinoſa, d -- e hac parte, ab initio tota tendinea, oriens ab exteriore parte capſae articulum radii cum humero & ulna continentis, unde reſciſſa; e -- f hac ab eminentia, quae in priore parte ulnae infra ſinum ejus, cum quo radii caput commiſſum, incipiens, deorſum aliquantum exporrecta.

g Extremum radio inſertum.

Adde Fig. 18.

*In Syntaxi*, Tab. VIII. ⊙ &c. in brachio. Dein Tab. VII. K &c. in cubito; ex parte tectus Radiali externo breviore G. Dein Tab. VI. Δ in brachio; ex parte tectus eodem Radiali V, ex parte Anconeo Y: & quod nudum, id in Tab. V. ſubjacet Ulnari externo W, Extenſori communi digitorum d, & auricularis proprio ab, in cubito.

## FIGURAE XVIII.

*Supinator brevis, à parte interiore.*

a Tendo, quo incipit.

b Hac parte ſe inſerit juxta ſuperiora eminentiae radii, cui inſertus Biceps brachii. Porro autem inſerit ccc ſecundum ambitum tuberculi, quod eſt proxime ante dictam eminentiam; à ſuperiore parte ejus per priorem ad inferiorem. Poſt dd fere uſque ad mediam radii longitudinem, per internam radii partem oblique in priorem, perque hanc in exteriorem: adde g Fig. 17.

e Pars poſterior, inter ulnam & radium conſpicua.

Adde Fig. 17.

*In Syntaxi*, Tab. IV. b -- f in cubito. Dein Tab. III. α -- ⊙ in cubito; ex parte tectus Brachiali interno ξα, Radiali externo longiore ϖ (σ in brachio ſiniſtro), breviore φ, Pronatore terete Λ, Flexore longo pollicis ΠΣ, Profundo C. Dein Tab. II. τ -- φ in cubito; caeterum tectus, ut in Tab. III., Brachiali interno ικ, Radiali externo longiore λ (ν in brachio ſiniſtro), breviore σ, Pronatore terete ↓, Profundo χ; & praeterea tendine Bicipitis brachii γ, & Sublimi G. Dein Tab. I. Ξ in brachio; caeterum tectus tendine Bicipitis brachii Γ, Brachiali interno Λ, Supinatore longo Π, Pronatore terete φ.

## FIGURAE XIX.

*Pronator teres, à parte interiore.*

aa Principium, oriens ab interiore & eadem ſuperiore parte condyli poſterioris oſſis humeri.

b Pars tendinoſa extrinſecus.

c Tendo, in quem abit.

Adde Fig. 20.

*In Syntaxi*, Tab. I. φ in brachio; ubi extremum ſubit Supinatorem longum Π. Poſt in Tab. II. extremum illud ↓ in cubito, ſubit Radialem externum breviorem σς. Sic & in Tab. III. extremum Λ in cubito, ſubit Radialem eundem φχ.

A latere, Tab. IX. λ in brachio dextro, b in ſiniſtro.

## FIGURAE XX.

*Pronatoris teretis extremum, à parte exteriore.*

a Tendo extremus, bb inſertus ſuperficiei inaequabili, quae ejus cauſſa in media gibba parte radii eſt.

Adde Fig. 19.

*In Syntaxi*, in Tab. VI. ſubjacet Radiali externo breviori V, & Abductori longo pollicis Λ, in brachio.

## FIGURAE XXI.

*Pronator quadratus, à parte interiore.*

aa Superficies tendinoſa.

bb Ortus ab oblonga eminentia, quae in interiore & eadem poſteriore ulnae parte, non multum ſupra caput ejus inferius eſt.

cc Inſertio inferiori parti radii, tum amplitudini ejus interiori, tum (quod cerni nequit in figura) margini, qui ex adverſo ulnae eſt.

Adde Fig. 22.

*In Syntaxi*, Tab. IV. g -- k in cubito. Dein Tab. III. ΞΞ in cubito; majorem partem tectus Flexore longo pollicis ΠΣ, & Profundo EFG. Dein Tab. II. Y in cubito; eodem modo tectus Flexore longo pollicis ST, praetereaque Abductore longo pollicis abd, & Ulnari interno AB. Dein eodem modo Tab. I. τ in brachio; tectus Flexore longo pollicis ϖ, Abductore pollicis longo χαb, & Ulnari interno ν.

A parte poſteriore, Tab. VIII. φ in brachio dextro. Dein Tab. VII. P in cubito dextro. In Tabula autem VI. ſubjacet Indicatori fh, Extenſori majori pollicis ac, minori ψ, Abductori longo Λ, in brachio.

Adde Tab. VIII. φ in brachio ſiniſtro. Dein Tab. VII. P in cubito ſiniſtro; ubi partem tegit Profundus ST &c. Dein Tab. VI. r in brachio ſiniſtro; ubi tectus Ulnari interno lq. Sic & Tab. V. ι in extrema parte cubiti ſiniſtri; eodem modo tectus Ulnari interno RV.

## FIGURAE XXII.

*Pronator quadratus, à latere.*

aa Superficies tendinoſa.

bb Ortus ab oblonga eminentia, quae in interiore & eadem poſteriore ulnae parte, non multum ſupra caput ejus inferius eſt.

Adde Fig. 21.

© BIUM / R. Caussimon



© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE ANATOMICAE VIGESIMAE

# MUSCULORUM HOMINIS

# E X P L A N A T I O.

## *MANUS DIGITORUM QUATUOR.*

### FIGURAE I.

### *Extenſor communis digitorum manus, cum Extenſore proprio auricularis.*

a--z *Extenſor communis digitorum manus.*

b Principium tendineum, c oriens ab extremo condylo priore oſſis humeri. Pertinet autem ad caput tendineum commune, de quo in Radiali externo breviore, l Fig. 11. Tab. XIX. Et ut ibi Radialis ille ab hoc Extenſore ſecundum ductum fibrarum ſuarum ſeparatus, ſic hic Extenſor una cum Extenſore auricularis proprio hic ab altera parte ſeparatus à Radiali illo, ab altera ab Ulnari externo.

d Pars vaginae tendineae, quae poſt integumenta communia complectitur muſculos, qui in exteriore cubiti parte ſiti ſunt; cum principio tendineo b orta à condylo c. Illa autem pars, à qua ſubtus Extenſor hic oritur, aut cum qua fibrarum ſuarum principia conjungit.

e e Hinc reliquum ejus reſciſſum, qua fibrae ab ea non amplius procedunt.

f Portio ad indicem pertinens. g tendo, in quem abit: cui ſe deinde adjungit Indicatoris tendo V, ex quo fit tendo communis h.

i Tendo ad digitum medium pertinens; in quo tendine inciſura k, qua per manum incedit. Portio carnea, quae hunc tendinem producit, ſubjecta portionibus duabus reliquis f. l.

l Portio ad annularem pertinens. m tendo, in quem abit; in progreſſu ſuo per dorſum manus inciſuram n habens. o ejus ramus, adjungens ſe tendini digiti medii; non ſemper inventus. p ejuſdem tendinis ramus, qui ſe deinde findit in duos: quorum alter q adjungit ſe tendini ε auricularis, non tamen ſemper inventus: alter r rurſus in duos ſe dividit; alteroque s pariter accedit ad tendinem εζ auricularis, immo potius ad tedinem q, cum tendine auricularis conjunctum; altero t ad truncum tendinis m n annularis. u portio à tendine n abſcedens, accedenſque ad tendinem εζ auricularis; ſive potius ad tendinem q, cum tendine auricularis conjunctum.

v Portio tendinea, qua truncus tendinis m n ad annularem pertinentis, cum tendine auricularis εζ conjunctus ad initia digitorum; quae portio fit ex portionibus s & u, & infra hanc aponeuroſi w à tendine m n abſcedente, confluentibus in unum.

x Portio tendinea, qua truncus tendinis m n ad annularem decurrentis, cum tendine i medii juxta digitorum radices conjunctus. Fitque haec portio ex tendine o confluente cum aponeuroſi y, quae à trunco m n tendinis annularis juxta radicem digiti illius abſcedit.

z Aponeuroſis, quae à tendine i medii orta, ad tendinem g indicis accedit, eoſque juxta digitorum initia connectit inter ſe.

Apparet, quomodo tendines per ſinum tertium capitis inferioris radii, qui eſt exteriorum poſterior, procedant: ubi quomodo ligamento armillari exteriore retineantur, id vide in Tab. V. 16 in manu dextra, & Tab. I. e in brachio ſiniſtro, & Tab. IX. ζ in manu ſiniſtra.

*In Syntaxi*, Tab. V. d &c. in cubito.

Praeterea Tab. I. m n o p q in brachio ſiniſtro. Et Tab. IX. p q r s t in brachio ſiniſtro, manuque: & in manu dextra.

α--ζ *Extenſor proprius digiti auricularis.*

β Ejus principium, cum principio Extenſoris communis digitorum conjunctum.

γ Pars vaginae cubiti tendineae ejuſdem, de qua ſupra dictum, ad d. A qua ſubtus fibrae hujus muſculi procedunt.

δδ Hinc reliquum ejus reſciſſum, ubi fibrae ab ea non amplius procedunt.

ε Tendo, in quem abit; ζ qua per dorſum manus decurrit, leviter fiſſus.

Quomodo retineatur tendo ligamento armillari exteriore, id vide Tab. V. 16 in manu dextra, & Tab. I. e in brachio ſiniſtro, & Tab. IX. ζ in manu ſiniſtra.

*In Syntaxi*, Tab. V. a &c. in cubito.

Praeterea Tab. I. r s in brachio ſiniſtro. Et Tab. VII. 5 in manu ſiniſtra. Et Tab. IX. v w in brachio ſiniſtro, manuque: & in manu dextra.

η.θ.ι.κ Tendines Extenſorum, qua per digitos incedunt, conjuncti cum tendinibus & aponeuroſibus Interoſſeorum, Lumbricalium, &c. Quorum η, qui digiti auricularis eſt, fit ex tendine ε Extenſoris auricularis proprii, conjuncto cum portionibus q & s. u. w ab Extenſore communi accedentibus. θ qui annularis, ι qui medii; ſunt Extenſoris communis. κ qui indicis, fit ex tendine Indicatoris V conjuncto cum tendine g ab Extenſore communi.

λ.λ.λ.λ Extrema illorum tendinum. μ unumquodque inſertum tuberculo oblongo tranſverſoque, quod in ſuperiore capite oſſis ordinis ſecundi, à parte externa.

ν.ξ Tendinis indicis conjunctio ν cum tendine Lumbricalis primi: ξ cum tendine Interoſſei poſterioris indicis.

ο.π Tendinis digiti medii conjunctio ο cum tendine, qui Interoſſeo priori digiti medii communis cum Lumbricali ſecundo: π cum tendine Interoſſei poſterioris digiti medii.

ρ.σ Tendinis digiti annularis conjunctio ρ cum tendine, qui Interoſſeo priori annularis & Lumbricali tertio communis: σ cum tendine Interoſſei poſterioris digiti annularis.

τ.υ Tendinis digiti auricularis conjunctio τ cum tendine, qui Interoſſeo priori auricularis & Lumbricali quarto communis: υ cum communi tendine Abductoris Flexoriſque parvi digiti auricularis.

φ Tendo Lumbricalis primi, hic truncatus: qui tendo ſe conjungit ν cum tendine indicis, acceptaque ab eo portione auctus, χ decurrit ad os tertium. Adde q r r s t Fig. 3.

ψ Tendo Interoſſei poſterioris indicis, hic truncatus: qui tendo ſe conjungit ξ cum tendine indicis, acceptaque ab eo portione auctus, ω decurrit ad os tertium. Vide t &c. Fig. 6.

A Commune extremum, in quod ſe conjungunt tendines χ.ω, inſertum B eminenti mediae exteriori parti capitis ſuperioris oſſis tertii.

C Tendo Interoſſeo priori digiti medii cum Lumbricali ſecundo communis, hic truncatus: qui tendo ſe conjungit ο cum tendine digiti medii, acceptaque ab eo portione auctus, D decurrit ad os tertium. Adde v &c. Fig. 9.

E Tendo Interoſſei poſterioris digiti medii, hic truncatus: qui tendo ſe conjungit π cum tendine digiti medii, acceptaque ab eo portione auctus, F decurrit ad os tertium. Adde m &c. Fig. 9.

G Commune extremum, in quod ſe conjungunt tendines D & F, inſertum H eminenti mediae exteriori parti capitis ſuperioris oſſis tertii.

I Tendo Interoſſeo priori annularis cum Lumbricali tertio communis, hic truncatus: qui tendo ſe conjungit ρ cum tendine annularis, acceptaque ab eo portione auctus, K decurrit ad os tertium. Adde k &c. Fig. 6.

L Tendo Interoſſei poſterioris digiti annularis, hic truncatus: qui tendo ſe conjungit σ cum tendine annularis, acceptaque ab eo portione auctus, M decurrit ad os tertium. Adde a &c. Fig. 9.

N Commune extremum, in quod ſe conjungunt tendines K. M, inſertum O eminenti mediae exteriori parti capitis ſuperioris oſſis tertii.

P Tendo Interoſſeo priori auricularis cum Lumbricali quarto communis, hic truncatus: qui tendo ſe conjungit τ cum tendine auricularis, acceptaque ab eo portione auctus, Q decurrit ad os tertium. Adde a &c. Fig. 6.

R Tendo communis Abductoris Flexoriſque parvi digiti auricularis, hic truncatus: qui tendo ſe conjungit υ cum tendine auricularis, acceptaque ab eo portione auctus, S decurrit ad os tertium. Vide Fig. 10. & 11.

T Commune extremum, in quod ſe conjungunt tendines Q S, inſertum U eminenti mediae exteriori parti capitis ſuperioris oſſis tertii.

*In Syntaxi*, Tab. V. y z γ δ ε η θ ι κ. x z ι ξ ο ρ σ τ υ. w z ψ ω Γ Ξ Π Σ Φ. v z 2, 3, 4, 7, 8, 9, 10 in manu dextra. Et Tab. VI. α ε η θ ι λ μ ν ξ. β ε σ ς τ υ φ χ ψ. γ ι c f g l m n o. δ ε r s t v w x y in manu dextra. Et Tab. VII. b f g h i k n o p q. c f u v w z α β γ. d f η θ ι ξ ο π. e f ς σ τ φ χ ψ ω in manu dextra.

Praeterea Tab. I. K L I M N O. P R. P. Q in manu ſiniſtra. Et Tab. II. 8, 9, 11, 12, 13, 14. 6, 15. 6. 3 in manu ſiniſtra. Et Tab. III. m n r s t u. v y z. w. x in manu ſiniſtra. Dein Tab. V. ψ ω Γ. Δ. Δ in manu ſiniſtra. Et Tab. VI. λ μ ν. ξ. ξ in manu ſiniſtra. Et Tab. VII. 5, 6, 7, 8. 9. 10 in manu ſiniſtra. Et Tab. VIII. q r. p in manu ſiniſtra. Dein Tab. IX. ς σ τ υ φ χ. ψ. ω in manu ſiniſtra: & in manu dextra.

De aponeuroſibus, quae ad tendines Extenſorum accedunt ab Interoſſeis, Lumbricalibus, &c. vide in Muſculis illis.

V Tendo Indicatoris, truncatus. Vide Fig. 12. d.

### FIGURAE II.

### *Profundus, à parte exteriore.*

a a Ortus ab ulnae poſteriore parte, infra radicem olecrani incipiens. Adde Fig. 3.

*In Syntaxi*, Tab. VII. R S S in cubito dextro. Dein Tab. VI. i k k in brachio dextro; ubi ex parte tectus Ulnari interno l. Dein Tab. V. K in cubito dextro; ubi pariter ex parte tectus Ulnari interno R, & praeterea poſt externum W deliteſcit.

### FIGURAE III.

### *Profundus à parte interiore, cum Lumbricalibus.*

a--p *Profundus.*

b b b Ortus ab ulna, infra ſuperficiem inaequabilem, cui affixus Brachialis internus. Infra quam porro ortu ſuo occupat partem pluſquam dimidiam ſuperiorem ulnae amplitudinis internae; oriens etiam à vicina parte ligamenti, quod intercedit ulnam inter radiumque. Et principium ejus hic ſeparatum exhibitum à cohaeſione cum Sublimi & Ulnari interno.

c Principii tendinoſa pars.

d. e. f Tres tendines ex carne orientes. Quorum primus d abit in tendinem indicis g h. Secundus e in tendinem medii i k. Tertius f in duos l m. n o: quorum alter l m digiti annularis eſt; alter n o auricularis. Qua tendines illi per volam digitoſque decurrunt, per longitudinem quodammodo fiſſi, & quaſi è duobus inter ſe connexis conſtructi ſunt h. k. m. o: ad poſtremum p. p. p. p inſerti aſperae ſuperficiei, quae in interiore parte oſſium tertii ordinis, ad radicem capitis eorum ſuperioris.

g. i. l. n Hic tendines ſe per carpi ſinum interiorem trajiciunt, ſub ligamento carpi interiore; quod vide Tab. III. N in manu dextra.

Vaginas, quibus, qua ſecundum articulos digitorum cum metacarpo in-

© BIUM / R. Caussimon



cedunt, una cum Sublimis tendinibus obducti, vide Tab. I. 4. 4. 4 &c. in manu dextra. Itemque illas, quibus, qua ſecundum oſſa digitorum primi ordinis, una cum iiſdem tendinibus obducti, Tab. eadem, 3. &c. in manu dextra. Itemque illas, quibus obducti, qua incedunt ſecundum oſſa ordinis ſecundi, 5. &c. in manu dextra.

Adde Fig. 2.

*In Syntaxi*, Tab. III. CC &c. in cubito; ubi pars ſubjacet Flexori longo pollicis Π Φ, tendines K. L ex parte ſubjecti Abductori oſſis metacarpi manus quarti U, omnes H.I.K.L Lumbricalibus c.g.k.n. Dein Tab. II. χχR ιιχ &c. in cubito & manu dextra (χ in cubito ſiniſtro, & tendines in manu); ubi ſubjacet Sublimi C &c. in cubito, & tendinibus ejus L.I.N.P; tendo ad digitum minimum pertinens, etiam Adductori oſſis metacarpi quarti χ in manu, & Flexori parvo digiti minimi τ. Dein Tab. I. ε in brachio, & y z &c. in manu dextra (V &c. in manu ſiniſtra); ubi caeterum ſubjacet Sublimi ζζ &c. in brachio, & Pronatori tereti Φ; tendinibus ſuis aponeuroſi Palmaris longi γ, & Sublimis tendinibus x. &c. in manu.

Praeterea Tab. VII. R -- W in cubito ſiniſtro, manuque. Et Tab. VI. i in brachio ſiniſtro, & ε.ε in manu. Et Tab. V. K in cubito ſiniſtro, & Ξ Π Σ. &c. in manu. Et Tab. IX. in digitis manus ſiniſtrae.

q--t *Lumbricalis primus*; r r oriens à craſſiore parte duarum illarum, in quas tendo Profundi ad indicem pertinens, per longitudinem fiſſus quodammodo eſt. Et ab illa tendinis parte oritur, quae obverſa aponeuroſi Palmaris longi.

s Tendo, qui ſe conjungit cum communi tendine Extenſorum indicis, & deinde ad indicis os tertium pertinet.

t Aponeuroſis, quam conjungit cum aponeuroſi Abductoris indicis, unaque cum ea adjungit communi tendini Extenſorum indicis.

Adde Fig. 1. φ &c. & Fig. 6. β.

u--y *Lumbricalis ſecundus:* inſigniore parte v v oriens à craſſiore parte earum, in quas tendo Profundi ad digitum medium pertinens, per longitudinem fiſſus quodammodo eſt; & ab illa quidem partis illius parte, quae obverſa aponeuroſi Palmaris longi: dein minus inſigni w à tendine ad indicem pertinente, tenuiore autem parte ejus; & ab illa quidem praecipue partis hujus parte oritur, quae ſpectat profunda volae.

x Tendo ejus, qui deinde conjunctus cum tendine Interoſſei prioris digiti medii, communem cum eo tendinem y efficit, conjungentem ſe cum tendine Extenſoris communis, & ad os tertium digiti medii pertinentem.

Adde Fig. 8. e, & Fig. 1. C.

z--ϑ *Lumbricalis tertius*: ad ſimilitudinem ſecundi inſigniore parte α α oriens à craſſiore parte earum, in quas tendo Profundi ad digitum annularem pertinens, per longitudinem fiſſus quodammodo eſt: & minus inſigni β à tendine ad digitum medium pertinente, tenuiore autem parte ejus.

γ Tendo ejus, qui deinde conjunctus cum tendine Interoſſei prioris digiti annularis, communem cum eo tendinem ϑ efficit, conjungentem ſe cum tendine Extenſoris communis, & ad os tertium digiti annularis pertinentem.

Adde Fig. 7. l, & Fig. 1. I.

ι--ι *Lumbricalis quartus*: ad ſimilitudinem ſecundi inſigniore parte ζζ oriens à craſſiore parte earum, in quas tendo Profundi ad digitum auricularem pertinens, per longitudinem fiſſus quodammodo eſt: & minus inſigni η à tenuiore parte tendinis ad annularem pertinentis.

θ Tendo ejus, qui deinde conjunctus cum tendine Interoſſei prioris digiti auricularis, communem cum eo tendinem ι efficit, conjungentem ſe cum tendine Extenſoris auricularis, & ad os tertium digiti illius pertinentem.

Adde Fig. 7. q, & Fig. 1. P.

*In Syntaxi*, Tab. III. c f e. g w. k s. n p in manu dextra; ubi quartus ex parte ſubjacet Adductori oſſis metacarpi manus quarti U: à principio autem deliteſcunt poſt ligamentum carpi annulare interius N. Dein Tab. II. γ ι. ζ ι. η π. θ ς in manu dextra; ubi ex parte tecti tendinibus Sublimis P.N.I.L; primus Abductore pollicis brevi altero u, quartus Flexore brevi digiti minimi τ: pariterque deliteſcunt poſt ligamentum carpi annulare interius l. Dein Tab. I. Ω w. l u. k s. i q in manu dextra; ubi maximam partem tecti aponeuroſi Palmaris longi γ; primus etiam Abductore brevi altero pollicis λ. Adde Tab. IV. α β. η θ. ξ ς in manu dextra.

Praeterea Tab. III. o p q in manu ſiniſtra. Et Tab. II. 11. 10 in manu ſiniſtra. Et Tab. I. I H in manu ſiniſtra. Et Tab. VII. φ 1 in manu dextra. Et Tab. VI. v 1 in manu dextra. Et Tab. V. 7. 6 in manu dextra. Et Tab. VII. 1. 2. 3. 4 in manu ſiniſtra. Et Tab. VI. β. γ. δ. ε in manu ſiniſtra. Et Tab. V. ε in manu ſiniſtra. Et Tab. IX. ρ τ σ in manu ſiniſtra.

## FIGURAE IV.

### *Sublimis.*

a Principium tendinoſum, b oriens ab interiore parte condyli majoris humeri. Separatum autem à capite tendineo communi, quo cum aliis muſculis ab hoc condylo oritur; eo modo, quo in Radiali interno dictum, ad a Fig. 9. Tab. XIX.

c Portio exili tendine c oriens d à priori parte ulnae eminentiae, cui Brachialis internus inſertus, juxta finem Brachialis illius.

e Caput amplum & tenue, à radio procedens.

f Tendinoſa pars principii à radio orientis.

g g Ortus hujus capitis à radio, ab interna parte longitudinis fere mediae, juxta finem Supinatoris brevis & Pronatoris teretis incipiens: & hinc quoque g h oriri pergens.

i Portio ad indicem pertinens. k tendo, in quem abit.

l Portio ad digitum medium pertinens. m tendo, in quem abit.

n Portio ad digitum annularem pertinens. o tendo, in quem abit.

p Portio ad digitum auricularem pertinens. q tendo, in quem abit.

k m o q Hic tendines procedunt per interiorem concavam carpi partem, ſub ligamento carpi interiore; quod vide Tab. II. l in manu dextra.

r Tendo per longitudinem quodammodo fiſſus: ut hic, ſic reliqui.

s. t Cornua duo, in quae ſe tendo findit; u. v inſerta interiori parti mediae longitudinis marginum oſſis ſecundi ordinis; alterum priori, alterum poſteriori. Ut in hoc, ſic in reliquis.

w Pars tenuior, qua cornua illa ſub tendine Profundi cohaerent inter ſe. Ut in hoc digito, ſic in reliquis.

Vaginas, quibus una cum Profundi tendinibus, qua ſimul ſecundum oſſa digitorum primi ordinis incedunt, obducti, vide Tab. I. 3. &c. in manu dextra. Itemque illas, quibus obducti, qua incedunt ſecundum articulos digitorum cum metacarpo, ibidem 4. 4. 4. &c. Et illas etiam, quas extremis cornubus ſuis ſubeunt, 5. &c.

Adde Fig. 5.

*In Syntaxi*, Tab. II. C--Q in cubito; ubi partem tegit Pronator teres ✠; tendines I & L in manu, ex parte ſubjacent Flexori parvo digiti minimi τ; tendo P Abductori brevi alteri pollicis u: omnes in fine tendinibus Profundi ι. ι. ι. ι. Dein Tab. I. ζ--μ in brachio; ubi partim ſubjectus Palmari longo α β, partim Radiali interno Ψ Ω, partim Supinatori longo Π Σ, & Pronatori tereti Φ: porroque in manu dextra tendines ejus x 2. 2. &c.; ubi magnam partem tecti aponeuroſi Palmaris longi γ, & in fine ex parte ſubjecti tendinibus Profundi y. &c.

Praeterea Tab. VI. s--α in brachio; ubi in cubito Ulnari interno l ex parte ſubjacet, & Profundo i. Et Tab. V. M--Q in cubito, ſubjectus & iiſdem: ac porro tendines Ξ Π. &c. in manu ſiniſtra. Et Tab. IX. e e in brachio ſiniſtro; & tendines in manu: & in brachio dextro ε. Et Tab. II. tendines in digitis manus ſiniſtrae. Et Tab. I. S. &c. in manu ſiniſtra.

## FIGURAE V.

### *Sublimis.*

a Ligamentum, quod ab inferiore parte condyli poſterioris humeri ad poſticam capitis ſuperioris ulnae, juxta imam ſinus ejus lunati pertinet.

b c c Reſciſſi Sublimis portio, b qua oritur à condylo, c c qua à ligamento a, & à ſuperiore eademque poſteriore parte eminentiae inaequabilis ulnae, cui Brachialis internus inſertus.

Adde Fig. 4.

## FIGURAE VI.

### *Interoſſei manus interni, ab exteriore parte.*

a *Interoſſeus digiti auricularis*, b b oriens ab amplitudine illa oſſis metacarpi digiti illius, quae ſpectat os metacarpi annularis; & quidem ab ejus longitudinis ſuperiore plus quam dimidia parte, mox à radice capitis ſuperioris; praeter amplitudinis illius partem, quae eſt propter dorſum manus, ut à qua caput tenuius oritur Interoſſei poſterioris annularis, a Fig. 9.

c Tendo ejus, qui accepto ab interiore parte tendine Lumbricalis quarti, d conjungit ſe cum tendine Extenſoris proprii auricularis, acceptaque ab eo portione auctus, e decurrit ad os tertium auricularis.

f g Aponeuroſis, quae accedit ad tendinem Extenſoris; inferiore parte f producta à tendine c; ſuperiore g veniens è capſa articuli hujus digiti cum ſuo metacarpo.

Adde Fig. 1. P &c. & Fig. 7. n &c.

*In Syntaxi*, Tab. VII. m n o p r in manu dextra; ubi partem integit Interoſſeus poſterior digiti annularis s. Dein Tab. VI. λ in manu dextra; ubi fere totus ſubjacet poſteriori annularis π ρ. Similiter Tab. V. η ζ in manu dextra.

h Tendo Extenſoris auricularis proprii. i tendo communis Abductoris Flexoriſque parvi digiti auricularis. Vide Fig. 1. η. R. &c.

k *Interoſſeus prior annularis*, l l oriens ab amplitudine illa oſſis metacarpi digiti illius, quae ſpectat os metacarpi medii; & quidem ab ejus longitudinis ſuperiore plus quam dimidia parte, mox à radice capitis ſuperioris; praeter amplitudinis illius partem, quae eſt propter dorſum manus, ut à qua caput tenuius oritur Interoſſei poſterioris medii, m Fig. 9.

m Tendo ejus, qui accepto ab interiore parte tendine Lumbricalis tertii, conjungit ſe n cum tendine Extenſoris communis ad hunc digitum pertinente, acceptaque ab eo portione auctus, o decurrit ad os tertium digiti hujus.

p q Aponeuroſis, quae accedit ad tendinem Extenſoris; inferiore parte p producta à tendine m; ſuperiore q veniens è capſa articuli hujus digiti cum ſuo metacarpo.

Adde Fig. 1. I &c. & Fig. 7. h &c.

*In Syntaxi*, Tab. VII. y z α β ϑ in manu dextra; ubi partem integit Interoſſeus poſterior digiti medii ε. Dein Tab. VI. ν in manu dextra; ubi fere totus ſubjectus poſteriori medii a b. Similiter Tab. V. ρ π in manu dextra.

r Tendo Extenſoris communis ad hunc digitum pertinens. s tendo Interoſſei poſterioris digiti annularis. Vide Fig. 1. θ. L. &c.

t *Interoſſeus poſterior indicis*, u u oriens ab amplitudine illa oſſis metacarpi indicis, quae ſpectat os metacarpi medii; & quidem ab ejus longitudinis plus quam dimidia parte, mox à radice capitis ſuperioris; praeter amplitudinis illius marginem, qui eſt propter dorſum manus; ut à quo caput tenuius oritur Interoſſei prioris medii, x Fig. 9.

v Tendo ejus, qui ſe conjungit cum tendine extenſore indicis, acceptaque ab eo portione auctus, x decurrit ad os tertium indicis.

y z Aponeuroſis, quae accedit ad tendinem extenſorem indicis; inferiore parte y producta à tendine v; ſuperiore z veniens è capſa articuli hujus digiti cum ſuo metacarpo.

Adde Fig. 1. ✠ &c. & Fig. 7. e &c.

*In Syntaxi*, Tab. VII. σ ς ϛ τ υ in manu dextra; ubi partem integit Interoſſeus prior digiti medii λ. Dein Tab. VI. q r in manu dextra; ubi caeterum ſubjectus priori medii i k. Similiter Tab. V. 1. 2 Ψ in manu dextra.

α Tendo extenſor indicis. β tendo Lumbricalis primi. Vide Fig. 1. h. φ. &c.

γ *Interoſſeus prior indicis*, ϑ ϑ oriens ab amplitudine priore oſſis metacarpi indicis: & quidem ab ejus longitudinis ſuperiore plus quam dimidia parte, mox à radice capitis ſuperioris.

ε Ejus tendineum extremum, ζ inſertum priori parti capitis ſuperioris oſſis primi indicis.

Adde Fig. 7. a &c.

*In Syntaxi*, Tab. VII. 2. 3 in manu dextra. Dein Tab. VI. 2 in manu dextra;

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM VIGESIMAE EXPLANATIO.

tra; ex parte tectus Abductore indicis 3 z. Similiter Tab. V. 11 in manu dextra.

Praeterea Tab. III. e f in manu ſiniſtra. Et Tab. II. φ in manu ſiniſtra. Et Tab. I. w in manu ſiniſtra: & Tab. IX. ο in manu ſiniſtra.

## FIGURAE VII.

### *Interoſſei manus interni, ab interiore parte.*

a *Interoſſeus prior indicis*, b b b oriens ab amplitudine priore oſſis metacarpi indicis; & quidem ab ejus longitudinis ſuperiore plus quam dimidia parte, mox à radice capitis ſuperioris.

c Extremum tendineum, d inſertum priori parti capitis ſuperioris primi oſſis indicis.

Adde Fig. 6. γ &c.

*In Syntaxi*, Tab. IV. v w in manu dextra; majorem partem tectus Adductore pollicis s, & Flexore brevi l. Dein Tab. III. z in manu dextra; tectus pariter Adductore pollicis b, & Flexore brevi Z, & praeterea Lumbricali primo c. Dein Tab. II. z in manu dextra; ſimiliter ſubjectus Adductori pollicis y, & Lumbricali primo γ, & praeterea Abductori indicis αβ. Similiter plane Tab. I. a in manu dextra.

e *Interoſſeus poſterior indicis*, f f oriens ab amplitudine illa oſſis metacarpi indicis, quae ſpectat os metacarpi medii; & quidem ab ejus longitudinis plus quam dimidia parte, mox à radice capitis ſuperioris.

g Tendo ejus, qui accepta à tendine extenſorum indicis portione auctus, decurrit ad os tertium indicis.

Et tendo ille ſe etiam ſubtilibus fibris innectit capſae, quae continet articulum hujus digiti cum metacarpo, qua ſecundum eam à parte volae incedit. Ad ejus ſimilitudinem prior quoque annularis, & prior auricularis.

Adde Fig. 6. t &c.

*In Syntaxi*, Tab. IV. x y in manu dextra; majorem partem tectus Adductore pollicis s, & Flexore brevi l. Dein Tab. III. x y in manu dextra; tectus Adductore pollicis b, & Profundi tendine ad indicem pertinente H. Dein Tab. II. λ in manu dextra; tectus etiam Sublimis tendine ad indicem pertinente P. Dein Tab. I. v in manu dextra; tectus etiam aponeuroſi Palmaris longi γι.

Praeterea Tab. VIII. i in manu ſiniſtra.

h *Interoſſeus prior annularis*, i i oriens ab amplitudine illa oſſis metacarpi digiti illius, quae ſpectat os metacarpi medii; & quidem ab ejus longitudinis plus quam dimidia parte, mox à radice capitis ſuperioris.

k Tendo ejus, cui ſe adjungit tendo Lumbricalis tertii (z γ δ Fig. 3.), l hic truncatus: communiſque ex iis factus tendo m, accepta à tendine Extenſoris communis hujus digiti portione auctus, decurrit ad os tertium digiti hujus.

Adde Fig. 6. k &c.

*In Syntaxi*, Tab. IV. ιζ in manu dextra; ex parte tectus Lumbricali tertio η. Dein Tab. III. r in manu dextra; tectus caeterum Lumbricali tertio k, & Profundi tendine ad digitum medium pertinente I. Dein Tab. II. ο in manu dextra; ubi & Lumbricali tertio η tectus, & Sublimis tendine N ad indicem pertinente. Dein Tab. I. n in manu dextra; tectus Lumbricali tertio k, & aponeuroſi Palmaris longi γι.

Praeterea Tab. VIII. m in manu ſiniſtra.

n *Interoſſeus digiti auricularis*, o o oriens ab amplitudine illa oſſis metacarpi digiti hujus, quae ſpectat os metacarpi annularis; & quidem ab ejus longitudinis plus quam dimidia parte, mox à radice capitis ſuperioris.

p Tendo ejus, cui ſe adjungit tendo Lumbricalis quarti (ιθι Fig 3.), q hic truncatus: communiſque ex iis factus tendo r, accepta à tendine Extenſoris auricularis proprii portione auctus, decurrit ad os tertium hujus digiti.

Adde Fig. 6. a &c.

*In Syntaxi*, Tab. IV. μν in manu dextra; ex parte tectus Lumbricali quarto ξ. Dein Tab. III. ſupra p in manu dextra; ubi caeterum tectus Lumbricali quarto n, & tendine Profundi ad digitum minimum pertinente L, & Adductore oſſis metacarpi quarti U. Dein eodem modo Tab. II. σ in manu dextra: & Tab. I. o in manu dextra.

Praeterea Tab. VIII. o in manu ſiniſtra.

## FIGURAE VIII.

### *Interoſſei manus bicipites, ſeu externi, à parte interiore.*

a -- f *Interoſſeus prior digiti medii.*

a Caput tenuius, quod ab oſſe metacarpi indicis oritur.

b Caput craſſius, c c oriens à longitudine paullo plus quam dimidia ſuperiore illius amplitudinis oſſis metacarpi digiti medii, quae ſpectat os metacarpi indicis.

d Tendo ejus, cui ſe adjungit tendo Lumbricalis ſecundi (u x y Fig. 3.), e hic truncatus: communiſque ex iis factus tendo f, accepta à tendine Extenſoris communis ad hunc digitum pertinente portione auctus, decurrit ad os tertium digiti hujus.

Solet quoque extremum, praecedenti ſubjacens, affigere eminentiae, quae eſt mox infra caput primum oſſis primi. Sic & poſterior medii, poſteriorque annularis.

Adde Fig. 9. v x &c.

*In Syntaxi*, Tab. IV. z in manu dextra; majorem partem ſubjacens Interoſſeo poſteriori indicis x, Adductori pollicis s, & Flexori brevi l, & Lumbricali ſecundo α. Dein Tab. III. v in manu dextra; pariter ſubjectus Interoſſeo poſteriori indicis x, Adductori pollicis b, & Lumbricali ſecundo g. Dein Tab. II. μ in manu dextra; ſubjectus Interoſſeo poſteriori indicis λ, Lumbricali ſecundo ζ, & tendini Sublimis ad indicem pertinenti P. Dein Tab. I. m in manu dextra; ſubjectus Interoſſeo poſteriori indicis v, Lumbricali ſecundo l, & aponeuroſi Palmaris longi γι.

Praeterea Tab. VIII. juxta k in manu ſiniſtra.

g -- k *Interoſſeus poſterior digiti medii.*

g Caput tenuius, quod ab oſſe metacarpi annularis oritur.

h Caput craſſius, i i oriens à longitudine paullo plus quam dimidia ſuperiore illius amplitudinis oſſis metacarpi digiti medii, quae ſpectat os metacarpi annularis.

k Tendo ejus, qui accepta deinde à tendine Extenſoris communis ad digitum medium pertinente portione auctus, decurrit ad os tertium medii.

Adde Fig. 9. m o &c.

*In Syntaxi*, Tab. IV. γδ in manu dextra; magnam partem tectus Interoſſeo priore annularis ι. Dein Tab. III. t u in manu dextra; tectus priore annularis r, & Profundi tendine ad digitum medium pertinente I. Dein Tab. II. ξ in manu dextra; tectus priore annularis ο, & Sublimis tendine ad digitum medium pertinente N. Dein Tab. I. t in manu dextra; tectus priore annularis n, & aponeuroſi Palmaris longi ι.

Praeterea Tab. VIII. l l in manu ſiniſtra.

l -- o *Interoſſeus poſterior digiti annularis.*

l Caput tenuius, quod ab oſſe metacarpi auricularis oritur.

m Caput craſſius, n n oriens à longitudine paullo plus quam dimidia ſuperiore illius amplitudinis oſſis metacarpi digiti annularis, qua ſpectat os metacarpi auricularis.

o Tendo ejus, qui accepta deinde à tendine Extenſoris communis ad annularem pertinente portione auctus, decurrit ad os tertium digiti hujus.

Adde Fig. 9. a c &c.

*In Syntaxi*, Tab. IV. ικ in manu dextra, magnam partem tectus Interoſſeo auricularis μ. Dein Tab. III. q in manu dextra; tectus Lumbricali quarto n, & Profundi tendine K. Dein Tab. II. ρ in manu dextra; ſimiliter tectus Lumbricali quarto θ; & Profundi tendine ad digitum annularem pertinente. Dein Tab. I. r in manu dextra; tectus pariter Lumbricali quarto i.

Praeterea Tab. VIII. n n in manu ſiniſtra.

## FIGURAE IX.

### *Interoſſei manus bicipites, ſeu externi, ab exteriore parte.*

a -- h *Interoſſeus poſterior digiti annularis.*

a Caput tenuius, b b oriens ab exteriore margine illius amplitudinis oſſis metacarpi digiti auricularis, qua ſpectat os metacarpi annularis, à radice capitis ejus ſuperioris, fere uſque ad inferius.

c Caput craſſius, d d oriens à longitudine paullo plus quam dimidia ſuperiore illius amplitudinis oſſis metacarpi annularis, qua ſpectat os metacarpi auricularis.

e Tendo ejus, qui ſe conjungit f cum tendine Extenſoris communis ad annularem pertinente, acceptaque ab eo portione auctus, g decurrit ad os tertium hujus digiti.

h i Aponeuroſis, quae accedit ad tendinem Extenſoris communis ad annularem pertinentem; inferiore parte h producta à tendine e; ſuperiore i veniens è capſa articuli hujus digiti cum ſuo metacarpo.

Adde Fig. 1. L &c. & Fig. 8. l m &c.

*In Syntaxi*, Tab. VI. πρσςτ in manu dextra. Dein Tab. V. μμνξολ in manu dextra; ubi caeterum ſubjacet Extenſoris communis digitorum tendinibus f f &c. & Extenſoris proprii auricularis tendini c.

Praeterea Tab. VII. s t &c. in manu dextra. Et Tab. III. i in manu ſiniſtra. Et Tab. II. 2 in manu ſiniſtra.

k Tendo ab Extenſore communi ad digitum annularem pertinens. l Tendo Interoſſeo priori annularis cum Lumbricali tertio communis. Vide Fig. 1. θ I. &c.

m -- t *Interoſſeus poſterior medii digiti.*

m Caput tenuius, n n oriens ab exteriore margine illius amplitudinis oſſis metacarpi annularis, qua ſpectat os metacarpi medii; à radice capitis ejus ſuperioris, fere uſque ad inferius.

o Caput craſſius, p p oriens à longitudine paulo plus quam dimidia ſuperiore illius amplitudinis oſſis metacarpi digiti medii, qua reſpicit os metacarpi annularis.

q Tendo ejus, qui ſe conjungit r cum tendine Extenſoris communis ad digitum medium pertinente, acceptaque ab eo portione auctus, s decurrit ad os tertium medii.

t u Aponeuroſis, quae accedit ad tendinem Extenſoris communis ad digitum medium pertinentem; inferiore parte t producta à tendine q; ſuperiore u veniens è capſa articuli hujus digiti cum ſuo metacarpo.

Adde Fig. 1. E &c. & Fig. 8. g h &c.

*In Syntaxi*, Tab. VI. a b c f g h in manu dextra. Dein Tab. V. χψωΓφ in manu dextra; ubi caeterum ſubjacet Extenſoris digitorum manus tendinibus f n o p.

Praeterea Tab. VII. ιζ &c. in manu dextra. Et Tab. III. h in manu ſiniſtra. Et Tab. II. 1 in manu ſiniſtra.

v -- ι *Interoſſeus prior digiti medii.*

v Caput craſſius, w w oriens à longitudine paullo plus quam dimidia ſuperiore illius amplitudinis oſſis metacarpi digiti medii, quae ſpectat os metacarpi indicis.

x Caput tenuius, y y oriens ab exteriore margine illius amplitudinis oſſis metacarpi indicis, qua ſpectat os metacarpi medii; à radice capitis ejus ſuperioris, fere uſque ad inferius.

z Tendo ejus, qui accepto ab interiore parte tendine Lumbricalis ſecundi, conjungit ſe α cum tendine Extenſoris communis ad digitum medium pertinente, acceptaque ab eo portione auctus, β decurrit ad os tertium digiti medii.

γ Commune extremum, in quod ſe conjungunt tendines s. β, inſertum δ oſſi tertio.

ιζ Aponeuroſis, quae accedit ad tendinem Extenſoris communis ad digitum medium pertinentem; inferiore parte ι producta à tendine z; ſuperiore ζ veniens è capſa articuli hujus digiti cum ſuo metacarpo.

Adde Fig. 1. C &c. & Fig. 8. a b &c.

*In Syntaxi*, Tab. VI. i i k k l m n p in manu dextra; ubi ex parte ſubjacet Indicatoris tendini h. Dein Tab V. ⊙ΘΘΛΞΠΣΔ in manu dextra; ubi ex parte pariter Indicatoris tendini t ſubjacet, & praeterea Extenſoris communis digitorum tendini r, & aponeuroſi s.

Praeterea Tab. VII. λμ &c. in manu dextra. Et Tab. III. g in manu ſiniſtra.

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM VIGESIMAE EXPLANATIO.

Et Tab. II. Ω in manu ſiniſtra.

η Tendo, ab Extenſore communi pertinens ad digitum medium. Vide Fig. 1. ιλ.

## *DIGITI MINIMI MANUS.*

Adde *Extenſorem proprium auricularis*, Fig. 1. α &c.

### FIGURAE X.

*Flexor parvus digiti minimi manus.*

a Ortus ab exteriore parte ligamenti carpi, b à media parte extremi proceſſus incurvi oſſis cuneiformis carpi.

c Tendo, in quem abit. Quo cum tendine Abductoris conjuncto, fit tendo communis d: is conjungit ſe cum tendine Extenſoris auricularis proprio, acceptaque ab eo portione auctus, decurrit ad os tertium hujus digiti. Vide Fig. 1. RυSTU.

Adde Fig. 1. R &c. & Fig. 6. i.

*In Syntaxi*, Tab. II. τυφ in manu dextra. Dein Tab. I. fhp in manu dextra; partim tectus Palmari brevi gg, partim aponeuroſi Palmaris longi γ.

Praeterea Tab. VI. ζ in manu ſiniſtra. Et Tab. V. χ in manu ſiniſtra. Et Tab. IX. i in manu dextra.

### FIGURAE XI.

*Abductor digiti minimi manus.*

a Ortus ejus ab interiore & à poſteriore parte eminentis rotundae partis oſſis ſubrotundi: b à proxima ligamenti carpi interioris.

c Tendo alter, in quem abit; d inſertus poſteriori parti capitis ſuperioris oſſis primi digiti minimi, mox infra ſummum ejus marginem.

e Tendo alter, qui ſe conjungit cum tendine Flexoris parvi, hic f truncato. Communiſque ex eo factus tendo, ſubtus ſe ſtatim infra extremum tendineum ſupradictum d, eidem capiti, ubi id inaequabiliter eminet, inſerit: dein g (eſt d Fig. 10.) adjungit ſe tendini Extenſoris proprii auricularis.

Aponeuroſem, quam hic tendo dat tendini extenſori digiti auricularis, vide Tab. V. α in manu dextra, & Tab. VI. κ in manu dextra, & Tab. VII. l in manu dextra.

Adde Fig. 1. R &c. & Fig. 6. i.

*In Syntaxi*, Tab. II. ψω in manu dextra; ex parte tectus Flexore parvo τυφ. Dein Tab. I. c in manu dextra; ex parte tectus Flexore parvo hp, ex parte Palmari brevi gg.

Praeterea Tab. VI. θ in manu ſiniſtra: & ζ in dextra. Et Tab. V. τ in manu ſiniſtra: & β in dextra. Et Tab. IX. k in manu dextra.

## *INDICIS MANUS.*

### FIGURAE XII.

*Indicator.*

a Principium tendineum, bb oriens juxta poſteriorem partem Extenſoris majoris pollicis ab exteriore parte ſpinae ulnae, circa mediam ulnae longitudinem incipiens: poſt & infra Extenſoris mododicti ab ulna ortum, à ligamento cubiti oſſibus interjecto, juxta ulnam.

c Tendo, in quem abit; qui cum Extenſore digitorum communi ſub ligamento manus armillari exteriore, 16 in manu dextra Tab. V. per communem cum Extenſore illo ſinum decurrit.

d Hinc tendo ſe conjungit cum tendine Extenſoris communis digitorum ad indicem pertinente e, hic truncato; cum eoque efficit communem tendinem f.

Adde Vhκλμνξ &c. Fig. 1.

*In Syntaxi*, Tab. VI. fgh in brachio. Dein Tab. V. t in manu dextra; ubi pars tecta Extenſoris communis digitorum tendine r: & in cubito ſubjacet Extenſori illi communi d &c. & Extenſori auricularis proprio a, & Ulnari externo W.

Praeterea Tab. II. ΨΨ in manu ſiniſtra. Et Tab. I. uu in manu ſiniſtra. Et Tab. IX. u in manu ſiniſtra.

g Tendo Interoſſei poſterioris indicis. Vide ψ Fig. 1.

h Tendo Lumbricalis primi. Vide φ Fig. 1.

### FIGURAE XIII.

*Abductor indicis manus, à parte exteriore.*

a Principium tendineum, b oriens à dorſo oſſis multanguli majoris.

c Origo à ſuperiore parte marginis oſſis metacarpi pollicis, quo id indicem reſpicit.

d Portio oriens ab interiore & eadem ſuperiore parte oſſis metacarpi indicis.

e Aponeuroſis, quam conjungit cum tendine Lumbricalis primi, & adjungit communi tendini Extenſorum indicis, h Fig. 1: à quo hic f reſciſſa.

Adde Fig. XIV.

*In Syntaxi*, Tab. VI. 3 z in manu dextra; ex parte ſubjectus tendini c Extenſoris majoris pollicis. Et Tab. V. 12. 5 in manu dextra; eodem modo tectus tendine 13 Extenſoris majoris pollicis.

Praeterea Tab. II. Σ in manu ſiniſtra. Et Tab. I. x in manu ſiniſtra. Et Tab. IX. π in manu ſiniſtra.

### FIGURAE XIV.

*Abductor indicis manus, à parte interiore.*

a Tendinoſa principii pars.

b Extremum tendineum, quo inſertus c capiti ſuperiori oſſis primi indicis.

Adde Fig. 13.

*In Syntaxi*, Tab. II. αβ in manu dextra; ubi majorem partem tectus Adductore pollicis y, & Flexore brevi x, & Lumbricali primo γ. Et Tab. I. b in manu dextra; eodem modo tectus Adductore pollicis Ψ, & Flexore brevi Φ, & Lumbricali primo Ωw.

## *POLLICIS MANUS.*

### FIGURAE XV.

*Opponens pollicis manus.*

a Ortus ab oſſis multanguli majoris eminentia priore earum, quae faciunt ſinum, per quem decurrit tendo Radialis interni: & bbb à ligamento carpi; principio tendinoſo.

c Tendinea extremi portio.

dd Inſertio internae amplitudini oſſis metacarpi pollicis, ad caput ejus inferius. Praeterea autem amplitudinis illius margini priori toti inſertus.

e Veſtigium impreſſum ab Abductore brevi pollicis, & Abductore brevi altero.

*In Syntaxi*, Tab. II. q &c. in manu dextra; tectus ex parte Abductore brevi altero pollicis u, & tendine Extenſoris pollicis minoris f. Dein Tab. I. X in manu dextra; magnam partem tectus Abductore pollicis brevi Y; parva autem, tendine Extenſoris minoris pollicis d.

Praeterea Tab. VI. ρ in manu ſiniſtra. Et Tab. II. Γ in manu ſiniſtra. Et Tab. I. z in manu ſiniſtra. Et Tab. IX. λ in manu ſiniſtra.

### FIGURAE XVI.

*Abductor brevis pollicis manus.*

aa Origo à ligamento carpi interiore.

b Extremum tendineum, cujus pars c inſerta internae eidemque priori parti capitis ſuperioris oſſis primi pollicis.

d Tenuitas tendinea, quae conſcendit dorſum pollicis, & coit cum priore parte tendinum Extenſorum pollicis, & ſe porro per exteriora eorundem tendinum continuat ſimili aponeuroſi Flexoris brevis pollicis.

e Portio, quam tendo partis ſuperioris Abductoris longi pollicis manus dat huic Abductori brevi. Vide Fig. 19. e: à quo hic reſciſſa.

*In Syntaxi*, Tab. I. YZΓ in manu dextra. Et Tab. II. k in manu dextra.

Praeterea Tab. V. θκ in manu ſiniſtra. Et Tab. IX. ικ in manu ſiniſtra: & ab in dextra.

f Tendo Extenſoris minoris pollicis manus, hic truncatus.

g Tendo communis Extenſorum pollicis.

### FIGURAE XVII.

*Abductor brevis alter pollicis manus.*

a Ortus ejus ab inferiore eademque exteriore parte ligamenti carpi interioris.

b Extremum tendinoſum, c inſertum internae eidemque priori parti capitis ſuperioris oſſis primi pollicis.

*In Syntaxi*, Tab. II. u &c. in manu dextra; in fine tectus aponeuroſi Abductoris brevis pollicis k. Dein Tab. I. Λ in manu dextra; ubi & tectus Abductore brevi YΓ, & aponeuroſi Palmaris longi γ.

Praeterea Tab. VI. τ in manu ſiniſtra. Et Tab. V. λ in manu ſiniſtra. Et Tab. IX. c in manu dextra.

### FIGURAE XVIII.

*Abductor longus pollicis manus, à parte exteriore.*

aa Principium tendineum, bb oriens ab ulnae ſpina, ſtatim ſupra ulnae medium, ab exteriore parte, juxta inferiorem partem Supinatoris brevis.

d Pars, quae ee oritur à radii amplitudine exteriore, juxta inferiorem partem Supinatoris brevis, è regione ortus ab ulna.

Et ſubtus quoque oritur à ligamenti, quod inter ulnam radiumque interjectum intermedium, parte exteriore, inter duas illas ab ulna & radio origines media.

f Tendinoſa partis illius pars.

g Tendo partis ſuperioris.

h Tendo partis inferioris, i hic truncatus.

Delabuntur tendines per ſinum priorem capitis inferioris radii, ſub ligamento, 20 in manu dextra Tab. V. & Tab. IX. η in manu ſiniſtra.

Adde Fig. 19.

*In Syntaxi*, Tab. VI. Λ–Φ in brachio; tectus Radiali externo breviore V, Supinatore brevi Δ, Extenſore majore pollicis a, minore ΨΩ. Dein Tab. V. 21 -23 in cubito; tectus Radiali externo breviore H, Extenſore communi digitorum d, auricularis proprio a, Extenſore minore pollicis 24. 25.

Praeterea Tab. II. Zab in cubito ſiniſtro. Et Tab. I. φχψωbb in brachio ſiniſtro. Et Tab. IX. xyyzz in brachio ſiniſtro, manuque.

### FIGURAE XIX.

*Abductor longus pollicis manus, à parte interiore.*

a Pars ejus interior, quae Supinatori longo & Radialibus externis adjacet.

b Pars ſuperior. c tendo, in quem abit: cujus pars d inſerta internae parti oſſis multanguli majoris, juxta pollicem; portio e accedit ad Abductorem brevem pollicis manus, hic truncata, e Fig. 16.

f Pars inferior. g tendo, in quem abit; h inſertus tuberculo, quod eſt in

priore

© BIUM / R. Caussimon



priore & eadem interna parte capitis ſuperioris oſſis metacarpi pollicis, ſupra marginem ejus internum.

Tendines delabuntur per ſinum priorem capitis inferioris radii, ſub ligamento, quod vide Tab. I. υ in brachio.

Adde Fig. 18.

*In Syntaxi*, Tab. II. abcd in cubito dextro; ubi in fine tectus Opponente q in manu. Dein Tab. I. χωω abb in brachio dextro; pariter in fine ſubjectus Opponenti X in manu.

Praeterea Tab. V. π in manu ſiniſtra.

## FIGURAE XX.

### *Flexor brevis pollicis manus.*

a Origo ab interiore parte inferioris partis oſſis multanguli minoris, b capitati, c cuneiformis. Oritur & ab eminentia interna multanguli majoris. Infraque ortum ab oſſibus illis, etiam oritur à capitibus vicinis oſſium metacarpi indicis & medii digiti, ſaepe & annularis, & pollicis.

d Cauda altera, e extremo tendineo inſerta f ſuperiori parti illius oſſium ſeſamoïdeorum, quae appoſita ad articulum pollicis cum metacarpo ejus, quod ab indice remotius.

g Altera, h extremo tendineo inſerta i oſſi ſeſamoïdeo, quod indici propius; & ſuperiori quidem ejus parti, illique, quae indici propior: dein & mox infra illud, k proximae parti laterali capitis ſuperioris oſſis primi pollicis.

Aponeuroſem, quam cauda, quae indici propior, producit, quaeque ſe cum aponeuroſi ambiente capſam articuli pollicis cum metacarpo ſuo conjungit, unaque cum ea adjungit extremo communi tendinum Extenſorum pollicis, vide Tab. IV. r in manu ſiniſtra.

*In Syntaxi*, Tab. IV. l--q in manu dextra; exigua parte tectus Adductore pollicis s. Dein Tab. III. ZZ in manu dextra; ubi tectus Adductore pollicis b, tendine A Flexoris longi pollicis, & Lumbricali primo c; & à principio deliteſcit poſt ligamentum carpi armillare interius N. Dein Tab. II. x in manu dextra; tectus Adductore pollicis y, tendine V Flexoris longi pollicis, Lumbricali primo γ, Abductore pollicis brevi altero u, Opponente q. Sic & Tab. I. Φ in manu dextra, tectus iiſdem.

Praeterea Tab. VIII. Ψ--e in manu ſiniſtra. Et Tab. VII. ΦΨ in manu ſiniſtra. Et Tab. VI. χ in manu ſiniſtra. Et Tab. V. ξ in manu ſiniſtra. Et Tab. IX. d in manu dextra.

Ab exteriore parte, Tab. VIII. Ψ f in manu dextra. Et Tab. VII. 4. 5 in manu dextra. Et Tab. VI. 6. 5 in manu dextra. Et Tab. V. inter 27 & 29 in manu dextra. Dein Tab. IV. l r in manu ſiniſtra. Et Tab. III. ab in manu ſiniſtra. Et Tab. II. ΘΛ in manu ſiniſtra. Et Tab. I. D in manu ſiniſtra. Et Tab. IX. μ in manu ſiniſtra.

## FIGURAE XXI.

### *Flexor longus pollicis manus.*

aa Prima origo à radio; cujus amplitudinem internam, prope à tuberculo, cui inſertus Biceps brachii, fere ad Pronatorem quadratum uſque, ſuo occupat initio. Oritur & à ligamento interjecto ulnae radioque.

b Principii pars tendinoſa.

c Portio, quae ad eum accedit, d exili tendine oriens e à condylo majore humeri, rarius occurrens. f tendo, in quem portio illa abit; qui ad carnem Flexoris ſe adjungit, efficitque primum initium tendinis ejus g.

Tendo tranſit per ſinum carpi interiorem, ſub ligamento carpi interiore; quod vide Tab. III. N in manu dextra.

h Tendo inter oſſa ſeſamoïdea pollicis incedens.

i Qua ſecundum metacarpum pollicis, pollicemque incedit, per longitudinem quodammodo fiſſus eſt.

k Inſertus oſſis ultimi pollicis parti poſticae fere mediae, quae eminet aſperula.

Ligamentum, quo coercetur, ubi ſecundum os primum pollicis incedit, vide Tab. I. Σ in manu dextra.

*In Syntaxi*, Tab. III. Π--B in cubito manuque; ubi parva parte deliteſcit poſt Pronatorem teretem Λ, & Radialem externum breviorem χ; portio autem acceſſoria à principio ſubjecta Brachiali interno νν. Dein Tab. II. STVW in cubito &c.; ubi ſubjacet Sublimi CO, Supinatori longo X, pollicis Abductori brevi alteri u in manu dextra. Dein Tab. I. πρ in brachio, & ΞΞΠ in manu dextra; ubi ſubjectus Sublimi ζλ, Supinatori longo Ξ, Radiali interno Ω, in brachio: Abductori pollicis brevi alteri Λ in manu dextra.

Praeterea Tab. VII. XXY in cubito ſiniſtro manuque. Et Tab. VI. ΓΔ in manu ſiniſtra. Et Tab. V. νν in manu ſiniſtra. Et Tab. IX. ff in brachio ſiniſtro: & ff in manu dextra.

## FIGURAE XXII.

### *Extenſor major pollicis manus.*

aa Ortus ab exteriore parte ulnae, fere in medio longitudinis ejus. Et b infra quoque oritur à ligamento, quod ab ulna ad radium deductum.

c Principii pars tendinea.

d Tendo, in quem abit; qui decurrit per eum parvum radii ſinum, qui eſt mox pone illum, per quem Radialium externorum tendines: & decurrit ſub carpi ligamento armillari exteriore; quod vide Tab. V. 16 in manu dextra.

e Tendo Extenſoris minoris pollicis manus, hic truncatus, c Fig. 23.

f Commune extremum, in quod confluunt tendines pollicis Extenſoris majoris & minoris; g inſertum tuberculo oblongo & tranſverſo, è priore eademque ſuperiore parte pollicis ultimi oſſis eminenti.

*In Syntaxi*, Tab. VI. abcde in brachio; ubi ſubjectus Anconeo Y, & Indicatori fgh. Dein Tab. V. 13. 26 in manu dextra, ubi in cubito ſubjectus Extenſori communi digitorum d, auricularis proprio a, Ulnari externo W.

Praeterea Tab. II. ggh in cubito ſiniſtro. Et Tab. I. y A in manu ſiniſtra. Et Tab. IX. γγδ in brachio ſiniſtro, manuque.

h Aponeuroſis, quae ſe adjungit tendini communi Extenſorum pollicis; hic truncata. Pars ejus ambit capſam articuli pollicis cum metacarpo ſuo, innexa capſae illi: pars procedit à cauda poſteriore Flexoris brevis pollicis manus. Vide 4. 5 in manu dextra Tab. VI.

Aponeuroſem, quam tendo communis ab altero latere accipit ab Abductore brevi pollicis manus, vide Fig. 16. d.

## FIGURAE XXIII.

### *Extenſor minor pollicis manus.*

a Pars tendinea principii, b oriens ab exteriore parte ſpinae ulnae, cui adnexum ligamentum, quod inter cubiti oſſa intercedit. Infraque illam originem, à mododicto ligamento oritur.

c Tendo, in quem abit; qui hic procedit per ſinum priorem capitis inferioris radii, ſub ligamento, quod vide Tab. V. 20 in manu dextra, & Tab. I. υ in brachio, & Tab. IX. π in manu ſiniſtra.

d Tendo Extenſoris majoris pollicis manus, hic truncatus; d Fig. 22.

e Commune extremum, in quod confluunt tendines Extenſoris minoris & majoris; f inſertum tuberculo oblongo & tranſverſo, è priore eademque ſuperiore parte pollicis oſſis ultimi eminenti.

*In Syntaxi*, Tab. VI. ΨΩd in brachio; à principio ſubjectus Extenſori majori pollicis ac. Dein Tab. V. 24. 25. 26; ex parte tectus Extenſore communi digitorum d, & Extenſore auricularis proprio a.

Praeterea Tab. II. ef in cubitis. Et Tab. I. cd in brachiis. Et Tab. IX. αβ in brachio ſiniſtro, manuque.

g Aponeuroſis eadem, quae Fig. 22. h.

## FIGURAE XXIV.

### *Adductor pollicis manus.*

a Origo ab interiore parte capitis ſuperioris oſſis metacarpi digiti annularis, juxta os metacarpi digiti medii; indeque bb ab interna amplitudine oſſis metacarpi digiti medii.

c Extremum tendineum, d inſertum ei capitis ſuperioris oſſis primi pollicis parti, quae ſpectat indicem.

*In Syntaxi*, Tab. IV. s &c. in manu dextra; aliquantum tectus Flexore brevi pollicis l, & Interoſſeo poſteriore medii γ. Dein Tab. III. bb in manu dextra; tectus Flexore brevi pollicis Z, Lumbricali primo c, & ſecundo g, Profundi tendine H, & I. Dein Tab. II. y in manu dextra; tectus caeterum Flexore pollicis brevi x, Lumbricali primo γ, ſecundo ζ, Profundi tendinibus ad indicem & medium digitum pertinentibus, Sublimis tendine P ad indicem. Et Tab. I. Ψ in manu dextra, tectus iiſdem.

Praeterea Tab. VIII. gh in manu ſiniſtra. Et Tab. VII. Ω in manu ſiniſtra. Et Tab. VI. ω in manu ſiniſtra. Et Tab. V. π in manu ſiniſtra. Et Tab. IX. e in manu dextra.

Ab exteriore parte, Tab. VIII. ggh in manu dextra. Et Tab. VII. 6. 7 in manu dextra. Et Tab. VI. 7. 8 in manu dextra. Et Tab. V. 29. 30 in manu dextra. Dein Tab. IV. s u in manu ſiniſtra. Et Tab. III. cd in manu ſiniſtra. Et Tab. II. ΞΠ in manu ſiniſtra. Et Tab. I. FG in manu ſiniſtra. Et Tab. IX. νξ in manu ſiniſtra.

## *METACARPI MANUS.*

## FIGURAE XXV.

### *Adductor metacarpi digiti minimi manus.*

a Origo à poſteriore eademque paullo infra mediam parte extremi fere proceſſus incurvi oſſis cuneiformis carpi: & b à proxima exteriore ligamenti carpi interioris, infra proceſſum illum.

cc His partibus inſertus eſt oſſi metacarpi minimi, juxta capita ejus: & inter ea etiam per totam longitudinem; poſteriori ſcilicet & eidem interiori parti oſſis illius.

*In Syntaxi*, Tab. III. U &c. in manu dextra. Dein Tab. II. χχ in manu dextra, tectus Abductore digiti minimi manus ψ, & Flexore parvo τ. Dein Tab. I. f in manu dextra, tectus Abductore digiti minimi c, Flexore parvo h, Palmare brevi gg, aponeuroſi Palmaris longi γ.

Praeterea Tab. VII. ΞΠΣ in manu ſiniſtra: & a in dextra. Et Tab. IX. l in manu dextra.

## *VOLAE.*

## FIGURAE XXVI.

### *Palmaris longus, & brevis.*

a--o *Palmaris longus.*

b Principium tendineum oriens ab extrema interiore parte condyli poſterioris oſſis humeri: quod principium deinde per eum excurrit c. Pertinet autem ad caput tendineum commune, quo cum aliis ab hoc condylo oritur. Separatumque ab eo, illo modo, quo in Radiali interno dictum, ad a Fig. 9. Tab. XIX.

d Tendo, in quem abit.

e Aponeuroſis, in quam tendo ille dilateſcit; partem accipiens à ligamento carpi interiore. Eaque aponeuroſis in quatuor portiones f. g. h. i, ad digitos procedentes, primum leviter diſtincta, deinde magis, ut non niſi filis tendineis tranſverſis k. k. k cohaerentes.

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM VIGESIMAE EXPLANATIO.

l.l: l.l: l.l: l.l Extrema bicornia, in quae portio quaeque ad digitum pertinens, abit. Eaque ſe adnectunt ligamento tranſverſo, quod eſt ad radices digitorum, cujuſque tum illam partem, quae inter duo cujuſque portionis cornua m. m. m. m; tum illam, quae inter cornua duarum inter ſe proximarum portionum n. n. n, veſtit.

Et ad ſuperiorem quoque ejus ligamenti partem exigua ſe portione affigunt mediae latitudini partis internae oſſium metacarpi.

o Portio, quam dat Abductori brevi pollicis manus; reſciſſa ab eo.

*In Syntaxi*, Tab. I. α—ι in brachio; ubi à principio ſubjectus Pronatori tereti φ.

Praeterea Tab. V. L in cubito, & ρ in manu ſiniſtra. Et Tab. IX. ιξ in brachio dextro.

pp *Palmaris brevis*, in faſciculos inaequaliter diſtinctus.

qq Hic abſcedit à principio aponeuroſis Palmaris longi. Abſcedit etiam ab exteriore parte ligamenti carpi interioris, juxta pollicem.

r r Extrema, quae abeunt in tendineum manus poſt tegumenta ſequens, & ad os metacarpi manus quartum pertinens involucrum.

*In Syntaxi*, Tab. I. g g in manu dextra; ubi pars principii (ut hic) ſubjacet aponeuroſi Palmaris longi γ.

Praeterea Tab. V. σσ in manu ſiniſtra. Et Tab. IX. h in manu dextra.

© BIUM / R. Caussimon



© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE ANATOMICAE PRIMAE ET VIGESIMAE
# MUSCULORUM HOMINIS
# EXPLANATIO.

### *FEMORIS.*

Adde Tab. XXII. Fig. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Adde & *Tenſorem vaginae femoris*, Fig. 8. Tab. XXIII.

### FIGURAE I.

*Gluteus magnus.*

Caro in faſciculos inter ſe laxius cohaerentes extrinſecus congeſta.

aa Ortus ab oſſe ilium, ad exteriorem marginem partis poſterioris criſtae, qua hoc os ultra ſacrum retrorſus porrectum. Oritur principio tendinoſo. Quin & tam pertinaciter adhaeret ligamento, quod ab oſſe ſacro ad criſtam ilium, illique, quod ab eodem oſſe ad iſchion deductum; itemque vaginae tendinoſae, qua extrinſecus obductus, ut ab iis etiam oriri videatur. Et à principio continuatus eſt tendineo principio Latiſſimi dorſi, communisque capitis Longiſſimi dorſi & Sacrolumbalis. Vide Tab. V. δδ in nate.

b Hac parte oritur à margine externo oſſis ſacri.

c Hac à tuberculo primo eorum, quae ſunt à latere hiatus, in quem ſpinae dorſi canalis, medullam ſpinalem continens, exit.

d Hac ab articulo proceſſuum obliquorum oſſis ſacri coccygisque.

e Hac à latere coccygis.

f Tendo, in quem abit. Is ſe inſerit eminentiae femoris, quae per poſteriorem ejus partem à radice trochanteris majoris deorſum porrecta; & ſuperiori quidem parti ejus ſe inſerit, quoad illa maxime eminere & inaequabilis eſſe ſolet. Et conjungit ſe quoque cum vagina tendinea, quae femori adjacentes muſculos complectitur.

g Hac parte conjungit ſe cum Vaſto externo.

*In Syntaxi*, Tab. V. γ in nate. Praeterea Tab. IX. w x y in coxa. Et Tab. I. A in femore.

### FIGURAE II.

*Gluteus medius, à parte poſteriore.*

aaa Origo à dorſi oſſis ilium latitudine tota, juxta criſtam ejus.

b Extremum tendineum, cc trochanteri majori, à radice ejus ad ſummum verticem, oblique affixum.

dd Veſtigium à Gluteo magno impreſſum.

Adde Fig. 3.

*In Syntaxi*, Tab. VI. i &c. in inferiore trunci parte. Dein Tab. V. Y in nate; ubi caeterum tectus Gluteo magno γ. Praeterea Tab. IX. t in coxa, pari modo tectus Gluteo magno w.

### FIGURAE III.

*Gluteus medius, à parte priore.*

a Pars exterior. b interior.

cc Origo à criſta ilium.

d Pars tendinea, qua extremum tendineum ab interiore parte incipit.

Adde Fig. 2.

*In Syntaxi*, Tab. II. s in trunco; ubi caeterum poſt Gluteum minorem u. Dein Tab. I. K in femore; ubi ex parte poſt Tenſorem vaginae femoris M.

### FIGURAE IV.

*Gluteus minor, à parte poſteriore.*

aaa Prima origo à dorſo oſſis ilium; à cujus amplitudine illa tota oritur, quae eſt inter ortum Glutei medii, iſchiique principium, & ab ipſius iſchii orae poſterioris ſuperiore parte.

b Pars tendinea, qua extremum tendineum ab exteriore parte incipit.

Adde Fig. 5.

*In Syntaxi*, Tab. VII. z &c. in coxa. In Tab. VI. ſubjacet Gluteo medio i in inferiore trunci parte, & Pyriformi n.

### FIGURAE V.

*Gluteus minor, à parte priore.*

aa Ortus ab oſſe ilium.

b Pars exterior. c interior.

d Extremum tendineum, quod deſinit ad eam prioris partis trochanteris majoris partem, quae eſt juxta latus ejus externum, à radice ejus uſque ad partem ſuperiorem. Vide Tab. III. ρ in trunco.

Adde Fig. 4.

*In Syntaxi*, Tab. III. ξ--σ in trunco; ubi ſubjacet Iliaco interno ε. Dein Tab. II. u in trunco; ſubjacens Iliaco interno y in femore, & Recto cruris x. In Tab. I. ſubjacet Tenſori vaginae femoris M in femore.

### FIGURAE VI.

*Pyriformis, à parte poſteriore.*

a Ortus ab exteriore parte orae poſterioris ejuſdemque inferioris oſſis ilium, juxta ſacrum.

b Tendo, in quem abit: quique pertinet ad internam partem medii cacuminis trochanteris majoris.

Adde Fig. 7.

*In Syntaxi*, Tab. VI. n in inferiore trunci parte; ubi partem Gluteus medius i tegit, partem Geminorum ſuperior q; pars pone os ſacrum. In Tabula V. ſubjacet Gluteo magno γ in nate.

### FIGURAE VII.

*Pyriformis, à parte priore.*

ab. cd. ef Portiones tres, quibus à priore parte oſſis ſacri oritur; ab initio tendineae, b. d. f.

g Earumque ſuperior oritur à priori parte corporis ſecundi oſſis ſacri, mox ſupra foramen ſecundum.

h Media à priore parte illius proceſſus, qui inter foramen ſecundum & tertium eſt.

i Inferior à priori parte proceſſus, qui inter foramen tertium & quartum.

k Hic truncatus.

Adde Fig. 6.

### FIGURAE VIII.

*Quadratus femoris, à parte poſteriore.*

a Principii pars tendinea.

bb Extremum inſertum oſſis femoris oblongae eminentiae, quae partim è poſteriore parte radicis trochanteris majoris, partim infra eam, eminet.

Adde Fig. 9.

*In Syntaxi*, Tab. VI. z in inferiore trunci parte; ex parte ſubjectus Geminorum inferiori s, & deliteſcens poſt Bicipitem cruris ικ in femore, cum Semimembranoſo. Et quod ibi nudum, id in Tab. V. ſubjacet Gluteo magno γ in nate.

### FIGURAE IX.

*Quadratus femoris, à parte priore.*

aa Origo ab exteriore margine tuberis iſchii.

Adde Fig. 8.

### FIGURAE X.

*Obturator internus.*

aaa Origo à priore parte, eaque plus quam dimidia, ambitus foraminis magni oſſis coxae, principio tendinoſo: unde primum per latus pelvis procedit retrorſum; deinde ſe circum iſchii marginem flectit b, per ſinum, qui inter ejus acutum proceſſum imumque tuber eſt: poſteaque decurrit per dorſum iſchii.

c Tendo, in quem abit; pertinens ad internam eandemque priorem partem cacuminis trochanteris majoris.

*In Syntaxi*, Tab. VII. ⊙--Π in coxa; ubi, ut hic, ipſo extremo deliteſcit poſt trochanterem majorem. Dein Tab. VI. w x x y in inferiore trunci parte; ubi à principio deliteſcit poſt Levatorem ani e, & Coccygeum d; extremo ſubjectus Geminis q. s. Et quod nudum, id in Tab. V. tectum Gluteo magno γ in nate.

### FIGURAE XI.

*Gemini.*

a Geminorum ſuperior, b oriens ab exteriore parte extremi proceſſus acuti iſchii, juxta ſinum, per quem Obturator internus ſe flectit.

c Extremum tendineum.

d Geminorum inferior, ee oriens ab exteriore parte tuberis iſchii, juxta inferiorem partem ſinus, per quem ſe Obturator internus flectit.

f Principii pars interior, gg oriens extrinſecus ab iſchio, à lunato termino illius ſinus, per quem Obturator internus ſe flectit.

h Extremum tendineum.

Extrema cum tendine Obturatoris interni conjuncta, cum eo ſe inſerunt internae eidemque priori parti cacuminis trochanteris majoris.

*In Syntaxi*, Tab. VI. q. s in inferiore trunci parte; ubi pars tecta Obturatore interno w y; ipſa extrema, ut hic, deliteſcunt poſt trochanterem majorem. Caeterum in Tab. V. ſubjecti Gluteo magno γ in nate.

### FIGURAE XII.

*Pſoas magnus.*

a Capitis primi principium tendineum, b oriens ab imo margine corporis vertebrae primae dorſi, & c à ligamento, quod inter corpus illud corpuſque quintae lumborum intercedit. Aliis & à proxima ſuperiore parte corporis illius quintae.

© BIUM / R. Cauſſimon

# TABULAE MUSCULORUM PRIMAE ET VIGESIMAE EXPLANATIO.

de Capitis ſecundi principium tendineum, d oriens ab imo margine corporis vertebrae quintae lumborum, & e à ligamento, quod inter corpus illud & corpus quartae intercedit: & aliis ab ipſa etiam proxima ſuperiore parte corporis quartae.

fg Capitis tertii principium tendineum, f oriens ab imo margine corporis vertebrae quartae lumborum, & g à ligamento, quod inter corpus illud & corpus tertiae intercedit: & aliis etiam à corporis tertiae parte proxima ſuperiore.

hi Capitis quarti principium tendineum, h oriens ab imo margine corporis vertebrae tertiae lumborum, & i à ligamento, quod inter corpus illud & corpus ſecundae intercedit: & aliis etiam à corporis ſecundae parte proxima ſuperiore.

kl Capitis quinti principium tendineum, k oriens ab imo margine corporis vertebrae ſecundae lumborum, & l à ligamento, quod inter corpus illud & corpus primae intercedit: & aliis etiam à corporis primae parte proxima ſuperiore.

m Tendo, in quem abit.

nn Hinc caro Iliaci interni, quae ſe ad tendinem illum adjungit, reſciſſa.

Adde Fig. 13. & 15.

*In Syntaxi*, Tab. IV. t &c. in trunco; ubi ex parte tectus Pſoa parvo r s, & Diaphragmate QR. Dein Tab. III. τυ in femore; ubi non niſi pars, quae in femore eſt, apparet. Dein Tab. II. z in femore; ex parte tectus Obliquo interno abdominis O in trunco, itemque Pectineo Γ in femore. Dein Tab. I. F in femore, tectus Obliquo externo abdominis u v in trunco, & Pectineo E in femore, & Sartorio H.

A latere, Tab IX. o in ſiniſtra coxa.

## FIGURAE XIII.

### *Pſoae magni capita.*

Omnia à Pſoa reſciſſa, cui illa, quae à corporibus vertebrarum oriuntur, ex parte ſubjecta: illa autem, quae à proceſſibus tranſverſis, in totum.

a. d. g. k. n Capita quinque, quae à corporibus vertebrarum ligamentiſque intermediis oriuntur.

a Primi principium tendineum, b oriens ab imo margine corporis vertebrae primae dorſi, & c à ligamento, quod inter corpus illud & corpus quintae lumborum intercedit.

d Secundum, quod tendineo principio e f oritur e ab imo margine corporis vertebrae quintae lumborum, & f à ligamento, quod inter corpus illud & corpus quartae intercedit.

g Tertium, quod tendineo principio h i oritur h ab imo margine corporis vertebrae quartae lumborum, & i à ligamento, quod inter corpus illud & corpus tertiae intercedit.

k Quartum, quod tendineo principio l m oritur l ab imo margine corporis vertebrae tertiae lumborum, & m à ligamento, quod inter corpus illud & corpus ſecundae intercedit.

n Quintum, quod tendineo principio o p oritur o ab imo margine corporis vertebrae ſecundae lumborum, & p à ligamento, quod inter corpus illud & corpus primae intercedit.

q. s. u. w. y Capita quinque, quae oriuntur à priore & eadem inferiore parte proceſſuum tranſverſorum vertebrarum lumborum.

q Primum, tendineo principio r oriens à proceſſu tranſverſo quintae.

s Secundum, tendineo principio t oriens à proceſſu tranſverſo quartae.

u Tertium, principio tendineo v oriens à proceſſu tranſverſo tertiae.

w Quartum, principio tendineo x oriens à proceſſu tranſverſo ſecundae.

y Quintum, principio tendineo z oriens à proceſſu tranſverſo primae.

Adde Fig. 12. & 15.

## FIGURAE XIV.

### *Iliacus internus.*

a Hac portione oritur à poſteriore parte proceſſus tranſverſi vertebrae primae lumborum.

b Origo à ligamento k.

ccd Prima origo ab interna amplitudine oſſis ilium, mox infra criſtam: à cujus porro amplitudinis parte ſuperiore tota oriri pergit.

Infra d, ubi criſta à priori parte deſinit, praeterea oritur ab ora priore oſſis ilium, ac deinde ab ambitu interno, ac porro ab inferiore parte radicis tuberculi, quod ex eadem illa ora eminet; atque etiam à vicina parte capſae articulum coxae continentis.

e Pars concava, quae cavum abdominis ſpectat.

ff Hic caro ad tendinem Pſoae magni accedit: accedit & ſubtus.

g Infra quem tendinem ſe caro ipſi quoque femori inſerit.

h Hinc reſectus Pſoas magnus.

i Tendo communis Pſoae magno cum Iliaco interno.

Adde Fig. 15.

*In Syntaxi*, Tab. IV. y in trunco; ex parte ſubjectus Pſoae magno t. Dein Tab. III. ς in femore; ubi non apparet niſi pars quae in femore eſt; tecta etiam partim Tranſverſo abdominis p p in trunco, partim Pſoa magno τυ in femore. Dein Tab. II. y in femore; tectus Obliquo interno abdominis O O in trunco, Pſoa magno z in femore, & Pectineo Γ, & Recto cruris x. Dein Tab. I. G in femore; tectus Obliquo externo abdominis u in trunco, Pſoa magno F in femore, & Sartorio H.

k Ligamentum, à proceſſu tranſverſo primae lumborum ad proximam partem criſtae ilium pertinens.

## FIGURAE XV.

### *Pſoae magni & Iliaci interni extremum, à parte poſteriore.*

a Iliaci interni.

Adde Fig. 14.

*In Syntaxi*, Tab. VIII. ο (& reliquum quoque hujus Iliaci ξ) in coxa & femore; ubi partem extremi tegit Obturator externus ρ. Dein Tab. VII. Ψ in coxa & femore; pariter tecta parte Obturatore externo Σ. Et quod nudum, id in Tab. VI. poſt Quadratum femoris z in inferiore trunci parte.

b Tendo communis Pſoae magno cum Iliaco interno, c c inſertus trochanteri minori, eumque quaſi comprehendens.

Adde Fig. 12. & 13.

*In Syntaxi*, Tab. VIII. π in coxa & femore; ubi pars extremi tecta Obturatore externo ρ, & Adductore magno femoris ω. Dein Tab. VII. Ω in coxa & femore; ubi extremi pars eodem modo tecta Obturatore externo Σ, & Adductore magno femoris O. Et quod nudum, id in Tab. VI. poſt Quadratum femoris z in inferiore trunci parte.

Reliquum autem Pſoae magni, Tab. VIII. ν in coxa. Dein Tab. VII. y in coxa. Dein Tab. VI. m in inferiore trunci parti; caeterum deliteſcens poſt Pyriformem n, & Gluteum medium i.

## FIGURAE XVI.

### *Adductor magnus femoris, à parte priore.*

aa Origo ab exteriore parte marginis extremi oſſis pubis, juxta ſynchondroſem: unde uſque ad tuber iſchii oriri pergit.

b. c. d Partes, inter ſe leviter, & maxime fibrarum decurſu, diſtinctae; quae ſimul efficiunt extremum ſuperius, femoris lineae poſteriori per longitudinem inſertum.

e f Pars magis diſtincta, abeuns deinde in extremum inferius, quod ad condylum interiorem pertinet. f tendo è carne naſcens.

Adde Fig. 17.

*In Syntaxi*, Tab. IV. κλμνξο in femore; ubi pars tecta extremo communi Pſoae magni & Iliaci interni x. Dein Tab. III. ΔΔΘΛΞ in femore; ubi caeterum tectus eodem communi extremo Pſoae magni & Iliaci interni υς, & Adductore brevi femoris Ψ, & Gracili Ψ. Dein Tab. II. Π in femore; caeterum tectus communi extremo Pſoae magni & Iliaci interni z y, Pectineo Γ, Adductore longo femoris Δ, Gracili Λ, Vaſto interno Σ. Dein Tab. I. C in femore; caeterum tectus Sartorio H, Adductore longo femoris D, Gracili B, caeteriſque, quibus in Tab. II.

## FIGURAE XVII.

### *Adductor magnus femoris, à parte poſteriore.*

ab Origo ab exteriore parte tuberis iſchii, ad imum ejus uſque: a parte tendinoſa, b tendinea, quae c per carnem excurrit.

d Pars è priori parte veniens, ubi per altitudinem oſſis pubis oritur.

ee Extremum latum, quod fine aliquantum tendinoſo, oſſi femoris fff inſertum; aſperae lineae, quae eſt in ejus poſtica parte, totam lineae illius tenens longitudinem.

g Extremum inferius, quod in tendinem h abit, i inſertum mediae ſuperiori parti lateris interni condyli interni femoris.

k Veſtigium à Gluteo magno impreſſum.

ll Tota haec pars concava, ob veſtigium impreſſum à Semimembranoſo & Semitendinoſo.

Adde Fig. 16.

*In Syntaxi*, Tab. VIII. σ--D in femore. Dein Tab. VII. K N in femore; ſubjectus praeterea Semimembranoſo A C, & Bicipitis cruris capiti breviori P. Dein Tab. VI. ιι in femore; praeterea ſubjectus Bicipiti cruris θλ, Semitendinoſo ον, Semimembranoſo φ; & à principio deliteſcens poſt Tranſverſum perinaei h, & Tranſverſum alterum g, in inferiore trunci parte. Dein Tab. V. θ in femore; ſubjectus Semimembranoſo ι, & Semitendinoſo π, ut Tab. VI.; praetereaque Gluteo magno γ in nate.

© BIUM / R. Caussimon



B. S. ALBINI




*J. Wandelaar ad ipſa corpora hominum delineavit: idemque incidit.*

*Preſtat Lidae Batavorum apud J. & H. Verbeek. Bibliop. 1746*

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE ANATOMICAE SECUNDAE ET VIGESIMAE

# MUSCULORUM HOMINIS EXPLANATIO.

## *FEMORIS RELIQUI.*

Adde Tab. XXI.

### FIGURAE I.

*Adductor longus femoris, à parte priore.*

a Principium tendineum, b è ligamento, quo ſynchondroſis oſſium pubis ab exteriore parte conſtricta, oriens, ſtatim juxta internam partem tuberculi, quod in pubis oſſis priore eademque ſuperiore parte: & c ab ipſo illo tuberculo.

d Pars tendinoſa extremi.

Adde Fig. 2.

*In Syntaxi*, Tab. II. Δ Θ in femore; tectus Vaſto interno Φ Σ, & Gracili Λ Ξ; & deliteſcens etiam poſt teſtem cum Cremaſtere p. Dein Tab. I. D in femore, tectus Sartorio H, Gracili B; & pariter deliteſcens poſt teſtem cum Cremaſtere z.

A latere, Tab. IX. m in ſiniſtra coxa, pedeque.

### FIGURAE II.

*Adductoris longi femoris extremum, à parte poſteriore.*

a a Pars carnea truncata.

b Extremi pars tendinea, c c inſerta mediae fere longitudini femoris, ibique aſperae eminentiae, quae longitudinem illam à poſteriore parte diſcernit.

Adde Fig. 1.

### FIGURAE III.

*Adductoris brevis femoris extremum, à parte poſteriore.*

a a Pars carnea truncata.

b. c. d Ad extremum tripertita eſt: quarum portionum haec pars e tendinea.

f. g. h h Inſertae aſperae eminentiae, quae longitudinem femoris à poſteriore parte diſcernit: & ſuperiori quidem ejus parti, quae mox infra trochanterem minorem eſt.

Adde Fig. 4.

### FIGURAE IV.

*Adductor brevis femoris, à parte priore.*

a Caput extrinſecus tendinoſum, b oriens à priori parte oſſis pubis juxta ſynchondroſem, infra ortum Adductoris longi: & c naſcens etiam è ligamento ſynchondroſem illam continente.

d Extremum tendinoſum.

Veſtigia à Pectineo & Adductore longo femoris impreſſa.

Adde Fig. 3.

*In Syntaxi*, Tab. III. ψ ω Γ in femore; tectus Gracili Ω, Iliaco interno cum Pſoa magno ξ υ, & extremo ſuo poſt os femoris deliteſcens. Et quod ibi nudum, id in Tab. II. ſub Adductore longo Δ Θ in femore, & Pectineo Γ, & Vaſto interno Φ Σ.

### FIGURAE V.

*Pectineus, à parte priore.*

a a b Origo, a a ab oblonga eminentia, quam ſuperior pars oſſis pubis per longitudinem ſuam uſque ad tuberculum, quod in priore parte juxta ſynchondroſem habet, exigit: b & ab ipſo illo tuberculo.

c Extremum tendineum.

Adde Fig. 6.

*In Syntaxi*, Tab. II. Γ in femore; tectus Adductore longo femoris Δ, Vaſto interno Φ Σ, Pſoa magno z cum Iliaco interno y, Obliquo interno abdominis O in trunco; & deliteſcens etiam poſt Cremaſterem p q in trunco. Dein Tab. I. E in femore; pariter tectus Adductore longo femoris D, & praeterea Sartorio H, & Obliquo externo abdominis v in trunco; & deliteſcens quoque poſt Cremaſterem z in trunco.

A latere, Tab. IX. n in ſiniſtra coxa, pedeque.

### FIGURAE VI.

*Pectinei extremum, à parte poſteriore.*

a a Pars carnea hic truncata.

b Extremum tendineum, c c inſertum aſperae oſſis femoris lineae, à trochantere minore aliquantum deorſum ductae.

Adde Fig. 5.

### FIGURAE VII.

*Obturator externus, à parte poſteriore.*

a Pars quae foramen magnum oſſis coxae obturat.

b b Originis pars ab interiore margine foraminis magni oſſis coxae.

c Extremi pars tendinea. Tendo extremus inſertus poſteriori parti lateris interni radicis trochanteris majoris.

Adde Fig. 8.

*In Syntaxi*, Tab. VIII. ρ ρ σ τ in coxa; ex parte deliteſcens poſt Adductorem magnum femoris α. Dein Tab. VII. Σ Σ Φ in coxa; tectus Obturatore interno Θ – Π, & ex parte deliteſcens poſt Adductorem magnum femoris O, & Semimembranoſum B, in femore. Dein Tab. VI. v v in inferiore trunci parte; tectus Obturatore interno w y, Geminorum inferiore s, Quadrato femoris z; deliteſcenſque ex parte poſt Coccygeum d: & qua nudus, poſt Gluteum magnum in Tab. V. γ in nate.

### FIGURAE VIII.

*Obturator externus, à parte priore.*

a a Principium tendinoſum, b b b procedens à priori parte oſſis pubis & iſchii, ab iiſque, qua dimidiam, eamque priorem, partem ambitus foraminis magni oſſis coxae faciunt, à ſuperiore foraminis parte ad ima uſque oriens.

Adde Fig. 7.

*In Syntaxi*, Tab. IV. α β in trunco; tectus Adductore magno femoris κ λ in femore, & Pſoa magno cum Iliaco interno x. Dein Tab. III. φ χ in trunco & femore; eodem modo tectus Adductore magno femoris Δ, & Pſoa magno cum Iliaco interno υ, & praeterea Adductore brevi femoris ψ ω. Et quod nudum in Tab. III. id in II. ſubjacet Pectineo Γ in femore.

## *CRURIS.*

Adde Tab. XXIII. Fig. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

### FIGURAE IX.

*Semimembranoſus, à parte priore.*

a Tendo, quo incipit.

b Caudae tendineae ortus ex carne: c quae poſt in totum tendo, d praecipue inſertus capiti ſuperiori tibiae, mox ſub ſummo rodundulo margine ejus, ab interno latere, juxta partem poſteriorem.

e Aponeuroſis prior, inſerta margini tibiae, ab ea parte, cui ipſa ſe caudae pars praecipua affigit.

Adde Fig. 10. a – g.

*In Syntaxi*, Tab. III. Π Σ Φ in femore; tectus Gracili Ψ Α Β, Adductore magno femoris Δ Θ Λ, & ſupra Quadrato. Caeterum, quod in hac III. Tab. nudum, in II. tectum Vaſto interno Σ in femore. In prima etiam poſt caput interius Gemelli.

### FIGURAE X.

*Semimembranoſus, & Bicipitis cruris caput breve, à parte poſteriore.*

a – g *Semimembranoſus.*

a Tendo, quo incipit, b oriturque à ſuperiore parte dorſi tuberis iſchii, juxta externum latus.

c Venter carneus.

d Caudae tendineae ortus ex carne.

e Pars caudae illius praecipua, pertinens ad caput ſuperius tibiae.

f Ejuſdem aponeuroſis poſterior, quam inſerit eminentiae obliquae & inaequabili, quae infra poſteriorem partem radicis capitis ſuperioris tibiae, qua id ſuſtinet condylum internum femoris.

g Aponeuroſis prior, quam inſerit margini interno tibiae.

Capiti ejus, ſuperiorique parti ventris, à Semitendinoſo ſinus impreſſus.

Adde Fig. 9.

*In Syntaxi*, Tab. VII. A – G in femore; tectus Gracili H I. Dein Tab. VI. φ – Γ in femore; tectus eodem modo Gracili σ τ, & praeterea Semitendinoſo ο – ς, & Bicipite cruris θ λ. Dein Tab. V. ν ξ ο in femore; tectus iiſdem, quibus in Tab. VI. & praeterea Gemello Π Σ in crure.

A latere, Tab. IX. P Q R S in pede dextro.

h &c. *Bicipitis cruris caput breve.*

i Oritur fere in media longitudine femoris, ab inferiore parte aſperae eminentiae, quae per longitudinem poſticae partis femoris porrecta. Oritur & à ſepimento tendineo, quod ipſi Vaſtoque externo interjectum.

k k Reſciſſa pars tendinis, quae à capite longiore oritur.

l Pars tendinis, quae augetur acceſſione carnis capitis brevioris.

m Extremus tendo, n inſertus exteriori parti capitis ſuperioris fibulae.

Adde Fig. 11. g – p. & Fig. 12. a – g.

*In Syntaxi*, Tab. VII. P &c. in femore. Dein Tab. VI. λ λ &c. in femore; tectum capite longiore θ μ. Sic & Tab. V. τ τ &c. in femore; tectum longiore σ υ.

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM SECUNDAE ET VIGESIMAE EXPLANATIO.

## FIGURAE XI.

### *Semitendinoſus & Biceps cruris, à parte poſteriore.*

a--f *Semitendinoſus.*

a Principii pars tendinea, b oriens à dorſo tuberis iſchii, cum capite longiore Bicipitis cruris; & deinde c c conjuncta cum principio tendineo capitis illius; à quo principio abſcedit.

d Carneae principii partis, quae aliis tendinea, ortus à dorſo tuberis iſchii.

e Tendo, in quem abit.

f Veſtigium à Gluteo magno impreſſum.

Adde Fig. 12. h--m.

*In Syntaxi*, Tab. VI ο--ς in femore; tectus Bicipitis cruris capite longiore θ, & in fine poſt Semimembranoſum Γ. Dein Tab. V. πρ in femore; tectus pariter Bicipitis cruris capite longiore σ, & Semimembranoſo ο, praetereaque Gluteo magno γ in nate.

A latere, Tab. IX. T U in pede dextro, & z in femore ſiniſtro.

g &c. *Biceps cruris.*

g Caput longius.

h Tendo, quo incipit, i oriturque fere à medio partis ſuperioris dorſi tuberis iſchii, à principio conjunctus cum principio Semitendinoſi.

k k Caput brevius.

l Tendo communis, in quem deſinunt duo capita; l oriens primum è ſuperficie carnis capitis longioris, m auctus deinde acceſſione capitis brevioris, poſteaque n brevi extremo pertinens o ad exteriorem partem capitis ſuperioris fibulae.

p Veſtigium à Gluteo magno impreſſum.

Adde Fig. 10. h--n. & Fig. 12. a--g.

*In Syntaxi*, Tab. VI. θ--ξ in femore. Dein Tab. V. σ--χ in femore; tectus Gluteo magno γ in nate.

A latere, Tab. IX. α--ζ in pede ſiniſtro.

## FIGURAE XII.

### *Biceps, & Semitendinoſus, à parte priore.*

a--g *Biceps cruris.*

a Caput longius. b tendo, quo incipit, quique per ejus principium, ab ea parte, qua contingit Semitendinoſum, diu excurrit.

c Caput brevius.

d Tendo extremus: cujus e pars praecipua, f exteriori parti capitis ſuperioris fibulae inſerta: g pars ad tibiam pertinens, ad exteriorem partem ejus, ante caput fibulae.

Adde Fig. 11. g--p. & Fig. 10. h--n.

*In Syntaxi*, Tab. III. C D E F in femore; caeterum poſt os femoris, & Adductorem magnum femoris Δ Δ Θ. Dein Tab. II. ς ϛ τ in femore & crure; ubi poſt Vaſtum externum ϑ. Dein Tab. I. Ξ Π Σ in femore & crure; eodem modo poſt Vaſtum externum P, poſtque caput externum Gemelli, principiumque Plantaris.

h--m *Semitendinoſus.*

i Tendinea pars principii; quae k k conjuncta cum principio tendineo capitis longioris Bicipitis cruris; à quo principio abſcedit.

l l Tendo, in quem abit; m inſertus lateri interno tibiae, mox infra Gracilem.

Adde Fig. 11. a--f.

*In Syntaxi*, Tab. II. ρ in crure; caeterum poſt Gracilem π ο, & Adductorem magnum femoris. Dein Tab. I. α in crure; ſubjectus Sartorio Ψ.

© BIUM / R. Caussimon



© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE ANATOMICAE TERTIAE ET VIGESIMAE MUSCULORUM HOMINIS EXPLANATIO.

## CRURIS RELIQUI.

Adde Tab. XXII. Fig. 9. 10. 11. 12.

### FIGURAE I.

*Popliteus.*

a Tendo, quo incipit, b oriturque è ſinu, qui eſt in medio partis inferioris lateris externi condyli exterioris femoris, mox ſupra marginem, quo is in tibia innititur.

Pars, quae oriri ſolet aut à genu cartilagine ſemilunari exteriore, aut à ligamento lato genu articuli, ea, quia ſubjacet muſculo, exprimi nequivit.

c Pars tendinoſa.

dd Extremum, quo ſe inſerit illi parti amplitudinis poſterioris tibiae, quae eſt inter radicem capitis ejus ſuperioris, eminentiamque obliquam, unde Solei origo: totaque ultimi extremi latitudine pertinet ad internum marginem tibiae, qui nempe ſpectat alterum crus.

*In Syntaxi*, Tab. VII. WXY in crure; tectus Bicipite cruris RS in femore, Gemelli capite exteriore T in crure, Semimembranoſo G. Dein Tab. VI. ΛΞΠ in crure; tectus pariter Bicipite cruris ξ in femore, Gemelli capite exteriore Θ in crure, Semimembranoſo Γ, & praeterea Plantari Σ, & Soleo ΑΨ. Dein Tab. V. Δ in crure; tectus Bicipite cruris φχ in femore, & Gemello ΛΠ in crure.

### FIGURAE II.

*Rectus cruris, à latere.*

a Tendo praecipuus, quo bb oritur à ſuperiore parte tuberculi, quod in ora priore oſſis ilium.

c Principium tendineum alterum, dd oriens à ſuperiore & eadem poſteriore parte marginis acetabuli, & à vicina parte capſae articulum coxae continentis.

e Ab his principiis venter extrinſecus aliquandiu tendinoſus.

f Tendo, in quem deſinit, g ex interiore parte muſculi cito naſci incipiens. h hic truncatus.

Adde Fig. 3.

*In Syntaxi*, Tab. IX. λ--ο in pede ſiniſtro; tectus Sartorio p, & Tenſore vaginae femoris q: & ABC in dextro.

### FIGURAE III.

*Rectus cruris, à parte priore.*

a Tendo praecipuus, bb oriens ab interiore parte tuberculi, quod in ora priore oſſis ilium.

Juxta c principium tendineum alterum.

d Venter aliquandiu tendinoſus, excurrentibus principiis tendineis.

ee Hinc fibrae ventris, quae in ſuperficie ſunt, à latitudine media in utrumque latus oblique deorſum vergunt.

f Tendo, in quem deſinit; g.g quique ſe hic patellae inſerit: & ſubtus etiam inter gg.

h Aponeuroſis, quae à tendine Recti excurrit per priora patellae, poſteaque ſe priori parti ligamenti adjungit, quod à patella ad tibiam pertinet.

Adde Fig. 2.

*In Syntaxi*, Tab. I. T--X in femore; tectus Sartorio H, & Tenſore vaginae femoris M. Dein Tab. II. x, & ικλ in femore; tectus Iliaco interno y, & Gluteo minore u in trunco.

i Ligamentum à patella ad tibiam pertinens.

kk Locus ubi ſubtus à patella oritur.

ll Hic tibiae inſertum, totaque ſubtus hac parte m.

*In Syntaxi*, Tab. I. ΔΘΛ in crure. Et Tab. II. μνξ in crure.

A latere, Tab. IX. DEFG in pede dextro: & στυ in ſiniſtro.

### FIGURAE IV.

*Sartorius.*

a Principium extrinſecus tendinoſum, b oriens ab extremo priore criſtae ilium, proximaque parte orae prioris.

c Tendo, in quem abit; dd tibiae interno lateri juxta inferiorem partem tuberis, cui adnexum ligamentum à patella procedens, inſertus.

*In Syntaxi*, Tab. I. HIΦΨΩ in femore & crure; ex parte deliteſcens poſt Vaſtum internum Y.

A latere, Tab. IX. KLM in pede dextro: & p in ſiniſtro.

A parte poſteriore, Tab. V. λ in femore.

### FIGURAE V.

*Gracilis.*

a Principium tendineum, juxta ſynchondroſem pubis oriens b à ligamento ſynchondroſem illam conſtringente. Oritur & infra eam, à margine oſſis pubis.

c Veſtigium ab Adductore longo impreſſum.

d Tendo, in quem abit; e tibiae inſertus, mox ſub inſertione tendinis Sartorii.

*In Syntaxi*, Tab. III. Ψ--B in femore. Dein Tab. II. ΛΞοπ in femore & crure; in fine aliquantum tectus Semitendinoſo ρ; ex parte deliteſcens poſt Vaſtum internum Σ, & teſtem cum Cremaſtere p in trunco. Dein Tab. I. B in femore; caeterum tectus Sartorio HΦΨ, & deliteſcens poſt Vaſtum internum Y, & teſtem cum Cremaſtere z in trunco.

A parte poſteriore, Tab. VII. HI in femore; ſupra poſt os pubis, infra poſt Semimembranoſum E. Dein Tab. VI. στ in femore; infra poſt Semitendinoſum ς, ſupra deliteſcens poſt Tranſverſos perinaei h.g in inferiore trunci parte. Dein Tab. V. ικ in femore; infra poſt Semitendinoſum ρ, & Sartorium λ; ſupra poſt Gluteum magnum γ in nate.

A latere, Tab. IX. NO in pede dextro.

e Ligamentum, quo ſynchondroſis pubis à priori parte conſtricta.

### FIGURAE VI.

*Vaſtus internus, & externus, à parte poſteriore.*

aab *Vaſtus internus.*

aa Origo ab obliqua eminentia, quae infra trochanterem minorem porrecta, ab ima radice colli femoris ad longam illam poſteriorem femoris ſpinam pertinet; & deinde ſecundum hujus longitudinem totam, à parte ejus interiore.

b Pars à tota principii latitudine diu tendinoſa.

Adde Fig. 7. k--p.

*In Syntaxi*, Tab. VI. υ in femore; tectus Gracili στ, Semimembranoſo φψχ, Adductore magno femoris ι. Dein Tab. V. μ in femore; tectus iiſdem, & praeterea Sartorio λ.

ccde *Vaſtus externus.*

cc Origo ab externa parte radicis trochanteris majoris, & ſecundum exteriorem ſpinae totius, quae à trochantere majore fere uſque ad condylum externum eminet.

Partim quoque abſcedit à ſepimento tendineo, quo diſtinguitur à Bicipitis parte breviore; hic remoto.

de Pars tendinoſa. e veſtigium à Gluteo magno impreſſum.

Adde Fig. 7. a--i.

*In Syntaxi*, Tab. VI. β--δ in femore; tectus Bicipite cruris θλμν. Dein Tab. V. ψω in femore; tectus pariter Bicipite cruris στυφ, & praeterea poſt Gluteum magnum γ in nate.

### FIGURAE VII.

*Vaſtus externus, & internus, cum Crurali, à parte priore.*

abcdefffghii *Vaſtus externus.*

bc Ortus ejus ab eminentia obliqua, quae in priori parte femoris ad radicem colli inter trochanteres eſt: cd ab externa parte radicis trochanteris majoris.

e Pars principii tendinoſa.

fffg Inſigne veſtigium à Recto cruris impreſſum.

gh Tendo, ii inſertus margini patellae, à parte externa, eique finitima ſuperiore.

Adde Fig. 6. ccde.

*In Syntaxi*, Tab. II. δ--θ in femore; tectus Recto cruris ικ. Dein Tab. I. P--S in femore; tectus Recto cruris TV, & Tenſore vaginae femoris MO.

A latere, Tab. IX. νθικ in pede ſiniſtro.

klmnnopp *Vaſtus internus.*

ll Hic veſtigium à Recto cruris impreſſum.

m Ortus ab obliqua eminentia, quae infra trochanterem minorem ab ima radice colli femoris porrecta.

nn Hac parte carnem adjungit ad tendinem Cruralis.

o Tendo, pp inſertus margini patellae, à parte interna. Supra autem pone tendinem Vaſti externi, connexus cum eo, procedit ad patellae marginem.

Adde Fig. 6. aab.

*In Syntaxi*, Tab. II. Σ--α in femore; tectus Recto cruris ικ. Dein Tab. I. YZΓ in femore; tectus Recto cruris TV, & Sartorio H.

A latere, Tab. IX. HI in pede dextro: & πρ in ſiniſtro.

qrs *Cruralis.*

r Tendo è priori parte carnis naſcens. Is ſe non multum ſupra genu, Vaſtorum tendinibus adjungit, ac dein poſt eos inſerit ſuperiori parti patellae.

s Summus ortus, ab eminentia obliqua, quae in priori parte femoris ad radicem colli inter trochanteres. Porro autem à ſuperiore pluſquam dimidia parte longitudinis femoris oriri pergit, à priore exterioreque ejus parte.

*In Syntaxi*, Tab. II. βγ in femore; tectus, ut hic, Vaſto externo δ--θ, & interno Σ--α; praetereaque Recto cruris ικ. Et quod ibi nudum, id in Tab. I. poſt Rectum cruris T in femore.

© BIUM / R. Caussimon



### *VAGINAE TENDINEAE FEMORIS.*

FIGURAE VIII.

*Tenſor vaginae femoris.*

a Principium tendineum, b oriens ab exteriore parte extremi prioris criſtae ilium.

c Extremum, unde reſciſſa pars tendinea, quam adjungit vaginae tendineae femoris.

*In Syntaxi*, Tab. I. MNO in femore; tectus Sartorio HI.

A latere, Tab. IX. qrs in ſiniſtra coxa, pedeque.

© BIUM / R. Caussimon






J. Wandelaar ad ipſa corpora hominum delineavit; idemque incidit.

Proſtat Leidae Batavorum apud J. & H. Verbeek. Bibliop. 1747.

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE ANATOMICAE QUARTAE ET VIGESIMAE

# MUSCULORUM HOMINIS

# E X P L A N A T I O.

## *PEDIS EXTREMI.*

Adde *Peroneum tertium* Tab. XXV. Fig. 1. a θικ.

### FIGURAE I.

*Peroneus brevis, à parte poſteriore.*

a Pars originis à fibula. Infra partem illam ſubtus pergit oriri à ſpina, quae à poſteriore parte latitudinem lateris externi fibulae terminat; haud ita procul à malleolo oriri à ſpina illa deſinens.

bcd Tendo. c hac parte, qua ſe ad malleolum inflectit, latior & craſſior; ubi continetur ligamento, quod vide Tab. V. n in crure: d hac quoque parte craſſior & latior; ubi juxta ſuperiorem partem eminentiae calcanei per ligamentum alterum incedit; quod vide Tab. V. o in pede extremo, & Tab. IX. F in pede ſiniſtro.

e Inſertus ſuperiori eidemque poſteriori parti radicis illius tuberis, quod eſt in oſſe metatarſi quinto, ab exteriore parte capitis ejus primi.

Adde Fig. 2.

*In Syntaxi*, Tab. VIII. M--R in crure & pede extremo. Dein Tab. VII. u--x in crure & pede extremo; tectus Peroneo longo mpq &c. Dein Tab. VI. I--M in crure & pede extremo; tectus eodem modo Peroneo longo NPQ &c. Dein eodem modo Tab. V. g--k in crure & pede extremo; tectus Peroneo longo lm.

### FIGURAE II.

*Peroneus brevis, à parte priore.*

aa Origo à latere externo fibulae; infraque à ſpina, quae à poſteriore parte latitudinem lateris externi terminat.

Ex parte etiam oritur à vagina tendinea cruris, ejuſque propagine, interſerta Peroneo huic longoque ab una parte, ab altera Extenſori longo digitorum & Peroneo tertio.

Adde Fig. 1.

*In Syntaxi*, Tab. IV. ωΓΔ in crure. Dein Tab. III. MO in crure; tectus Peroneo longo GL. Dein Tab. II. ω in crure; tectus Peroneo longo φψ, & Extenſore longo digitorum pedis cum Peroneo tertio A--E. Dein Tab. I. σ in crure; eodem modo tectus Peroneo longo υρ, & Extenſore longo digitorum pedis cum Peroneo tertio τφχψ.

A latere, Tab. IX. BBCCDDE in pede ſiniſtro; ſubjectus Peroneo longo ΣΨΩ.

Praeterea Tab. X. Fig. 20. y, & 21. A, & 22 a.

### FIGURAE III.

*Peroneus longus, à parte poſteriore.*

a Principium alterum, b oriens à laterali externa parte partis prioris radicis capitis ſuperioris fibulae.

cde Alterum, cde oriens à pluſquam dimidia, eaque ſuperiore, parte illius ſpinae fibulae, quae in externo ejus latere, non multum infra caput ſuperius eminere incipit: ſed à d ad e ſubtus oritur.

f Tendo: cujus g nodus primus, qua ſe ad poſteriora malleoli externi flectit: h ſecundus, qua ad eminentiam, quae eſt in latere externo calcanei: i tertius, qua ad os cubiforme.

Ligamenta, quibus tendo ad malleolum, & ad calcanei tuberculum retinetur, vide Tab. V. n, & p in crure & pede extremo. Adde A in pede ſiniſtro Tab. IX.

Adde Fig. 4. & 5.

*In Syntaxi*, Tab. VII. m--t in crure pedeque extremo. Dein Tab. VI. NO--T in crure pedeque extremo; tectus Soleo ΩΨ. Dein Tab. V. θlmm in crure pedeque extremo; tectus pariter Soleo ab.

### FIGURAE IV.

*Peroneus longus, à parte priore.*

a Principii ſuperioris ortus à laterali externa parte partis prioris radicis capitis ſuperioris fibulae: b à vicina à priori parte tibia.

ccdd Principii inferioris ortus à pluſquam dimidia, eaque ſuperiore, parte illius ſpinae fibulae, quae in externo ejus latere, non multum infra caput ſuperius eminere incipit.

Ex parte etiam abſcedit à vagina tendinea cruris, ejuſque propagine, quae inter hunc Peroneum & Extenſorem longum digitorum interjecta.

ee Veſtigium ab Extenſore longo digitorum impreſſum.

f Pars interior, ſinuata; cui Peroneus brevis inſidet.

g Tendo, è carnis parte exteriore naſcens.

Adde Fig. 3. & 5.

*In Syntaxi*, Tab. III. G--L in crure; ubi partim tectus Peroneo brevi M. Dein Tab. II. φχψ in crure; tectus Peroneo brevi ω, & Extenſore longo digitorum pedis A. Dein Tab. I. υπρ in crure; eodem modo tectus Peroneo brevi σ, & Extenſore longo digitorum pedis τυ.

A latere, Tab. IX. Σ--Ω in pede ſiniſtro; ſubjectus Soleo ω.

### FIGURAE V.

*Peroneus longus, in planta pedis.*

a Tendo; cujus b nodus, qua applicatus ad calcanei eminentiam, quae eſt in latere ejus externo: c nodus inſignior, qua ſe flectit ad eminentiam, quam os cubiforme ab inferiore parte habet; perque ſinum illum ejus incedit, qui ante eminentiam illam.

d Extremo ſuo inſertus imae deorſum maxime eminenti parti oſſis metatarſi pollicis.

e Portio à tendine abſcedens, quae ſe circum tuber oſſis cubiformis flectit, inque duas partes abit f.g, inſertas h.i oſſi cuneiformi magno.

k Portio alia à tendine abſcedens, l inſertaque oſſi metatarſi ſecundo.

Quomodo in ſinu cubiformis retineatur à ligamento, id vide Tab. X. Fig. 21. NO.

Adde Fig. 3. & 4.

*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 22. b--i. Dein Fig. 21. BCD, & inter r & l; ubi ſub ligamento, quo retinetur, ſub NO; & tectus Adductore pollicis lm, & Flexore brevi opr. Dein Fig. 20. ζαβ; caeterum ſub iiſdem, ac in Fig. 21. & ſub Flexore longo digitorum cum Lumbricalibus. Et qua nudus in Fig. 20., ea in 19. tectus Abductore digiti minimi pedis AB.

### FIGURAE VI.

*Tibialis anticus.*

aa Ortus à tibia; primum mox ante Extenſoris digitorum longi ortum, occupans deinde ortu ſuo totam planitiei externae tibiae, à capite ejus ſecundum ſpinam priorem fere uſque ad medium tibiae longitudinis, latitudinem; & ex parte etiam affixus proximo ligamento, cruris oſſium intervallo interſerto. Sed & inde per cruris longitudinem ab eodem ligamento, & inprimis à tibia, juxta ligamentum illud, oriri diu, & ad duas tertias longitudinis tibiae partes plus minus uſque, pergit.

b Pars vaginae tendineae cruris, à qua Tibialis hic ſubtus abſcedit: cc hic truncata, ubi is non amplius abſcedit ab ea.

Oritur & à vaginae illius propagine, quae interſerta Tibiali huic & Extenſori longo digitorum pedis.

d Tendo, in quem abit. Quomodo is incedat ſub cornubus ligamenti, quo tendines in flexu ad pedem extremum coercentur, id vide Tab. I. rt in crure & pede extremo, & Tab. IX. ικ in pede dextro, & YZ in ſiniſtro.

Adde Fig. 7.

*In Syntaxi*, Tab. I. n--p in crure & pede extremo; ubi ex parte in imo tectus Abductore pollicis pedis A.

A latere, Tab. IX. UVW in pede ſiniſtro: & γδ in dextro.

### FIGURAE VII.

*Tibialis antici extremum bicorne, in planta pedis.*

a Extremi cornu alterum, b inſertum rotundae illi laevique ſuperficiei, quae in oſſis cuneiformis magni parte interiore eademque inferiore & finitima oſſi metatarſi primo.

c Alterum, idque tenuius, mox ante finem praecedentis inſertum d eminentiae, quae in capite primo oſſis metatarſi pollicis, ab interno latere, atque ibi fere in medio.

Adde Fig. 6.

*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 22. k.l. Dein Fig. 21. ζ.η; ubi pars tecta Flexore brevi pollicis pedis y. Dein eodem modo Fig. 20. i.k; tecta parte Flexore brevi p. Et quod nudum, id in Fig. 19. tectum Abductore pollicis F.

### FIGURAE VIII.

*Soleus, à parte priore.*

aabcc Origo à capite ſuperiore fibulae, magnaque portione ſpinae, quae infra caput illud à poſteriore parte eminet.

deff Origo, de à tibiae eminentia, quae in ejus poſteriore parte, non longe à capite ſuperiore obliqua jacet; & ubi illa deſinit, eff continuo à margine poſteriore ſpinae interioris tibiae, ultra mediam oſſis hujus longitudinem.

g.h Superficies tendinoſae, longe excurrentes.

ii Pars tendinea, carnem bifariam ſepti modo diſtinguens. Intus autem in carne fere in ipſo ſummo initio muſculi incipit.

kk. ll Carnes, quae ex utroque latere deſcendendo convergunt, acceduntque ad ſeptum tendineum ii.

m.n Mucrones, in quos caro ab utroque latere abit; quorum interior n craſſior, inſignior, excurrenſque longius.

Inveni & carnes illas ab inferiore parte conjunctas in unum, unoque ſimul mucrone, eoque inſigniore, deſinentes.

o Tendo, in quem abit; p hic reſciſſus à calcaneo.

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM QUARTAE ET VIGESIMAE EXPLANATIO.

q Superficies tendinoſa, qua tendo ab hac parte incipit.

Adde Fig. 9.

*In Syntaxi*, Tab. I. ξιη in crure; ubi caeterum tectus Peroneo longo ρπρ, & Flexore longo digitorum pedis θκ, & Tibiali poſtico λ: adde ι. Et Tab. II. ωNP in crure; eodem modo tectus Peroneo longo φψ, & Flexore longo digitorum pedis QS, & Tibiali poſtico V: adde Y.

rrrr Hic truncatum os tibiae.

ss Hic truncata fibula.

## FIGURAE IX.

### *Soleus, à parte poſteriore.*

a Ortus à fibulae capitis ſuperioris poſteriore parte.

b Pars tendinea principii, quod à tibia oritur cc. Oritur autem à tibiae eminentia, quae in ejus poſteriore parte, non longe à capite ſuperiore, obliqua jacet.

dd Superficies tendinoſa, qua tendo in poſteriore parte incipit.

ee Nota inciſurae ſimilis, ubi intus in carne pars tendinea, carnem illam ſepti tendinei modo diſtinguens.

f Tendo, in quem abit.

gg Hinc reſciſſus Gemelli tendo, ubi ſe primum tendini Solei adjungit. Adjungit obliquo ductu, citius ab exteriore parte pedis.

h Tendo Achillis, ii inſertus poſticae eidemque inferiori parti prominentis tuberis calcanei, quod calcem efficit.

Adde Fig. 8.

*In Syntaxi*, Tab. VI. Ω--E in crure; ubi partem integit Plantaris Φ. Dein Tab. V. aab in crure; tectus Gemello Λ--Φ.

A latere, Tab. IX. ωΔΘ in pede ſiniſtro; tectus Gemello φψ: & ΓΔ in dextro; tectus Gemello WX, & Plantari Λ.

## FIGURAE X.

### *Gemellus.*

abccdeef Caput interius, principiis duobus, iiſque tendinoſis b.d, incipiens. Quorum

b inferius craſſus tendo eſt, oriturque cc mox ſupra poſteriorem partem condyli interni femoris, juxta latus internum:

d ſuperius tenue, ee oritur à margine partis poſterioris femoris, juxta latus internum, mox ſupra principium inferius.

f Superficies tendinoſa, ab excurrente principio tendineo effecta.

ghiik Caput exterius, h principio tendineo ii oriens ab eminentia oblonga, quae in latere externo femoris, juxta partem poſteriorem, mox ſupra ſinum, è quo naſcitur Popliteus.

k Superficies tendinoſa, quam efficit excurrens principium tendineum.

l.m Mucrones duo, in quos caro deſinit.

n Tendo, qui ſe tendini Solei adjungit.

*In Syntaxi*, Tab. V. Λ--Φ in crure; capite exteriore ſubjacens Bicipiti cruris τφ in femore: interiore Semimembranoſo ιξι. Et praeterea Tab. VI. Δ & Θ in femore: & Tab. VII. T & U in femore.

Praeterea à priori parte, Tab. I. βγϑη in crure. Et à latere, Tab. IX. φχψΘ in pede ſiniſtro: & V--Y in dextro.

o Tendo Solei, p hic truncatus.

q Tendo Achillis, rr inſertus poſticae eidemque inferiori parti prominentis tuberis calcanei, quod calcem efficit.

## FIGURAE XI.

### *Plantaris.*

aa Ortus à radice condyli externi femoris, mox juxta internam partem ortus Gemelli.

b Tendo, in quem abit. Inſertus interno lateri calcanei, juxta finem tendinis Achillis: quod vide Tab. IX. Ξ in pede dextro.

*In Syntaxi*, Tab. VI. ΣΦ in femore & crure; à principio ſubjectus Gemelli capiti exteriori Θ, & Bicipiti cruris λ; in fine poſt tendinem Achillis D. Dein Tab. V. Γc in femore & crure; ſubjectus itidem Gemello Λ--Φ, & Bicipiti cruris τ; in fine poſt tendinem Achillis Ψ. Et praeterea Tab. VII. V in femore.

Praeterea à priori parte, Tab. II. T in crure. Et Tab. I. μ in crure. Et à latere, Tab. IX. ΛΞ in pede dextro: & Π in ſiniſtro.

## FIGURAE XII.

### *Tibialis poſticus, à parte poſteriore.*

aa Origo à tibia: unde extrinſecus tendinoſus bb. Oritur autem à tibiae planitie, quae mox à radice illius partis, cui fibula innixa, deorſum per eam partem, qua fibulam ſpectat, aliquantum porrecta.

c Principium à fibula oriens. A cujus deinde planitie illa tota oriri pergit, quae à ſuperiore capite ejus, per plus quam duas tertias partes longitudinis, qua tibiae obverſa, ſe extendit: vide Tab. IV. υυ in crure. Ex parte etiam à ligamento incipit, quod inter cruris oſſa, qua dehiſcunt, medium.

dd Superficies tendinoſa partis illius, quae à fibula oritur.

ef Tendo, e hac parte ex carne oriens, f hac pone malleolum internum procedens, qua craſſior & durior. Juxta malleolum quomodo ligamento retineatur, exhibitum Tab. V. e in crure, & Tab. I. u in crure & pede extremo, & Tab. IX. ϑ in pede dextro.

Adde Fig. 13. & 14.

*In Syntaxi*, Tab. VIII. E--L in crure. Dein Tab. VII. Z--de in crure; ſubjectus Popliteo WY, Flexori longo pollicis pedis h, Flexori longo digitorum pedis f. Dein Tab. VI. G in crure; caeterum tectus Soleo Ω &c. Sic & Tab. V. d in crure.

## FIGURAE XIII.

### *Tibialis poſtici, à parte priore.*

a Tendo ad malleolum internum procedens: poſt infra eum, b per latus internum pedis extremi; ubi ligamento retinetur, x in pede extremo Tab. I. & ζ in pede dextro Tab. IX.

c Tendinis pars praecipua inſerta in inferiora maxime eminenti parti tuberis craſſi & inaequabilis, quo os naviculare ab interno pedis latere eminet.

d Tendinis excurrens portio tenuior, inſerta e oſſis cuneiformis primi parti inferiori, juxta poſteriora.

Adde Fig. 12. & 14.

*In Syntaxi*, Tab. IV. π--ψ in crure & pede extremo. Et Tab. III. P--R S--U in crure & pede extremo. Dein Tab. II. FVWX in crure & pede extremo; tectus Extenſore longo digitorum pedis A, & Extenſore proprio pollicis HI. Dein Tab. I. λy in crure & pede extremo; ubi quod in crure Tab. II. nudum, id ſubjectum Tibiali antico n in crure: extremum tectum Abductore pollicis pedis A in pede extremo.

Praeterea à latere, Tab. IX. ββγ in pede dextro.

## FIGURAE XIV.

### *Tibialis poſtici tendo, in planta pedis.*

a Hic truncatus.

b Nodus, qua ad tali caput (interveniente ligamento, quod à calcaneo ad os naviculare per plantam deductum, ſuſtinet tali caput) & ad inferiorem quoque & eandem poſteriorem partem tuberis oſſis navicularis applicatus.

c Hic tendinis pars praecipua ſubtus naviculari inſerta, in inferiora maxime eminenti parti tuberis craſſi & inaequabilis, quo os illud ab interno pedis latere eminet.

dd Hic excurrente portione tenuiore inſertus oſſis cuneiformis primi parti inferiori, juxta poſteriora.

e Portio tenuior, quae ſe f inſerit imae deorſum protuberanti parti oſſis cuneiformis tertii: excurritque praeterea g ad os metatarſi ſecundum, & h ad tertium; eorumque capitis primi parti inferiori ſe inſerit, ab illo latere, quo ſpectant digitum minimum. Dat & portionem i Flexori pollicis brevi, k hic ab eo reſciſſam.

l Alia à tendine abſcedens portio, in duas m.o abeuns: quarum altera m, inſerta n calcanei inferiori parti, prope cubiforme, haud longe à margine ejus illo, qui eſt juxta talum: altera o, inſerta p inferiori parti oſſis cubiformis, haud longe à poſtica parte cuneiformis tertii.

Adde Fig. 13. & 12.

*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 21. EFGHI; ubi pars tecta Flexore brevi pollicis pedis p, Adductore pollicis lk, & tendinibus Peronei longi. Dein Fig. 20. fgh; tectus tendine Flexoris longi digitorum pedis AB, capiteque ad eum in planta accedente CD, & Flexoris longi pollicis tendine b. Poſt in Fig. 19. ſubjectus Abductori pollicis pedis F.

© BIUM / R. Caussimon



© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE ANATOMICAE QUINTAE ET VIGESIMAE

# MUSCULORUM HOMINIS

# E X P L A N A T I O.

## *DIGITORUM PEDIS MINORUM.*

### FIGURAE I.

### *Extenſor longus digitorum pedis cum Peroneo tertio, à latere.*

a Extenſor longus digitorum pedis cum Peroneo tertio conjunctus in unum.

bbcc Prima pars principii, oriens bb à radice capitis ſuperioris tibiae, mox ante fibulae caput ſuperius: & cc à ſpina priore fibulae capitis illius.

d Pars vaginae tendineae cruris, à qua ſubtus caro hujus principii procedit; hic ee, ubi nulla amplius abſcedit caro, reſciſſa.

Oritur etiam à propagine, quam vagina illa interſerit Extenſori huic & Tibiali antico.

fghh Principii pars altera, quae ab initio tendinea g, oritur hh à fibulae ſpina priore, & quidem à margine ejus, qui ſpectat tibiam.

ii Principii tertia pars, ab initio ii maximam partem tendinea, kk orienſque à fibulae ſpina priore, & à planitie, in quam ſpina illa ab inferiore parte abit. Pars ejus, quae ad Peroneum pertinet, oritur etiam à propagine vaginae tendineae cruris.

l Tendo Extenſoris longi digitorum, qui ſe in quatuor tendines m. n. o. p findit, per dorſum pedis ad digitos quatuor minores decurrentes.

Quomodo decurrat ſub ligamento tranſverſo, ad cruris pediſque extremi confinium, id vide Tab. IX. X in pede ſiniſtro, & Tab. I. q in pede.

q Tendo Extenſoris longi per dorſum digiti minimi decurrens. r extremum, inſertum tuberculo oblongo tranſverſoque, quod in capite primo oſſis ſecundi ordinis hujus digiti, à ſuperiore parte. s.t portiones ad os tertium procurrentes, quae in extremum commune u abeunt, v ſuperiori parti capitis primi oſſis tertii inſertum.

w Aponeuroſis, quae ab hoc latere ad tendinem q accedit; producta ab Abductore minimi, à quo hic x reſecta.

Aponeuroſem, quae ad alterum hujus, & caeterorum tendinum latus accedit, vide Tab. I. h in pede extremo: & Tab. II. q in pede extremo: & Tab. III. u in pede extremo. Eaque partim à capſa articuli digiti cum metatarſo, partim ab Interoſſeo primo, partim à Lumbricali, partimque à latere oſſis primi ordinis, procedit.

y.y.y Truncati tendines Extenſoris brevis digitorum pedis.

zα Tendo communis Extenſoris longi & brevis. z pars à brevi producta; α pars à longo: intermedia eſt diviſionis nota. β extremum oſſi ſecundi ordinis inſertum, ut r in digito minimo. γ.δ portiones ad os tertium procurrentes; quarum altera γ eſt Extenſoris brevis, altera δ longi. ε earum commune extremum, ζ ſuperiori parti capitis primi oſſis tertii inſertum.

η Aponeuroſis, quae ab hoc latere ad tendinis communis partem illam accedit, quae ab Extenſoris brevis tendine effecta. Abſcedit illa ab Interoſſeo ſecundo hujus digiti, & à capſa articuli.

Eadem in digito tertio, & in ſecundo.

θικ Tendo Peronei tertii, θ hic ex carne oriens, κ hic inſertus ſuperiori parti radicis capitis primi oſſis metatarſi quinti, juxta commiſſuram cum quarto; indeque continuo ſuperiori ſpinae ejuſdem illius quinti.

Quomodo ad cruris pediſque extremi confinium decurrat ſub ligamento, id vide Tab. IX. X in pede ſiniſtro, & Tab. I. q in pede.

*In Syntaxi*, Tab. IX. G--R, & f--m in pede ſiniſtro; tecta parte Peroneo longo Σ, & brevi BC.

A priori parte, Tab. II. A--E, & m--q in crure & pede extremo; tecta parte Extenſore proprio pollicis pedis HI. Dein Tab. I. τ--h in crure pedeque; ſubjecta parte Extenſori proprio pollicis pedis i, & Tibiali antico n.

Praeterea Tab. III. n. o. p. qrstu in pedibus extremis. Et Tab. V. rzs in pede extremo. Et Tab. VI. UV in pede extremo. Et Tab. VII. γ.γ in pede extremo. Et Tab. IX. ε in pede dextro.

### FIGURAE II.

### *Interoſſei pedis externi, ſeu bicipites, à ſuperiore parte.*

abbcddef *Interoſſeus ſecundus digiti quarti.*

a Caput craſſius, bb oriens à pluſquam dimidia poſteriore parte lateris oſſis metatarſi quinti, quod eſt è regione quarti.

c Caput tenuius, dd oriens à poſteriore parte marginis inferioris oſſis metatarſi quarti, quo reſpicit quintum.

e Tendo, f inſertus inferiori parti illius lateris capitis primi oſſis primi ordinis digiti quarti, quo ſpectat quintum.

Adde Fig. 3. a--e.

*In Syntaxi*, Tab. IV. Π in pede extremo. Dein Tab. VIII. S in pede extremo. Dein Tab. IX. q in pede ſiniſtro; tectus Extenſoris longi digitorum tendine O.

ghhikklm *Interoſſeus ſecundus digiti tertii.*

g Caput craſſius, hh oriens fere à pluſquam dimidia poſteriore parte longitudinis lateris oſſis metatarſi quarti, quo reſpicit tertium.

i Caput tenuius, kk oriens à poſteriore parte marginis inferioris lateris oſſis metatarſi tertii, quo reſpicit quartum.

l Tendo, m inſertus inferiori parti illius lateris capitis primi oſſis primi ordinis digiti tertii, quo ſpectat quartum.

Adde Fig. 3. f--k.

*In Syntaxi*, Tab. IV. Ξ in pede extremo. Dein Tab. III. inter k & l pedis extremi ſiniſtri; tectus Extenſore brevi digitorum k. In Tab. II. tectus praeterea tendine Extenſoris longi digitorum AE ad digitum quartum pertinente. Dein Tab. VIII. T in pede extremo. Dein Tab. IX. p in pede ſiniſtro; tectus Extenſore brevi digitorum d, & Extenſoris longi tendine P.

noopqqrs *Interoſſeus ſecundus digiti ſecundi.*

n Caput craſſius, oo oriens à pluſquam dimidia poſteriore parte medii lateris oſſis metatarſi tertii, quo ſpectat ſecundum.

p Caput tenuius, qq oriens à poſteriore parte lateris oſſis metatarſi ſecundi, quo tertium reſpicit, & quidem ab inferiore margine eminentiae oblongae, quae per latus illud porrecta.

r Tendo, s inſertus inferiori parti illius lateris capitis primi oſſis primi ordinis digiti ſecundi, quo ſpectat tertium.

Adde Fig. 3. l--q.

*In Syntaxi*, Tab. IV. Λ in pede extremo. Dein Tab. III. inter i & k in pede ſiniſtro; tectus Extenſore brevi digitorum i. In Tab. II. tectus praeterea tendine Extenſoris longi digitorum AE ad digitum tertium pertinente. Dein Tab. VIII. V in pede extremo. Dein Tab. IX. o in pede ſiniſtro; tectus Extenſore brevi digitorum c, & Extenſoris longi tendine Q.

tuuvwxyzα *Interoſſeus primus digiti ſecundi.*

t Caput craſſius, uu oriens à pluſquam dimidia poſteriore parte illius lateris oſſis metatarſi ſecundi, quo primum ſpectat. v tendinea pars principii.

w Caput tenuius, x principio tendineo oriens y à ſuperiore parte mucronis oſſis cuneiformis magni, qui oſſi metatarſi primo ſecundoque inſertus.

z Tendo, α inſertus inferiori parti illius lateris capitis primi oſſis primi ordinis digiti ſecundi, quo pollicem ſpectat.

Cujuſque autem capita fibras conjungunt inter ſe ad angulos acutos.

Adde Fig. 3. r--w.

*In Syntaxi*, Tab. IV. Θ in pede extremo. Dein Tab. III. mm in pede extremo; tectus Extenſore brevi digitorum fh. Dein Tab. II. h in pede extremo; tectus Extenſore brevi digitorum ik, & tendine Extenſoris proprii pollicis pedis IK. Sic & Tab. I. L in pede extremo. Dein Tab. IX. n in pede ſiniſtro; tectus Extenſore brevi digitorum ab, & tendine Extenſoris proprii pollicis S.

### FIGURAE III.

### *Interoſſei pedis externi, ſeu bicipites, à parte inferiore.*

abcde *Interoſſeus ſecundus digiti quarti.*

b Tendinea principii pars.

c Ortus ab oſſis metatarſi quarti capite primo, qua parte quintum reſpicit.

Oritur & à ligamento, quod tendinem Peronei longi in planta retinet: vide Tab. X. Fig. 21. UP.

d Tendo, e inſertus inferiori parti illius lateris capitis primi oſſis primi ordinis digiti quarti, quo ſpectat quintum.

Adde Fig. 2. a--f.

*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 22. βγδ; tectus Interoſſeo minimi ε. Dein Fig. 21. UV; tectus Interoſſeo minimi S, & Tranſverſali pedis fg. Dein Fig. 20. μν; tectus Interoſſeo minimi λ, Tranſverſali pedis ρ, Lumbricali quarto Z, & Flexoris longi digitorum pedis tendine MQ. Dein Fig. 19. XY; tectus Interoſſeo minimi Z, Tranſverſali pedis g, Lumbricali quarto c, tendine Flexoris digitorum pedis longi & brevis V, Flexore brevi digitorum T. Dein Fig. 18. mm; tectus Interoſſeo minimi o, Tranſverſali pedis i, Lumbricali quarto h, tendine Flexoris brevis digitorum, ad digitum minimum pertinente; portione mediae aponeuroſis plantae, ad digitum minimum pertinente G.

Praeterea Tab. VIII. Y in pede extremo.

fghik *Interoſſeus ſecundus digiti tertii.*

g Tendinea pars principii.

h Ortus à radice capitis primi oſſis metatarſi tertii, qua parte quartum reſpicit.

i Tendo, k inſertus inferiori parti illius lateris capitis primi oſſis primi ordinis digiti tertii, quo ſpectat quartum.

Adde Fig. 2. g--m.

*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 22. vwx; tectus Interoſſeo primo digiti quarti y. Dein Fig. 21. YZ; tectus Interoſſeo primo digiti quarti W, Tranſverſali pedis f, Adductore pollicis k. Dein Fig. 20. ν; tectus Tranſverſali pedis ρ, Lumbricali tertio X, tendinibus O.P Flexoris longi digitorum, Adductore pollicis t. Dein Fig. 19. i; ſubjectus iisdem: & Fig. 18. l; iisdem ſubjectus, & portioni E mediae aponeuroſis plantae.

lmnnopq *Interoſſeus ſecundus digiti ſecundi.*

m Tendinea pars principii.

nn Ortus ab oſſe metatarſi ſecundo, ante radicem capitis ejus primi, qua parte tertium reſpicit.

o Ortus ab oſſe metatarſi tertio, juxta radicem capitis ejus primi, qua parte ſecundum ſpectat.

p Tendo, q inſertus inferiori parti illius lateris capitis primi oſſis primi ordinis digiti ſecundi, quo ſpectat tertium.

Tabulae sceleti et musculorum corporis humani - page 226 sur 242

© BIUM / R. Caussimon

# TABULAE MUSCULORUM QUINTAE ET VIGESIMAE EXPLANATIO.

Adde Fig. 2. n--s.

*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 22. pqr; ſubjectus Interoſſeo primo digiti tertii s. Dein Fig. 21. cd; ſubjectus Interoſſeo primo digiti tertii a, Tranſverſali pedis f, Adductori pollicis k. Dein Fig. 20. π; tectus Tranſverſali pedis ρ, Lumbricali ſecundo W, tendine N Flexoris longi digitorum. Dein Fig. 19. k, & Fig. 18. k; tectus iiſdem.

rstuv *Interoſſeus primus digiti ſecundi.*

r Caput craſſius.

s.t Tendineae partes principii.

u Ortus à pluſquam dimidia poſteriore parte illius lateris oſſis metatarſi ſecundi, quo primum ſpectat.

v Tendo, w inſertus inferiori parti illius lateris capitis primi oſſis primi ordinis digiti ſecundi, quo ſpectat pollicem.

Adde Fig. 2. t--α.

*In Syntaxi*, Tab. X. Fig. 22. mno. Dein Fig. 21. e; tectus Tranſverſali pedis f, & Adductore pollicis kl. Dein Fig. 20. inter Lumbricalem primum, & os metatarſi, oſque primi ordinis digiti ſecundi; tectus iiſdem, quibus in Fig. 21. & praeterea Lumbricali primo V. Sic & Fig. 19. & 18.

## FIGURAE IV.

